Ad diſperdendum, vulg. vt conterat fortes eius. 282 & 935. Eſai.23.11
Bene fac pſallendo, vulg. bene cane. 530 Eſai.23.16
Sicut populus ſic ſacerdos. 587 Eſai.24.2
Et ſicut ſeruus ſic dominus eius. 520 Eſai.24.2
Contriuit ſe terra, vulg. contritione conteretur terra. 292 Eſei.24.19
Cõfringendo, vul. cõfractione cõfringetur terra. 388 Eſai.24.19

Conui-

Eſai.25.6 Conuiuium pinguium conuiuium vindemiæ. 202

Eſai.25.8 Abſorpta eſt mors in victoria, vul. præcipitabit mortẽ in ſempiternū. 523

Eſai.25.12 Monumenta ſublimium murorum tuorum. 202

Eſai.28.10 Præceptum, vul. Manda. 56

Eſai.28.12 Et noluerunt audire. 479

Eſai.28.28 Triturando, vulg. triturans triturabit illum. 388. & 569

Eſai.29.14 Perdam ſapientiam ſapientum, vul. peribit ſapiẽtia a ſapientibus eius. 748

Eſai.30.28 Ad exagitandū, vul. ad perdendas gentes in nihilū. 400

Eſai. 31.5. Tranſiliens & ſaluans. 288

Eſai.34.4 Et complicabuntur ſicut liber cæli. 431

Eſai.34.6 Impinguatus ſeu incraſſatus adipe. 293. & 498

Eſai.35.3 Roborate manus diſſolutas. 252

Eſai.36.18 Nec impellat, vul. cõturbet vos Ezechias. 399. alias 395.

Eſai.38.1 Diſpone domui tuæ. 383

Eſai.40.15 Quaſi ſtilla ſitulæ. 750

Eſai.40.24 Repente ſufflauit, ſeu flauit in eos, 935

Eſai.40.29 Qui dat laſſo virtutem. 609

Eſai.41.4 Ego dominus primus & nouiſſimus. 896

Eſai.42.25 Iram indignationis ſuę, vul. in dignationem furoris ſui. 202

Eſai.43.21 Populum iſtum formaui mihi. 211

Eſai.44.6 Abſq; me nõ eſt Deus. 896

Eſai.44.26 Canite: vul. laudate cęli. 429

Diſſoluens, vulg. irrita faciens. 398 Eſai.44.25

Expandere, vulg. vt ſubijciam ante faciem. 431 Eſai. 45.1.

Dabo tibi theſauros abſconditos. 732. & 748 Eſai.45.3

Aſſimilaui te. 203 Eſai 45.4

Deꝰ abſcõditus. 291. et 737 Eſai.45.15

Speculantes, vul. Augures cæli qui contemplatur, ſydera. 933 Eſai.47.13

Et dextera mea, vul. Manus mea fundauit terrā. 583 Eſai.48.13

Fruſtra laboraui. 523 Eſai.49.4

Nunquid tolletur a forti captura, vulg. præda. 348 Eſai.49,24

Dominatores eius, vlullare faciunt, vulg. inique agunt. 378 Eſai.52.5

Nomen meum Blaſphematur. 501 Eſai.52.5

Non forma ei, vulg. & forma eius inter filios hominum. 150 Eſai.52.14

Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. 595 Eſai. 53.8

Aegrotare fecit, vulg. voluit eum conterere in infirmitate. 405 Eſai. 53.10

In iuſtitia ſtabilieris, vul. fũdaberis. 397. alias. 401 Eſai. 54.14

Recede procul à calumnia. 520 Eſai.54.14

Confugite. 560 Eſai.55.1

Speculatores eius cæci omnes. 928 Eſai.56. 10

Qui cõſolamini in dijs. 372 Eſai. 57.5

Viam facite. 252 Eſai.57.14

Me etenim de die in diem quærunt. 520 Eſai. 58.2

Debitores veſtros exigitis, vulg. repetitis. 320 Eſai. 58.3

Manus

Eſai. 59. 3. *Manus veræ pollutæ ſunt ſanguine.* 496
Eſai 60. 18 *Vocabis, vulg. occupabit ſalus.* 409
Eſai. 64. 5. *Et defluxit: vulg. cecidimus quaſi ſoliū vniuerſi.* 330
Eſa. 66. 22 *Cæli noui, & terra noua quę ego facio.* 533
Ex Hieremia.
Hier. 1. 11 *Vigilans ego, vul. virgā vigilantem ego video.* 533
Hier. 2. 36. *Cur abibis vulg. quam vilis facta eſt nimis.* 354
Here. 3. 19 *Et dabo tibi, vulg. & tribuā tibi terram.* 446
Hier. 3. 22. *Et ſanabo te: & ſanabo auerſiones veſtras.* 401
Hier. 4. 11 *Ad tergendum, vulg. & ad purgandum.* 441
Hier 6. 9. *Vſq; ad recemū colligēt.* 436
Hier. 6. 2. *Gēs magna excitabitur à lateribus terræ, vul. conſurget a finibus terræ.* 386
Hier. 7. 5 Si benedixeritis *vias veſtras.* 377
Hier. 7. 18. *Patres accendūt ignem mulieres ponere paſtā, vul. Mulieres conſpergunt adipem.* 534
Hier. 8. 18. Confortans me; *vulg dolor meus ſuper dolorem.* 507
Hier. 10. 2. *Ne metuatis, vul. nolite me tuere.* 433
Hie. 10. 11 Et terram. 936
Hier. 13. 19 *Acta in exilium: vulg. trās migratione perfecta.* 422
Hier. 14. 5. *Cerua agri gemuit, et Relinquere, vul. cerua in agro peperit & reliquit.* 535
Hier. 15. 10 *Omnes maledicūt mihi.* 505
Hier. 16. 7. *Ad conſolandum ſuper mortuo.* 383
Et tollam, *vulg. & eijciam vos de terra hac.* 398 & c. 22. 26 Hie. 16. 13
Piſcabūtur eos, vul. ecce ego mittā piſcatores multos, & piſcabuntur eos. 398 Hie. 16. 16
Ecce ego adduco, vulg. inducam. 484 Hie. 19. 15
Quis percutiet nos. 32. Hier. 21. 13
Et opus eius nō dabit ei, vul. & mercedem non reddet ei. 523 Hier. 22. 13
Qui aperit ſibi feneſtras. 221 Hier. 22. 14
Nidificas in cedris. 496 Hie. 22. 23
Gratioſa fuiſti, *vulg. quomodo congenuiſti.* 432 Hie. 22. 23
Dabo te in manu quorum tu formidas faciem. 269 Hie. 22. 25
Terra terra. 519 Hie. 22. 29
Compellentur, *vulg. impellentur. enim.* 415. ca. 36. lib. 4. Hie. 23. 12
Bonas, bonas valde. 173 Hier. 24. 5.
Paſcentes populū meū. 153 Hier. 25. 2.
Babel, *vulg. & Rex ſeſach.* 952 Hie. 25. 26
Inebriamini et vomite. 48. Hie. 25. 27
Non ingrediantur. vulg. nō veniant vaſa. 481 Hie. 25. 18
Diſpergas, *vulg. qui diſperſit iſrael.* 418 Hie. 31. 10.
Tradendo tradetur, vul. ſed tradetur in manus regis Babilonis. 448. Hier. 32. 4.
Fortiſſime, Magne & potens. 742 Hie. 32. 18
Annuncia quæſo, vul. indica nobis. 331 Hie. 36. 17
Ne facias ei qdquā mali. 104 Hie. 39. 12
Ecce ego inducam 484 Hie. 39. 16
Nos: vulg. ad quem mittim' te. 209 Hier. 42. 6.
Gladio & fame conſūmpti ſumus Hie. 44. 18

ſimus. 429
Hie. 44.25 Ratta habebitis, vulg. impleſtis vota veſtra. 399
Hier. 48.20 Confuſus eſt Moab. 285
Hiere. 49.8 Terga vertite. 423
Hier. 49.10 Abſcondita eius ſeu abſcondere ſe. 403
Hier. 49.20 Deſolare fecerit, vulg. diſſipauerint. 440
Hier. 50.5 Adiungam, vulg. & apponetur ad Dominum. 417
Hier. 50.14 Et proijcite eam, vul. debellate eam. 933
Hier. 51.58 Laborauit inaniter, vulg. ad nihilum. 523
Hie. 52.11 Oculos Sedechiæ excæcauit, vulg. eruit. 391

Ex Threnis.

Thre. 1.12 O vos omnes qui tranſitis. 930
Thre. 1.12 Qui factus eſt, vulg. quoniam vindemiauit me. 437
Thre. 1.16 Ego flens, vulg. plorans. 411
Thren. 2.9 Demerſæ ſunt, vulg. defixæ ſunt. 929
Thre. 2.16 Striderunt, vulg. fremuerunt denti ſuis. 76
Thre. 3.22 Defecerunt, vulg. quia nõ ſum° cõſumpti qa defecerũt. 426
Thre. 3.33 Dolore affecit. 474
Thre. 3.49 Requies aut intermiſſio. 933
Thren. 4.3 Lactauerunt catulos ſuos. 377
Thre. 4.14 Polluti ſunt ſanguine. 510
Thre. 4.21 Gaude & lætare filia Edõ. 251

Ex Baruk.

Baru. 3.20 Viam diſciplinæ tradidit illam Iacob puero ſuo. 760
Baru. 3.29 Quis aſcendit in cælum, & accepit eum. 739

Ex Ezechiele.

Ezech. 1.11 Et facies eorũ et pęnæ eorũ. 123
Ezec. 1.14 Currendo, vulg. ibant. 415
Ezec. 1.14 Tonitruum, vulg. in ſimilitudinẽ fulgoris corruſcãtis. 934
Fili hominis comede. 267 Ezech. 3.1
Sume tibi frumentum. 189 Ezech. 4.9
Incuruabãt ſe, vulg. Adorabãt ad ortum ſolis. 264. & 506 Ezec. 8.16
Et ſigna Thau ſuper frontes virorum. 55 Ezech 9.4
Remanſi ego ſolus, 504 Ezech. 9.8
Educam vos de medio eius. 580 Ezec. 11.7
Vt deſoletũ terra. 369. alias 370 Ezec. 12.19
Naſci, vul. in die ortus tui. 380 Ezec. 16.4
Pretium Meretricis, vul. quaſi meretrix augẽs pretiũ. 935 Ezec. 16.31
Domũ meretricis, vul. omnibus meretricibus dantur mercedes. 933 Ezec. 16.33
Cognitus ſum vulg. & apparui eis. 373 Ezec. 20.5
Sic iudicabo vos. 291 Eze. 20.36
Vnus quiſque ad idola ſua, ite, vulg. poſt idola veſtra ambulate. 251 Eze. 20.36
Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum. 356 Ezec. 21.6
Eſſe, vulg. exacutus eſt. 415 Eze. 21.10
Quomodo gaudebimus. 553 Eze. 21.10
Acies gladij, vulg. conturbationem gladij acuti et limati ad fulgendum. 934 Eze. 21.15
Ad inſuflandum, vulg. vt ſuccendam in ea ignem. 323. alias. 326 Eze. 22.20
Et erudientur, vulg. & diſcent omnes mulieres. 497 Eze. 23.48
Plaudere, vul. pro eo quod plauſiſti manu. 415 Ezec. 25.6
Ciuitas laudata, vulg. vrbs inclyta. 582 Ezec. 26.16
Torques, vulg. cedros quoque habebant in negotiationibus tuis, 934 Eze. 27.24
Nunquid ſapientior es, Daniele. 807 Ezec. 28.3
Repleta ſunt interiora tua ini- Eze. 28.16

quitate. 400
Ezec.28.16 Perdãte, vul. et perdidi te. 358
Ezec. 32.2 Educebas flumina tua, vulg. et vẽtilabas cornu in fluctibus tuis. 388
Ezec.32.19 Dormi cum incircuncisis. 288
Ezec. 38.2 Terra Magog. 580
Ezec. 39.7 Et nõ polluã nomẽ ſanctũ. 441
Eze.43.27 Placatus ero vobis. 411
Ezec. 44.7 Incircuncisos, vulg. in circuncisos corde. 577
Eze.46.22 Augulata atria; vul. in quatuor Angulis atrij. 283

Ex Daniele.

Dan.2.27 Dat ſapientiam ſapientibus & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. 760
Dan.3.58 Angeli domini Dominum benedicite. 767
Dan. 5.11 Sapientia vt ſapiẽtia Dei, vul. ſcientia & ſapientia inuentæ ſunt in eo. 120
Dan.9.2 Attẽte cõſideraui, vul. ego Daniel intellexi. 398. in nu. errato
Dan.9.23 Vir deſideriorum tu es. 516
Dan.12.2 De dormitantibus, vul. & multi de his qui dormiunt. 575
Dan.12.13 In fine dierum. 189

Ex Oſea.

Oſe. 4.2 Maledictũ et maledictum 480
Oſe.5.2 Profundare fecerũt, vul victimas declinaſtis in profundum. 284
Oſe.7.12 Et cum profecti fuerint. 934
Oſe. 12.10 Et locutus ſum. 585

Ex Ioele.

Ioel.2.5 Inſtructus prælij, vulg. populus fortis præparatus ad prælium. 517
Ioel.3.11 Congregamini feſtinãter, vul. erumpite & venite. 935

Ex Amos.

Amos 4.4 Ingredimini Bethel & præuaricamini, vulg. venite ad Bethel & impie agite. 251
Amos.5.10 Loquentem perfecte. 430
Amos.5.13 Prudens in tempore illo tacebit. 428
Amos.6.9 Abominor ego, vulg. deteſtor ego ſuperbiam Iacob. 932
Amos.7.11 Migrando migrabit: vulg. captiuus migrabit. 415
Amos.9.13 Stillare, vulg. ſtillabunt montes dulcedinem. 267

Ex Iona.

Ion. 1.7 Et cecidit ſorſ ſuper Ionã. 321
Ion. 1.12 Propter me tẽpeſtas hæc grandis. 196

Ex Michæa.

Mich. 1.5 Quæ præuaricatio, vulg. Quod ſcelus Iacob. 552
Mich. 4.7 Regnabit Domin' ſuper eos. 86
Mich. 4.8 Vſque ad te veniet. 479
Mich. 4.9 Comprehendit te dolor. 86
Mich. 5.2 Et tu Betheelen, Euphrata paruulus es. 413

Ex Naum.

Nau.1.3 Dominus in tempeſtate. 930
Nau. 1.4 Et areſecit eum, vulg. & exiccans illud. 375
Nau. 1.10 Conſumentur quaſi ſtipullæ, ariditate plenæ. 518
Nau. 3.5 Oſtendam ingentibus nuditatem suam. 421
Nau. 3.7 Vaſtata eſt Niniue. 437

Ex Abacuc.

Abac.1.15 Traxit illud inſagena ſua. 421
Abac.2.12 Præparat vrbem. 391
Abac.3.10 Contriuerunt ſe montes, vulg. doluerunt montes. 292
Abac.3.13 Percuſsiſti caput de domo impij. 104

Ex Sophonia.

Sopho. 3.5 Non ſciens, vulg. Neſcinit autem iniquus cõfuſionẽ. 549
Sopho.3.9 Reddã populis labiũ electũ. 33

Cane

Sopho.3.14	Cane Filia Sion, vulg. lauda filia ſion.	429
Sopho.3.18	Dolore affectos, vulg. Nugas, qui a lege receſſerant.	473

Ex Aggæo.

Agg.2.8	Et veniet deſiderium, vulg. deſideratꝰ cũctis gẽtibus.	527

Ex Zacharia.

Zach.2.13	Sileat omnis caro.	285
Zach.3.3	Veſtitus veſtibꝰ ſordidis.	526
Zach.4.10	Quis contempſit diem paruorũ: vulg quis enim deſpexit dies paruos?	517
Zach.5.4	Et commorabitur in medio domus eius.	387
Zach.5.11	Et demittatur ſeu reponatur, vulg. & ponatur ibi ſuper Baſem ſuam.	332. & 500
Zach.6.1	Et conuerſus ſum.	585
Zach.7.1	Mẽſis noni qui eſt Casleu.	55
Zach.10.6	Et conuertam eos ſeu habitare faciam.	578. & 505
Zach.11.5	Et paſtores eorum non parcebant eis.	527
Zac.12.12	Familia & familia.	520
Zach.13.5	Adam exemplum meum.	786
Zac.14.10	Et exaltabitur ſeu ſublimis erit	387. & 932

Ex Malachia.

Malac.2.2	Maledicam benedictionibus veſtris.	426
Malach.2.5	A facie nõis mei pauebũt.	111
Malac.4.2	Dilatabimini ſeu multiplicabimini. vul. ſalietis ſicut vitula de armento.	387
Malach.4.4	Mementote legis Moſi.	927

Ex pri. Machab.

1.Mach.2.14.	Sciſſis veſtibꝰ, vul. & ſcidit veſtimẽta ſua Matathias.	919

Ex Matthæo.

Matt.5.18	Iota vnum aut vnus apex.	63. & 867
Matth.7.6	Nolite ſanctũ dare canibꝰ.	729
Matt.10.21	Saluũ faciet populum ſuũ.	912
Matt.10.26	Nihil occultum quod non reueletur.	759
Mat.11.35	Reuelaſti ea paruulis.	758
Mat.12.18	Ecce puer meus.	898
Mat.16.19	Tibi dabo claues regni cælorum.	534
Mat.16.24	Qui vult venire poſt me.	837
Mat.18.10	Qui ſemper vident faciem patris mei.	821
Matt.19.4	Os ex oſſibus meis.	744
Mat.19.21	Sequere me.	837
Mat.21.23	Aedificauit turrim.	861
Matt.23.2	Quod dixerint vobis facite.	851
Matt.23.3	Dominus his opus habet.	2
Mat.24.34	Nihil loquebatur ſine parabolis.	862

Ex Marco.

Marc.6.7	Binos & binos.	519
Marc.11.3	Dicite quia domino Neceſſarij ſunt.	2
Mar.15.40	Maria Iacobi.	158

Ex Luca.

Luc.1.47	Exultauit ſpiritus meus.	532
Luc.10.17	Non vobis placeat quia demonia ſubijciuntur vobis.	820

Ex Iohanne.

Iohan.1.21	Propheta es tu?	575
Iohan.2.20	Quadraginta ſex annis templũ ædificatum.	920
Iohan.3.8	Sic Deus dilexit mundum.	753
Ioha.5.46	Ille de me ſcripſit.	844
Iohan.8.21	Si non credideritis.	759
Iohan.8.25	Ego principium qui & loquor vobis.	900
Iohan.14.6	Via veritas et vita	830 et 902
Ioha.19.31	Erat enim magnus dies ille ſabbati.	668
Ioha.21.18	Alius cinget te.	676

Ex Actis Apoſtolorum.

Act.7.17	Creuit populus & multiplicatus ẽ in Aegypto quoadusq; ſurrexit alius Rex &c.	800

I N D E X

Ex Epiſtola ad Romanos.

Rom.1.5 *Ad obediendum fidei in omnes gentes.* 555
Rom. 3.2 *Commiſſa eloquia Dei.* 851
Rom.5.14 *Qui eſt forma futuri.* 786
Rom. 10.4 *Finis legis Chriſtus.* 841
Rom. 11.36 *A quo omnia & in quo oĩa.* 910
Ro. 13.53 *O altitudo diuitiarum.* 741

Ex Epiſtola 1. ad Corinthios.

1.Cor 2.11 *Quis hominum ſcit quæ ſunt hominis.* 745
1.Cor.4.1 *Diſpenſatores myſteriorum dei.* 733
1.Cor.13.8 *Siue prophetię euacuabuntur.* 736
1. Co.13.11 *Cum eſſem paruulus loquebar vt paruulus.* 756
1.Co.14.20 *Malitia paruuli eſtote.* 756

Ex Epiſtola 2. ad Corinthios.

2. Cor.3.6. *Littera occidit.* 853
2.Cor.12.4 *Audiuit Arcana verba.* 731

Ex Epiſtola ad Galatas.

Gal.2. 20 *Viuo ego iam non ego.* 676

Ex Epiſtola ad Epheſios.

Epheſ. 1.9 *Notum nobis factum ſacramentum ſeu ſacramenta.* 733
Epheſ.4.14 *Non ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus.* 754
Epheſ.4.14 *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes.* 757
Epheſ.5.30 *Saccamentum magnum in quo Chriſto & eccleſia.* 783

Ex Epiſtola ad philippenſes.

Philip.2.9. *Nomen ſuper omne nomen, &c.* 910

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

Nemo vos iudicet in cibo & potu. 673 Coloſſ.2.16
Secundum diſpenſationem Dei. 752 Colo.10.16

Ex Epiſtola 1. ad Timo.

Tu autem, o homo Dei. 816 1 Tim.6.11
Quē nullus hominum vidit nec videre poteſt. 776 1.Timo. 6. 16

Ex Epiſtola 2. ad Timo.

Hæc commenda fidelibus. 865 2.Tim. 2.2

Ex Epiſtola ad Hebræos.

Cui enim dixit aliquando Angelorũ filius meus es tu. 911 Hebr.1.4
Viuus ſeſmo Dei. 892 Hebr.4. 12
Fide Moſes Natus occultatus eſt. 801 Hebr. 11.23
Moſes fide magnus factus eſt. 849 Hebr.11.24

Ex Apocalypſi.

Ego sũ Alpha & Omega. 896 Apoc.1.8
Sacramentum ſeptem ſtellarum. 733 Apoc.1.19
Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi. 497. & 794 Apoc. 5.12
Habens Nomen exterminans ſeu exterminatoris. 151 Apoc.9.11
Nomen Beſtiæ. 915 Apoc.9.13
Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia. 918 Apoc.9.16
Et portæ ſingulæ erant ex ſingulis Margaritis. 20 Apo.21.21

F I N I S.

Hoc eſt,

הַקְדָּמָה

Hoc eſt,

PRAEFATIO AD LINGVAE SANCTAE ET SCRIPTVRAE SACRAE STVDIOSOS.

Auctore F. Ludouico. S. FRANCISCI, Luſitano Olyſſiponenſi, ex Seraphico Ordine, Fratr. Mino. Obſeruantiæ Regularis, Almæ Prouinciæ D. Iacobi Hiſpaniarum, Theologo, & Sacri Pontificij I. Doctore, & olim Interprete.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

Cognitio linguæ ſanctę ad diuinarũ literarum intelligentiam neceſſaria.

DEcreueram (ſtudioſe lector) primo omnium hac in præfatione de diuinarũ dignitate ſcripturarum, atque neceßitate ſtudiorum, linguæ Sanctæ paucis tecum agere. Sed cum illico ſubiret in mentem ſapientißimos quoſq; viros pietate, doctrina, & varia diſciplinarum omnium cognitione præſtantißi-

tiſsimos,plura quidem de huius argumenti genere copioſiſsime & elegantiſsime ſcripſiſſe;mutaui ſtatim ſententiam,ne & tempore, & otio, ac beneuolentia tua abuti viderer,actum(quod aiunt)agẽs. Quamobrẽ his omnibus superſedẽs, inſtituto tamen, & deſiderio meo vt aliqua ex parte ſatisfacerẽ,duo tãtum illa Catholicæ Eccleſiæ clariſſimæ lumina. D. nẽpe Hieronymũ, & B. Auguſtinum,vice cuiuſdã exhortationis ad Hebraicas litteras perdiſcẽdas,tibi ante oculos proponere volui. Id quod eo lubentius præſtabo,quò horum patruũ Ortodoxorum authoritas grauior,& doctrina vtilior tibi eſſe poterit. Auguſtinus [a] igitur in libris de doctrina Chriſtiana aperte fatetur contra inſcitiam , & ignota ſigna remedium appoſitiſſimum eſſe linguarum cognitionem:& latinè(inquit)linguæ, homines, quidem,quos nunc inſtituendos ſuſcepimus , & duabus alijs ad ſcripturarum diuinarum cognitionẽ habent opus,Hebraica,ſcilicet.& Græca. Cum vero illis opus eſſe dicat , neceſsarias eſſe intelligere debemus,opus namque eſſe de re aliqua idem latinis eſt quod neceſſarium vti ex Cicerone,et alijs docet Ambroſius [b] Calepinus, dictione opus. Quæ etiam ſacræ ſcripture phraſis eſt , vt videbis apud Mat. ibi,Dominus his

[a] li.2. c. 11.10.3. Pag. 12. col. 1.

Cognitio Hebræ, & Græcę linguæ latinis neceſſaria.

[b] pa.856 col.1.

cap. 21. ver. 3.

opus

opus habet: pro Domino neceſſarij ſunt, vti expreßim habet Marcus,[a] & verbum Græcum χρείαν ibi poſitum vſum & neceßitatē ſignificat, Cōſonant D.[b] Chryſoſt.[c] Origenes,[d] Hilarius, & Cartuſianus ibidem. Et in hoc ſenſu Auguſtini authoritatem citant, Pagninus[e] in Iſagoge ad litteras ſacras, & Montanus in præfatione Regiorum Bibliorum. Verumtamen neceßitatem hanc non quidem præciſam & omnimodam accipere debemus, ſed ſecundum quid hoc eſt, vt facilius & aptius ſacra ſcriptura intelligatur, vti ex D. Aug. exēplis cōſtat. Ex profeſſo idem demōſtrat doctiſsimus & religioſiſſimus pater atq; Magiſter Melchior Cano de locis Theolog. Adiunge Origenē[f] qui ait, propter obſcuritatem ſanctarum ſcripturarum, trium linguarum cognitionē neceſſariā, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, vt ab vna ad alterā recurratur, & ſi quam dubitationem nominis vel interpretationis ſermo vnius linguæ attulerit, altera explicet. Vnde iam colliges, quàm futilis, & inanis ſit quorundā excuſatio, aut potius incuſatio, qui D. Auguſtini[g] exemplo, & authoritate, eò quod Hebræas litteras ignorauerit, nō ſolum ſe ab huiuſmodi ſtudijs tanquàm à contagioſis, ſeu leproſis corporibus, cadaueribusque

a cap. 11 verſ. 3.
b Super Matthę. cap. 21. hom. 67 tomo. 2. pag. 503 & 908. in fine.
c tracta. 14. ſuper 21. Mat.
d Ibidē.
e cap. 3.
f tom. 2. pag. 350
g Epi. 131 ad Memorium epiſcopum, to. 2. pag 247. colum. 2.

(vti olim [a]) ſuperſtitioſe ſequeſtrant, et elongãt: Sed & illa etiam vehementer impugnant, corrodunt, et ſugillant. Nam etſi tantus Pater, et Doctor Catholicæ Eccleſiæ, ratione occaſioneuè aliqua, huius sãctæ linguæ ſtudio minime vacauerit: non ideo tamen deſiit, & neceßitatem, & vtilitatẽ hanc ingenuè fateri, & agnoſcere, noſque ad ipſam perdiſcendam, et amandã quam maximè adhortari. Quippe quia, vt idem S. pater libris de Trinit. [b] ſubtiliter & eleganter demonſtrat, nullius linguæ doctrinæuè cognitio abſq; illius amore, eiuſq; vtilitatis notitia quæri, ſeu deſiderari poteſt. Ac proinde ſi Hebraicæ linguæ cognitio, eius cognita vtilitate, amaretur: facilè quidem perdiſceretur à nobis. Amor nãque omnes ſuperat difficultates: ſicq; nulla nos deterreret difficultas, nec vlla conturbare poſſet deſperatio, quæ ſanè frequenter incipiẽtes infeſtare ſolet, ne hoc ipſum deſideriũ conſequantur, ſeu incæptum ad finem vſque perducant. Nam cum plures huius linguæ ſtudijs incubuiſſe, eiuſq; peritiã breui tempore aſſecutos fuiſſe cognoſcamus, ac ſubinde eam facile adipiſci poſſe tam certum ſit; non eſt profectò cur deſperemus animumq; deſpõdeamus. Eis quippè doctrinis, vt ſuperiori loco idem Sanctus ait, ſtudemus vehe-

[a] Leui. 13. & 14 & Num. 19.

[b] lib. 10. cap. 1. tom. 3. pag. 141

Difficultas incipientes in deſperationẽ trahit.

Remedium cõtra huiuſmodi deſperationem incipientiũ.

vehementius quæ adipiſcuntur ab alijs, etiã longeuis & capi poſſe non deſperantur. Catonẽ legimus cum octogenarius eſſet Græcã linguã didiciſſe, & in ea poſtmodum eloquentiſsimè declamaſſe. Quid de præclariſsimis illis viris dicã, qui olim, vt Eccleſiæ ſanctæ opitularẽtur, iam lõga ætate prouecti manum ferulæ ſubduxere? Vnde illud obſeruatione dignum eſt, ſi bene conſideramus: Neminem ferè poſt beatiſsimos Apoſtolos Orthodoxã Eccleſiam Hebraicis litteris illuſtraſſe, qui non eas in matura, ac prouecta ætate diſcere cœperit. Quorum ſanè exemplo à viri docti & religioſi dignitate alienum nemo exiſtimare debet ad elementaria conſortia declinare. Accedat Aurelij Opilij exemplum, qui non eſt dedignatus poſt Philoſophiam, artem rethoricam, et nouiſsimè grammaticam ſectari. Quod idem de Atteo illo Suetonius teſtatur. Nec ſilentio prætereundus eſt Ioannes Phocenſis iureconſultus, ſenator, & trium vir Sueuenſis olim legatus, ad Roman. Pont. Alexandrũ VI. & Fredericum III. Germaniæ Imperatorem, qui ſenio penè cõfectus, litteras Hebræas didicit: in quo ſtudio tantum profecit, vt non ſolum ediderit inſtitutiones Hebraicas cum dictionario, verum etiam optimum libellum

de accen

Cato octogenarius litteras græcas didicit.

veteres iam ætate prouecti linguã ſanctam dicerũt, vt eccleſiam Dei iuuarẽt,

Aureli. Opilius.

Atteus

Ioannes Phocenſis iurecõſultus

de accentibus, & alia nõ pauca. Inter hos verò meritò enumerandi etiã ſunt doctiſſimi, religioſiſſimiq́ patres, et fratres ex ſanctiſſimi Dominici, eminenti & glorioſo inſtituto, frater Hieronymus ab Oleaſtro, & fratrer Frãciſcus Forerius cum alijs quàm plurimis eiuſdẽ familiæ. Et Reuerẽdus admodum, Egregiuſq́ pater Dominus Petrus profundi ingenij, ſtudijq́ Magiſter, & Canonicus digniſſimus religioſiſſimæ, et obſeruãtiſſimæ cõgregationis Canonicorum Regularium D. Auguſtini Sanctæ Crucis Conimbricen. Nec nõ Egregius Magiſter frater Hector Pinctus Hieronyminiani ſapientiſſimi, et præclariſſimi inſtituti, qui omnes apud Luſitanos poſt ſacræ Theologiæ ſacra ſtudia, tãta cum diligentia linguæ huic operam dedere, vt maiorẽ ſcripturæ diuinæ partem optimis, pijſſimiſq́ ſcriptis illuſtrauerint. Conſulto prætereo eruditiſſimum & in omni linguarum genere verſatiſſimum ac præſtantiſſimum theologum patrem admodum Reuerendum, Fratrem Ludouicum Legionenſem meritiſſimum perpetuumq́ ſacrorum Bibliorum Cathedraticum apud Salmanticenſem florẽtiſſimam Academiã, cuius quidẽ & Auguſtinorum Heremitarum ingẽs decus, & rarum eſt ornamentum: tutius namq́ exiſti-

mans

Religioſiſſimi patres ex D. Dominici inſtituto.

Domin.us Petr.us Luſitan.us canonicus Regula. S. Crucis.

Frater Hector Pinctus Hieronymianus Luſitan.us

R. P. F. Ludouicus Legionẽſis Auguſtinianus Salmanticenſis.

Digitized by

mans in tanta laudum ſuarum vbertate ſilere, quàm pauca colligere. Sed & his accedit doctiſſimus ille citra vllam aſſentationis ſpeciem Magiſter Franciſcus Cano ingenij, iudicij, & gubernationis eccleſiaſticæ dexteritate, ac experiētia illuſtris, carus omnibus, & præſertim D. Catharinæ quondã Luſitanorum Reginæ ſereniſſimæ, cui à ſecretis maxima cũ laude, et fidelitate (quãdiu ipſa ſanctiſſime vixit) honorificè inſeruiuit. Is igitur quē certò ſcio ob egregiã ipſius erga me priſtinã beneuolentiã, & familiarē in vtraque fortuna familiaritatem, & amicitiã, tam ſtrenuè apud noſtram Olyſipponem huic linguæ incubuiſſe, vt merito huius claſſis auctoribus, & ſtudioſis adiungi debeat.

Domin' Magiſter Frãciſcus Cano mirificas theologus.

Nec ferat quis indignè haſce ſuperſtitum virorum inſignium honorificas commemorationes, quando ipſi ita feliciter in hoc ſtudiorum genere verſati ſint, vt maiores multò laudes promereantur. Et eò præſertim, quòd eorum vigiliæ ſtudioſorum animos mirum in modum accendant & inflamment, deſidioſis quoque & ignauis ingens addiſcendi calcar, & indefeſſè laborandi ſtimulum addant. Nec ideo quòd inter nos adhuc viuant digno ſui honoris encomio defraudandi ſunt: ne malignos malignantis in-

Laudes ſuperſtitum virorum non sũt ægre ferendę.

Inuidiæ malignãtis, mores maligni.

uidiæ

uidiæ mores ſectemur, quos pulchrè ſatis Martialis [a] *deſcribens, eſſe inquit;*

[a] Martialis lib. 5. epig. 10. ad Regulum.

Quid hoc dicam viuis quod fama negatur
Et ſua quod rarus tempora lector amat.
Hi ſunt inuidiæ nimirum regulæ mores:
Præferat antiqua ſemper vt illa nouis.
Sic veterem ingrati Pompei quærimus vmbram.
Et laudant Catuli iulia templa ſenis
Ennius eſt lectus ſaluo tibi Roma Marone
Et ſua riſerunt ſecula Mæonidem.
Rara coronato plauſerunt theatra Menandro.
Norat Naſonem ſola Corinna ſuum.

Cui opportunè accedit Flacci Horatij [b] *ſententia, iudicantis recentiorum laudes ob antiquorum gloriam minimè prætermittẽdas: is igitur Oda nona ſic ait:*

[b] Horatiꝰ Oda. 9.

Non ſi priores Mæonius tenet
Sedes Homerus: Pindaricæ latent
Ceæq́; & Alcæi minaces
Sterſicheriq; , graues camenæ.

Ex familia Seraphica ſapientiſſimi, doctiſſimique patres.

Nec ſilendi ſunt ex noſtra Minoritana & Seraphica familia quamplures ſapientiſsimi patres Hiſpani, Galli, & Belgici, ſiue vtriuſque Germaniæ, qui hac in re non minorem ſibi laudem

dem pepererunt, è quibus (vt alios taceam) extitit accerrimi ingenij, Theologus, et linguarum peritia maximè gnarus Egregius Pater Frater Michael à Medina, Pater olim Caſtellanæ Prouinciæ meritiſſimus, & Frater Ioannes Benedictus Gallus Pariſienſis Theologus præſtantiſſimus, & Hebraicæ poeſeos clariſſimus vates mihi olim in Luſitania notus. Quos tamen omnes non Ideo in præſentiarum laudamus, vt eos adulatoriè ad vllam vanitatis inanem gloriã prouocemus; ſed potius ad ipſius virtutis profectum, ac donorum Dei commẽdationem, quod profectò licere, ex D. Greg. Magno [a] D. Augu. lib. confeſſionum [b] Et D. Thom. [c] perſpicuũ eſt. Ac proinde idẽ D. Tho. illud Eccl. [d] quo hominẽ in vita laudare prohibemur, ad vanas inaneſq; laudesq; ſanctos viros maxime conturbãt, refert. Sed cum verbũ illud Græcũ μακάριζε pro quo noſter vulg. Ne laudes, trãſtulit; Beatificare aliquẽ et beatum prædicare ſignificet, [f] Nihil aliud exiſtimarim nobis prohiberi, quã ne homines ante mortẽ tanquã iam felices et beatos ab omnique tentationũ periculo abſolutos & ſecuros prædicem[a] laudemusq;. Is n. μακαρισμός ſiue beatitudinis prædicatio propius eſt pſeudo prophetarũ. [g] Obid græca interpretatio eo in loco habet, Ante

B   *mortem*

Ff Michael à medina inſignis Theologus.

Ff Ioan. Benedictus Gallus Pariſiẽſis Theologus.

[a] 1. Reg. c. 14. to. 2. pag. 1067. c.

[b] cap. 36 ĩ fine cũ ſeq. to. 1 pag. 78. col. 1.

[c] 2. 2. q. 115. art. 1.

[d] cap. 11 29

[e] Ignati. in epiſ. ad Tral. Theodore. in lib. de proui dẽtia ſer. 5. to. 2. pág. 616 Aug. ſup citatus, & de verbis Dñi ſer. 5. to. 10. pa. 8 col. 1. a. & D. Hierony. in epiſ. 1. ad Demetriadẽ to 9. pa. 19. A. b.

[f] Theſ. linguę Gręce, to. 2. pag. 723. cũ ſeq.

[g] Lucæ 6. 29.

mortē ne dicas beatum aliquē. Fauent ſatis quæ ſancti patres hoc in articulo paſsim adnotant. [a] *Verum quid plura? Nonne (vt B. Greg. Naz. demonſtrat)* [b] *vera laus bonis debetur? Quamobrem iure ego quoq; ſtudioſorũ animos ad hoc tam celebre, ac ſanctum ſtudium excitare poſſem: quippe qui in Pontificum ſacrorum ſacris Codicibus, & iure cõſultorum Pãdectis, ac Cæſarũ conſtitutionibus (quas aliquando Salmãticæ & Conimbricæ palam interpretabar) multum diùq; verſatus: deinde Seraphicam hanc minorum ſacroſanctam religionem ingreſſus, compoſtellæ Theologiæ ſcholaſticæ incumbens, publicis concionibus, priuatiſque negotijs implicatus, tandem tandem huius linguæ ſanctæ ſtudio, prope iam quinquagenarius, animum, & ingenium non ſine aliquo prouentu & fructu (vt vides) applicaui: hortatu quidem, & conſilio D. Hieronymi Oſorij Luſitani Epiſcopi ſyluenſis digniſsimi, ac præſtantiſsimi, probitate, doctrina, ac Ciceroniana eloquentia longè præclariſsimi: cuius ſanè obitus non minorem litteris, quàm patriæ cladem attuliſſe videtur. Sicque meipſo indies meliorem, & in ſacram ſcripturam expeditiorem, ac exercitatiorem ſenſi, quamtumcumque minime defuiſ*

[a] B. Theodoretus in pſal. 148. co. 1. Aug. in quæſtio. ſup Gene. q. 168. to. 4. pa. 54 col. 1. & B. Maxim⁹ in ſuis homelijs.

[b] Oratio 11. ĩ laudem ſororis ſuę Gorgoniæ.

Author primo iure conſultus poſt modũ minoritanus, deinde theolog⁹, & cõcionator litteras Hebręas dicit.

D. Hieronym⁹ Oſorius ep̃s ſiluẽſis luſitaniæ lumen, & ornamẽtum.

defuiſsent, qui mihi ſtudium hoc, vti olim Celſus Origeni, et Ruffinus B. Hieronymo fruſtra criminaretur. Nam ſi Demoſthenes, vt vnam exprimeret litteram, a cane, Rho. diſcentem minime reprehendimus; cur litteras Hebræas, ad eccleſiæ vtilitatem diſcentem reprehendemus? ſed (proh dolor) hinc ſæpe fit, vt plures inerudite ſapientes remaneant, nolentes quidem diſcere quod ignorant. Nec Horatium audiunt commonentem; cur neſcire pudens praue, quam diſcere malo? verum quantum ad me attinet fragile hoc infimi hominis exemplum (quod in re tam graui facile paruipendi poteſt) omittens. ad eundem ipſum, D.[a] Hieronymum reconditæ eruditionis theſaurum lubenter me conuerto. Is igitur ad Euſtochium ſcribens, ſic ait: loquor & aliud, quod forſitam æmulis videatur incredibile. Hebræam linguam, quam ego, multo labore ac ſudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non deſero, ne ipſe ab ea deſerar, diſcere voluit, & conſecuta eſt (Paulam Euſtochij matrē intelligit) vt pſalmos Hebraice caneret, & ſermonē abſq; vlla latinæ linguæ proprietate perſonaret: quod quidem vſque hodie in ſancta filia eius Euſtochio cernimus. Sed & illis nos adhuc adiungere poſſumus, illuſtres

Origeni celſus, Ruffin⁹ B. Hierony. litterarū Hebraicarū ſtudium exprobabant.

Demoſthenes a cane Rho lſς, prolationē diſcere nōeruit.

[a] Tom. 1 fol. 237. b.

Paula a D. Hieronymo, didicit linguā hanc in qua magnos ꝓgreſſus fecit.

Illuſtres fœminę luſitanæ cõnumerantur q̃ in huius lĩguę ſtudio multum profecerũt.

alias noſtræ luſitaniæ fœminas, quæ linguarum peritiam minimè vulgarem etiã aſſecutæ fuere. Quarum de numero vna quidem fuit Ornatiſſima illa. Ioanna Vaz Luſitana, ſereniſsimæ & catholicæ illius D. Catharinæ præclariſsimæ memoriæ Luſitanorum & Reginæ, & parẽtis; famula admodum familiaris, & grata. Quæ profectò in hiſce ſtudijs tam felices fecit progreſſus, vt ad Ro. Pont. tunc temporis epiſtolã Hebraicè, Græcè, & latinè, doctiſsimè ſcripſerit, gratiſsimam inde benedictionem, & egregiam laudem promerens. Nec prætereunda eſt alia nobilis & erudita, Sigæa perdocti Sigæi Tolletani filia cuius obitum, diligentiſsimus antiquarius noſter Lucius Andreas Reſendius elegantiſsimo carmine olim deplorans; teſtabatur illã neſcientes omnes bonas artes penitùs ignoraſſe. Sed ad ipſum [a] Hieronymum reuertamur, qui ad Ruſticum ſic ſcribit. Dum ſolitudinis me deſerta vallarent, incentiua vitiorum, ardoremq́; naturæ ferre non poteram: quem cum crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æſtuabat. Ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in diſcipulũ dedi; vt poſt Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemq́; frontonis, et lenitatẽ Plinij,

a Epiſ. 4. To. 1. fo. 45. lr̃a c. & ſeq.

Quid D. Hier. in ſolitudine acciderit in huius linguæ ſtudijs.

Alphabe-

Alphabetum diſcerem, & ſtridentia anhelantiaq́; verba meditarer. Quid ibi laboris inſumpſerim, quid ſuſtinuerim difficultatis, quoties deſperauerim, quotieſque ceſſauerim, & contentione diſcẽdi rurſus inceperim, teſtis eſt conſciẽtia tam mea, qui paſſus ſum, quàm eorum, qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Domino quod de amaro ſemi[..]e litterarum dulces fructus carpo.[a] *Idem in Danielis præfatione ſcribit: Et ego (inquit) poſt Quintiliani; & Tullij lectionẽ, ac flores Rethoricos, cum me in lingua huius priſtinũ recluſiſſem, & multo ſudore, multoq́; tempore vix cœpiſſem anhelãtia, ſtridẽtiaq́; verba reſonare; & quaſi per cryptam ambulans, rarum deſuper lumẽ aſpicerem, impegi nouiſsimè in Danielem, et tãto tædio affectus ſum, vt, deſperatione ſubita, omnem laborem veterẽ voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in ſua lingua ingerente, labor improbus omnia vincit; &, qui mihi videbar ſciolus inter Hebræos, cœpi rurſus eſſe diſcipulus Chaldaicus. Labor autem improbus, à pleriſque doctis, labor improbitus & fortis dicitur: illud vero carmẽ Hebraicum ipſi D. Hieron. crebrius repetitũ ſic habet;* הַהֶרְגֵּל עַל־כָּל הַדָּבָר שַׁלִּיטָן *Hæc ergo D. Hieronymi*

D. Hier. linguæ hui⁹ difficultatibus præſus pluries ab eius ſtudio ceſſabat; ſed eadẽ ſuperauit laborando.

a To. 3. pag. 44.

Labor improb. & fortis, ſiue potius improhibitus & nõ impeditus.

Nulla his tpib. excuſatio eſt. Si non damus operam linguæ ſanctę.

verba

*verba vnumquenque mouere debent, vt alacri animo difficultatum laruis ac mõſtris profligatis ſtrenue huius linguæ ſtudio incumbat. Et eò magis cum ipſius ſanctæ linguæ cognitio breuiori temporis curriculo iam nunc adipiſci facilius valeat. Quæ ſane facilitas, vt D. Hieronymi tempeſtate deerat: Ita etiam hiſce temporibus deſidiam noſtram maxime culpat & incuſat. Accedit quod nulli iã opus eſt, peregrinas luſtrare prouincias, nouos adire populos, ſeu maria tranare, vt illam conſequatur, ſicuti plures ex priſcis illis Philoſophis, vt alias vanas quidem diſciplinas & artes aſſequerẽtur, feciſſe legimus.*ᵃ *Negotiatores quoque innumeris ſeſe videmus obiectare periculis, vt gemmas, & ſimilia ad vanum, & ambitioſum, corporis ornamentum comparent. Quos profectò ſi nulli labores, nullave pericula deterruere, vt illam qualemcunque ſcientiam mille mendis, et nugis obuolutam e longiſſimis, ac remotiſſimis terræ finibus peterent, & inueſtigarent: nos qui diuinarum ſcripturarum diuinam ſcientiam ex ipſius Dei ore prolapſam profitemur, quam excuſationem afferre valebimus? ſi cum tam facilis additus, tam plana via, tuta peregrinatio, & tam denique breuis labor nobis proponatur, adhuc tamen*

ᵃ Vid. D. Hiero. epiſ. 103 ad paulin. to. 3. pag. 5. & Ludo. cę li. Rhodig. lib. 29. lect. Antiq. c. 4. to. 3. Ioa. lãg. poſt Cle. Alexandrinũ in anno. ad Iuſtinũ martyrẽ to. 1. pa. 258. ſozem. li. 2. ca. 23.

men

men laborem fugimus, & effeminato quodam animo pertimeſcimus, ac formidamus? & eò inexcuſabilior deſidia noſtra redditur, quò peregrinatio breuior, & facilior eſt. Nã vt doctiſsimus Clenardus olim ad hoc ſtudium ſuos adhortans diſcipulos aiebat, illud non in portu longo iã maris deuorato tædio; ſed in ipſo limine, dum ſoluis à littore puppim, & vix dum iter capeſcis laborem tuum præmio ampliſsimo ſtatim ſolatur; dum ſyllabarum corticem machera fideli conuellis, dum verbula ſonare niteris, continuò paſcit, paſcendoque mentis noſtræ horrea implet, & diuitijs, non illis quidem Cræſi et Darij, ſed diuinis, intellectum noſtrum locupletatur et ditat. Quam ob rem qui in Latinis muſsitant, teſtudineo gradu ſe potius mouentes, quam incedentes, ſi ſacræ ſtudent ſcripturæ hanc debent audire grammaticam, ferulæ manum ſubtrahere, & inter (paruulos vt ita dicam) παιδογέροντες *ſeu diſcipuli ſenes effecti, hanc artem diſcere. Nec temporalia lucra ex ea expectamus; cum litteræ marſupium minime ſequantur. Sudoris comites ſunt, & laboris: ſocie ieiuniorum non ſaturitatis, continentiæ non luxuriæ. Demoſthenes plus olei, quam vini, expendiſſe dicitur, & omnes opifices nocturnis ſemper vigilijs præueniſſe*

Nullam noſtra deſidia excuſationem habet.

Hebraicæ lĩguę ſtudium ſtatim in limine ſolatur diſcẽtes.

Litteræ nõ ob diuitias quęrẽdę

Litteræ comites laboris.

Demoſthenes plus olei quá vini expẽdit.

ueniſſe. Sed nos qui & Chriſtiani & religioſi ſumus, atq; ad alios in eccleſiã erudiendos à Deo Opt. Max. deputati, cur integram horã in hoc ipſo vtiliſſimo ſtudio conſumptã perdidiſſe putabimus? ac ſi nugis, & fabulis, ſiue alijs portentis operam daremus, & non illi linguæ, quæ Chriſtianæ Eccleſiæ non ſolum multum cõmodi & adiumenti affert; ſed & ipſis ſtudioſis maximũ fructum & dulcedinem, ac non vulgarem omnium pene rerum cognitionem. Vnde meritò cũ D. Hieronymo [a] *ad Vrbicam dicere poſſumus. Quid hoc ſacratius ſacramẽto (tradiderat prius Alphabeti Hebraici ſignificationes) quid hac voluptate iocũdius? qui cibi, quæ mella ſunt dulciora quàm in Dei ſacram prudentiam, & in abſcondita eius intrare, & ſenſum creatoris inſpicere, & ſermones Domini Dei tui, qui ab huiuſmodi ſapiẽtibus deridentur, plenos docere ſapientia ſpirituali? Habeant ſibi cæteri, ſi vellint ſuas opes, gemma bibant, ſerico niteant, plauſu populi delectẽtur, & per varias voluptates ſuas dementias, vincere nequeant. Hæc D. Hieronymus. Hoc ergo huius linguæ ſanctæ ſanctum ſtudium in magno prætio ſemper habendũ, non ſolũ Hiero. legẽs quiſque exiſtimabit, ſed & qui illa Quintiliani eloquẽtiſſima verba circa grãmaticam*

Lingua Hebræa Eccleſiã Dei adiuuat & ſtudioſis fructũ & dulcedinẽ affert.

[a] Tom. 3 pag. 314 D.

Dulcedo linguæ ſanctæ.

Linguę ſanctæ cognitio vniuerſa ſuperat prætioſa

Quintiliani pulchra verba đ grãmatica.

ticam latinorum, conſiderauerit. Poſt quem ali qua de grammaticæ neceßitate commemorat, Petrus Gregorius in ſyntaxi artis mirabilis. [a] a lib. 16. cap. 1.
Et ſi his noſtris temporibus minimè deſint qui, honeſtum faſtidientes laborem, grammaticam cuiusq; linguæ (præſertim hebraicæ) ſuperuacaneam & nullius frugis eſſe contendant: quos profectò ſimiles crediderim vulpi illi, quæ apud Aeſopum, vuas, quas nullo modo, aſſequi poterat; vti acerbas abhorrebat, contemnebat. Imperiti hodie grãmaticã & ſtudiũ linguæ ſanctæ dãnant.
Verum enim vero Quintilianus [b] *apertè demonſtrat quantum hac in re allucinentur. Is igitur ſic ſcribit. Grammatica plus habet in receſſu quàm in fronte, vt ſunt quædam ædificia, quæ à fronte vidẽtur anguſta, interius autem ſunt ampliſſima. Et rurſus: minus ſunt ferendi, qui hanc artem, ut tenuem, ac ieiunam cauillãtur, quæ niſi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid ſuperextruxerit corruet. Neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes, et quæ vel ſola in omnium ſtudiorũ genere plus habet operis quàm oſtentationis. Ne quis igitur tanquam parua faſtidiat grammatices documenta, non quia magnæ ſit opere conſonãtes à vocalibus diſcernere, ipſasq; in ſemiuocalium numerum partiri; ſed qua interio-* b lib. 1. orator. inſtitutionum capite de grãmatica. Cõparatio grãmaticæ. Neceſſitas cuiuſcunque grãmaticæ.

ra velut ſacrarij huius adeuntibus apparebit, multa ſubtilitas, quæ non modo acuit ingenia puerilia, ſed exercere altißimam quoque eruditionem, ac ſcientiam poßit. Hæc Quintilianus. Vnde D.[a] Auguſt. & Beda, de ipſa grammatica tanquam de re vtilißima, vtiliter ſcripſere. Adiunge B. Theodoretum, qui[b] ait, grãmaticæ neceßitatem à Deo ſumma cum prouidentia homini conceſſam. Quod argumentum ibidem eloquenter & copioſe proſequitur. Licet igitur Quintilianus & alij de grammatica loquantur latina, idem planè de hac noſtra cenſendum eſt. Vnde non immerito grammatica noſtra dicitur דִּקְדּוּק *dikduk à verbo quadrato* דִּקְדֵּק *dikdek, quod eſt minutatim & ſubtiliter conſiderare, excutere et diſcutere rem ad vnguem: ſicque ſubtile grammaticæ inuẽtum, & acutam, minutamq́; rerum tractationẽ hoc nomine ſignificantes: proprium grammatices eſſe oſtendunt, minutatim & ſubtiliter de rebus agere. Latina autem grammatica denominationem aſſumit à materia ſcripturæ, vt Faberlignarius à ligno. Accedunt quæ Petrus Gregorius ex Cornelio nepote, & Suetonio in lib.[c] citato adducit. Cui adiunguntur, quæ Doctißimus Elias Leuita in ſuorum canticum præfa-*

[a] Vide Aug. to. 1. pag. 199. & 113

[b] li. d̃ ꝓuidẽtia ſerm. 4. tom. 2. pa. 592.

Grãmatica vnde denominetur ab hebręis & à latinis.

Propriũ grãmaticę mun⁹ eſt ſubtiliter & minutatim oĩa ad vnguẽ vſq; pertractare.

[c] lib. 16. cap. 2.

Elias Leuita.

præfatione de grãmatica noſtra ſcribit. Quam quidem reſpectu omnium aliarum linguarum lapidem ſummum eſſe affirmat. Litteras ſcalam, quibus aſcenditur ad currum eius, ſi quidem ex eis eſt ſculptura eius, motiones ſiue puncta clauos appellat; quæ (vt ipſe ait) incruſtant ſcalam ipſam. His tamen libenter adiungo ſequentes verſus R. D. K. qui in ſuo michlol ſic ſcribit. אֲשֶׁר לָמַד וְתוֹרָה לוֹ לְקִנְיָן וְלֹא לָמַד יְסוֹד דִּקְדּוּק וְלֹא בָן׃ כְּמוֹ חוֹרֵשׁ אֲשֶׁר יִנְהַג שְׁוָרִים וְיָדוֹ מִבְּלִי מַלְמַד וְדָרְבָן*, hoc eſt, qui didicit & lex ei in facultate, & non didicit fundamentum grammaticæ, & non intelligit: tanquàm agricola (eſt) qui ducit boues, & manus eius abſque aculeo et ſtimulo. Et idem in eodem loco ſic ait.*

Cōparatio linguæ ſanctæ.

Lepida cōparatio.

לְכָל חָכְמָה קְטַנָּה אוֹ גְדוֹלָה   בְּדִקְדּוּק תַּעֲשֶׂה מוּסָד תְּחִלָּה
לְבַל תִּהְיֶה בְּשֵׁם פּוֹעַל וּמִלָּה   כְּמוֹ עִוֵּר מְמַשֵּׁשׁ בָּאֲפֵלָה

Hoc eſt, omnis ſcientiæ vel paruæ vel magnæ cum grammatica facies fundamentum prius, ne ſis abſque nomine, verbo, & dictione; vti cæcus palpitans in tenebra. Sed et grammaticam hanc nihil aliud eſſe quam ſenſum litteralem ſcripturæ[a] oſtendemus. In ſumma igitur ſicuti non minus pretioſum eſt alicuius excelſi palatij oſtium, quàm ipſum palatium: vti Diuus Ioannes Apoſtolus, in ſua demonſtrat

a lib. 10. cap. 8.

Alia cōparatio.

Alia cōparatio.

[a] Apoca. 21.f.

aurea cõparatio.

Apocalypſi,[a] *cum illius diuinæ ſacroſanctæ, ac cæleſtis ciuitatis ex auro puriſsimo conſtructæ, portas ſingulas ex ſingulis margaritis conſtructas, & fabre factas refert: Et ſicuti etiam ferrea quædam, ne dicam aurea, clauis Regiæ cameræ, nõ minus honorabilis, vtilis, ac neceſſaria exiſtimatur, quàm aula ipſa ſeu regia camera: ſic grammatica hebræa magni Regis aula & regia camera, clauisq; aurea ſanctarũ litterarum cenſenda eſt. Ac proinde magno in pretio habenda diligentiáq; ſtudio et ſollicitudine quærenda; vt ad arcana ſacra et abdita myſteria cum iucunditate facilius perueniatur. Nec ideo quod plures linguarum periti theologiam ſcholaſticam damnantes, ſeu ignorantes à fide naufragauerint, hoc ſanctum ſtudium minus neceſſarium & periculoſum iudicandum erit. Cum abuſus, & vitia perſonarum legitimis optimisque artibus & ſcientijs, minimè tribui debeant; ſiquidem (teſte Diuo*[b] *Auguſtino) nihil tam ſacrum eſt, tamque ſanctum, quo non abuti poſsit: nec ſtatim illa propter abuſus quorundam damnari debent. Aliàs enim, & ſacramenta & ſacræ ſcripturæ & quàm plurima alia (quibus impij abutuntur) tollẽda forent. Quam etiam conſiderationem in alijs*

[b] Ad Publiculã relato à Gratiano ĩcan. de occidendis. 23. q. 5. vide eũdẽ Aug. lib. 2. de lib. arb. cap. 18. col. 1.

Abuſus artiũ bonas artes minimè culpat nec eos qui illis benevtũtur.

terminis

terminis Gyraldus[a] *de Dÿs gentium vſurpat. Sed his adde Theodoretum*[b] *in lib. de actiua virtute. Theologiam vero ſcholaſticam & poſitiuam, ſeu expoſitiuã, ſtabile fundamẽtum omnium ſciẽtiarũ præſertim linguæ ſanctæ ſemper crediderim: qua ſanè carentes quidã, qui falsò et ineptè à linguis occaſiones ſumpſere, miſerè in miſeros errores prolapſi ſunt. Linguarum verò cognitionem præſertim hanc linguæ ſanctæ, Theologis ſummoperè proficuã & vtilem (ita tamen, vt vna aliam mutuis veluti amplexibus amplectatur) exiſtimamus. Quam ob rem hoc ſanctæ linguæ ſtudio legitimè vtẽtes, Eccleſiæ maximè prodeſſe poterunt: & hac præcipuè tẽpeſtate qua hæretici & obſtinati Iudæi legitimum verum et ſyncerũ ſcripturarũ ſenſum obſcurare paſſim nitũtur, obÿciẽtes nobis lectiones uarias, variasq; et multiplices, ac amphibologicas verborũ, nominumq; acceptiones, punctorũque diſtinctiones et ſubdiſtinctiones. Quo fit, vt ſi deſint catholici viri huius linguæ periti qui illis occurrant, facile quidem elatis, et inflatis collis, tumeſcãt. Ac proinde eò diligentius huic ſtudio opera danda eſt, quò vtilius, et promptius, inde, veluti ex quodã ſacro armario, arma erga noſtros aduerſarios ſumimus. Et licet plures do-*

ctiſſimi

[a] pag. 25

[b] lib. 12. to. 2. pa. 574.

Theologia ſcholaſtica ſtabile fũdamẽtum ſtudiorum ſcripturæ & linguæ ſanctæ.

Linguæ huius & aliarum omniũ cognitio Theologis vtilis & neceſſaria.

Hęretici & Iudæi falſas ſcripturę lectiones nobis obijciunt.

Linguarũ peritia arma miniſtrat aduers' hęreticos, & infideles Iudęos.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ctiſsimi viri tam veteres quàm recentiores varias huius linguæ Regulas ediderint, eiuſdem linguæ cognitionem perſpicuam reddere conantes; nihilo tamen minus, alij breuiores & ſubinde obſcuriores exiſtentes, quàm plurima prouectis & tyronibus cognitu neceſſaria prætermiſſerunt. Alij verò confusè magis & intricatè quàm par erat & inſtitutum hoc exigebat ſcripſere. Nec hac in re magnifacio veterum hebræorum, ſeu grammaticorum traditiones, quippe quia (vt author eſt doctiſsimus [a] Zamorēſis ex hebræo Christianus) in quāplurimis grāmaticalibus regulis ignoranter lapſi ſunt. Ob idque non eſt mirum ſi hebraica lingua ſancta (vt idem ait) grāmaticam ignorēt, & eò magis cum linguā ex vſu potius, quàm ex præceptis & regulis addiſcant: & hodie etiā ſuos & alios ita doceam: ex qua ignorantiæ radice orta eſt tāta interpretationū inanis et fallax varietas. Ac proinde cum præcipua huius linguæ & ſacroſanctæ ſcripturæ cognitio in eiuſdē grammatica cognitione verſetur, ipſius ſtudioſis conſulerem, ne præceptoribus hebræis (hoc eſt qui eo modo doceāt) vtantur; ſed potius catholicos eligāt, qui iuxta proprias grāmaticæ regulas docere ſciant, & poſſint. Harum igitur omnium diffi-

[a] In epiſ. ſua ad Romanos hebręos capit. 3.

Veteres grāmatici hebręorum in quā plurimis defecerūt.

Scripturarū cognitio ī hui⁹ linguæ grāmatica cōſiſtit. Vid. inferi⁹ li. 10. pag. 871.

difficultatum mihi ſatis ſuperq́; experta cognitio, ingenium prouocauit meum, vt ex vniuerſis omnium legitimis traditionibus, dilucidam quãdam & terſam coacervationem, ſiue collectionem cõſicerem: quam ideo inſcribere volui, Globum canonum, & Arcanorum linguæ ſanctæ, ac diuinæ ſcripturæ. Globus namque & Græcis [a] & Latinis eſt coaceruatio, & collectio cuiuſcunq; multitudinis in vnum. Id quod etiam numerorum historia confirmat. Arcana vero aliqua huius linguæ, & alia diuinæ ſcripturæ vt omnium ſtudijs inſeruirem, lubenter adiunxi. Quæ in re minimè ægreferam ſi aliqua, cenſura grauiore, et reprehenſione digna deprehendantur, cum hæc communis omnium ſcribentium lex ſit; & vt Elearchis apud Athenum dicebat, nihil vſque eſt hominum carpere quod nequeas. Vnde & in ipſis M. T. Cic. libris, manifeſtos ſoleſciſmos ab eruditis deprehenſos D. [b] Auguſti. teſtatur. Quibus congruit illud Cratetis, quod apud Laertium legitur, vix eſſe quemquam qui omni vitio prorſus careat: immo omnibus malis punicis granum aliquod putre ineſſe. Tu tamen amantiſſime lector hanc operam noſtram, & qualemcunq́; diligentiam, in tuam gratiam luben-

Intentio authoris.
[a] Theſ. Græcus to. 1. pa. 1795. Theſ. latin⁹ to. 2 pa. 1143
Num. c. 16. verſ. 11. ibi & oĩs globus tuus
Adde The. linguę ſanctæ in radice. גְּדַר & radice עֲדַר & radice שְׁבַע
Cõis ſcribẽtium lex.
Dictum Elearchis.
[b] In epi. 131. ad Memoriũ epiſ.
Elegans Cratetis conſideratio.

lubentiſsimè impenſam, tam boni cōſules, quā-tum itinerantes vias ſtratas, mundas, ac planas: & hoſpites menſas paratas, hoſpitiaq́; aptè ornata & compoſita. Vnde ſane ſpero operam hanc noſtram & diligentiā, nec ingratam aut ſuperuacaneam & inſipidam, tibi futuram. Vale ergo & noſtro hoc labore & diligentia vtere feliciter atque fruere. Ad Dei Opt. Max. gloriam. Amē.

Digitized

GLOBVS CANONVM ET ARCANORVM LINGVAE SANCTAE, AC DIVINÆ SCRIPTVRÆ.

Auctore F. Ludouico. S. FRANCISCI, Luſitano Olyſipponenſi, Seraphici Minorũ inſtituti, Obſeruantiæ Regularis, Prouinciæ S. Iacobi Hiſpaniarum, Theologo.

LIBER I.

De Characterum, ac Litterarum Hebraicarum antiquitate. Cap. I.

Linguam Hebræam ipſi orbi condito coæuam, à Deo Opt. Max. creatam et inſtitutam primoq; traditã parenti; nemo eſt cui nõ ſatis compertum ſit. Adſunt namque (præter receptiſſimas probatiſſimorum auctorũ ſententias) viua ex ſacra Geneſeos [a] *hiſtoria teſtimonia, ex quibus habemus illa nomina, Heua, ſeu Cheua, Seth, Aenos, et Kain, cum alijs ſimilibus, à verbis Hebraicis deducta, quæ quidẽ id aperte cõfirmãt; quidquid Io. Goropi⁹ locis inferius citãdis perperã contẽdat. Accedit etiã celebre illud nomen primi parẽtis*

Lingua Hebræa coæua orbi condito, & à Deo primit⁹ inſtitutã.

[a] c. 3. & 4

Abẽ Ezra. ad ca. 11. Gen. Bonauẽtura Bertramus ĩ cõparatione Hebraicę & Aramicę artis in pręfatione Pagnin. & alij quãplures.

quod quidẽ à verbo Hebræo אָדָם *Adam, dedu-citur ſignificãs Rubeſcere: ex terra enim rubra eum, formatum dicunt.*[a] *Vnde Adam, terram interpretatur Philon.*[b] *Accedit Genebrardus in ſua Chronographia*[c], *licet Goropius in hermathena*[d], *ab aggere terræ fluctibus maris obiectæ, dici magis velit: non aduertens proprias nominum etymologias non eſſe ab extraneis linguis expetẽdas: vti in ſimili ſcribit*[e] *Eucherius in Geneſim contra quoſdam qui Sarai etymologiam à Græco & non ab Hebræo deſumebãt. Cum nomẽ Sarai Hebræum ſit: nemo enim, inquit, altera lingua quempiam vocans; etymologiam vocabuli ſumit ex altera. Dam vero nunquam in Hebræo terræ aggerem; ſignificauit: pro quo Hebræi* סוֹלְלָה *ſolelà habent, & terram obiectã fluctibus maris,* שְׂפַת הַיָּם *ſcephath haiã vocant. Vnde illius deriuatio eſt maximè diſonãs à proprietate linguæ ſanctæ: licet ſuæ maternæ linguæ (quàm plus æquo extollens immerito antiquiorib⁹ præponit) aliquo modo cõſonet. Superioribus igitur conſequẽs eſt, primos characteres litterarũ Hebraicarũ, quibus illa nomina conficiuntur, tunc primum cũ inſtituta fuit, extitiſſe. Si etenim D. Opt. Max. primum hominẽ, voces, & nomina docuit, cur litterarum* cha-

[a] Denominatio & propia etymologia nominis Adã contra Goropium.

[b] li. 1. allegoriarum legis, pag. 28.

[c] in principio.

[d] lib. 4. pag. 95. & lib. 5. Origin. Antuer. pag. 539

[e] Etymologia ꝓpria vocabuli ñ ſumitur ex lĩgua aliena. vid. Euche. lib. 2. c. 25. & Orig. cap. 14. Num. Hom. 19 to. 1. pa. 155. col. 2.

Characteres in prima lingua & primo homine fuere.

charaćteres, quibus illa componuntur illi etiam non demonſtrauit? Quibus accedit quod de libro Enoch à beato Iuda Apoſtolo in ſua Canonica adducto, exiſtimauit antiquitas: licet ea authore D. Aug. & alijs occaſionem præbuerit ne liber ille ab Eccleſia reciperetur. Et huic ſententiæ aſſentitur Reuerendiſsimus dominus Cardinalis Salicæus archiepiſcopus Toletanus de nomine Ieſu[a]. Nec parum huic ſententiæ ſuffragatur Iſidori, & aliorum omnium communis conſenſus: quantumcumque diligentiſſimus Ioãnes Goropius in ſua Hermathena[b] oppoſitum aſſeueret: nõ aduertens antiquitatẽ primæuam linguæ, minime ex obſcuritate, vel diluciditate, inopia, vel copia verborum, metiendam, & eo magis, cum obſcuritas ob quam hebreæ linguæ principatum eneruare contendit ex ignorantia, & peccato gentis illius cauſata ſit, & ob eadem peccata deperdita, ſicuti et alia plura, quæ ab ipſis hebræis penitus ignorantur, ſed non ideo primigenia, ac primæua eſſe deſijt. Qua in re ſimilis eſt Goropius ijs qui linguam Gallicã & Hiſpanicã in ſuis litteris vetuſtiorẽ Græca lingua aſſerere audent, ita et ipſe hebræã linguã ſua cimbrica poſteriorẽ credẽs, cũ alijs inſanire iudicãdus eſt: vti cõtra AnniũVetuloniũ

lib. 18. de ciuit. Dei c. 38

Canus de locis Theologicis lib. 11. f. 371 Et latè Sixt⁹ Senenſis in biblia ſãcta lrã h lib. 2.

[a] cap. 3.

[b] lib. 2. pag. 25.

Lingua hebræi licet obſcura ſit nõ ideo principatum amittet contra Goropium.

prædicta aſſerentem ſcribit illius Gregorius Gi
libr. de poœtarũ hiſtori. dialag. 1. pag. 10. nu. 20. & 30. raldus. Quod ſi verum credimus, conſequẽs erit etiam vt credamus hebraicarum litterarum characteres omnibus alijs priores, & antiquiores: quippè qui, ab exordio orbis ſtatim fuere: aliter enim filij Seth exterminationem rerum omnium euenturam intelligentes, vnam ignis virtute, alteram vero aquarum vi, colunas duas ex lateribus, & ex lapidibus ſcriptas, ſculptaſq; poſteris ſuis (authore Ioſepho) minimè reliquiſſent. Vnde conſtat non eſſe verum, quod Iſydorus, & alij Hiſtoriographi paßim ſcribunt, litterarum characteres à lege per Moſen incepiſſe, hoc eſt quod hebræi ante ipſam nullas litteras haberent: ſed eos optime doctißimus Abulenſis in prologo galeato redarguit, & idem ſatis probare videtur Auguſti. loco ſuperiori, dum firmat per ſucceßionem antiquißimorum patrum linguam hebræam cum ſuis litteris etiam ante heber cuſtoditam. Accedit tex. ſacer, vbi Abraham præcepta Dei habuit, quæ tamen ſcriptura conſtant, iuxta ea quæ leguntur in theſauris, & eadem ſcripto poſteris mandauit: id quod inferius dilatabimus. Et ſi facile credã Moſen alios à prioribus, quibus Adami prior poſteritas vtebatur adinueniſſe characteres, ſicuti &

Filiorũ Seth, antiquiſsima profetia.

libr. 1. antiq. c. 4. Ludo. Viues ad caput 39 li. 18. de ciui. Dei.

Q. 6.

li. 18. de ciui. Dei cap. 39. pag. 233 to. 5. & Ludo. Viues ibid.

Gen. 17. 9. & 10. col. 263.

li. 7. c. 3.

Eſdras

Eſdras ſub Babilonica captiuitate poſt captam Hieroſolymam, alios etiã quibus nũc vtimur, (teſte D. Hieronymo in prologo galeato, & in Ezechiel. & Authore libri Maſecheth Sanhedrin,) adinuenit: ne oĩno diuina oracula abolerẽtur. Sub captiuitate namq; Babilonica, linguã ſanctã, & hebræos characteres indies magis ſermonem polluentes amiſſerunt. Vnde licet hodie vulgo hi, quibus vtimur characteres hebraici dicãtur, Chaldæi tamẽ et Babilonici ſunt: lingua vero eſt hebræa alienis litteris cõſcripta. Quo ſenſu accipienda ſunt quæ ſcribit Philon Iudæus dum ait, legem antiquitus lingua Caldaica ſcriptam fuiſſe, manſiſſeq́ longo tempore in ea: ita quidem ut illud verbum antiquitus ad tempus Eſdræ referri debeat, non vero quod vlteriorem antiquitatem comprehendat. Suidas tamen tradit, Adamum & Seth eius filium, litteras hebraicas inueniſſe, & ſtellarum appellationes: ac proinde ipſum Seth, homines qui tunc erant, Deum exiſtimaſſe et appellaſſe. Sed pro cõperto eſt ſemper habẽdum, ante Seth iam Adamum eaſdem litteras, & characteres à Deo optimo maximo habuiſſe. At filios ſuos, & nepotes, eas poſteris inuulgaſſe, quidquid aliud exiſtimet Lilius Giraldus. Forma autem chara

to. 4. c. 9.

1. li. Sanhedrin c. 2. pag. 21.

lib. 2. de vita Moſis pag. 420.

lib. 1. antiq. ca. 2. Iræn. có. li. 2. cap. 41. pag. 128. nu. 6.

Adamu & Seth lrs hebraicas īueniſſe.

li. de Hiſto. poœta. dialo. 1. pag. 9


cterum

cterum, quibus hebræi ante Zorobabel vtebantur, eſt ea quæ ſequitur, vti colligimus ex vera illa Sicli forma, quam præſtantiſsimus, & diligentiſsimus Benedictus Arias Montanus in ſuis libris de menſuris nobis tradidit: & ſi Andreas Maſsius poſt [a] B. Theodoretum cõtendat litteras, quibus nunc Syri utuntur, eſſe antiquas hebræas, quas ſub captiuitate Babylonica amiſerant. Sed prior Mõtani ſentẽtia magis arridet.

in tom. 3. apparatus c. de ſiclo ad finé.

[a] in geneſim nu. 59.

FORMA CHARACTERVM
ANTE ZOROBABELVM.




Characteres maiores ſunt, quibus hebræi ante Zorobabel vtebantur, minores vero hi quibus nunc vtimur: quorum אַלְפָּא בֵּיתָא *alphabeta, ſiue alphabetum inferius deſcribemus. Ego tamen ſuſpicor alios longe diſsimiles characteres apud nepotes, & pronepotes Noe poſt diluuium viguiſſe; id quod ſatis confirmat Abraam de balmis, qui in ſuo peculio ſequens alphabeta* deſcri-

cap. 1.

deſcribit ſubiungens hæc verba. Hæc ſcriptura tranſitus fluminis, prout inueni in libro vetuſtiſſimo. Ex quo etiam alphabeto luce clarius apparet etiam tunc litteras Hebraici alphabeti fuiſſe 22. Ac proinde minime fore admittẽdum quod beatus Iræneus[a] ſcribit, inquiens, antiquas & primas hebræorum litteras ſacerdotales nuncupatas, decem quidem numero fuiſſe. Nec eius commentatoris[b] excuſatio quicquam prodeſt.

[a] lib. 2. aduers. hęreſes cap. 41. pag. 127 in prin. cui Lili. Gyrald. ſubſcribit loco ſuperius citato, p. 8. n. 34.
[b] p. 128. num. 7.

ALPHABETVM TRANSITVS FLVVII.



Tranſitus autẽ fluminis dicitur propter Hebræos illos, quos vlteriores dicunt: Arphaſſat namque filius Sem, cum alijs fluuium Tigrim — Hebræi fluuium tranſeũtes.

verſus

verſus occidentem tranſiuit. Noe ſiquidē cum liberis ſuis poſt diluuium, in orientali regione citra Tigrim habitauit, vnde tranſeuntes Tigrim; merito vlteriores dicti ſunt: à dictione hebræa עֵבֶר *Heber, quæ ſecundū R. Dauid Kimhi ſignificat tranſitum, & vlteriorem partē, ad quam tranſitur.*[a] *Quo ſit, vt illud Gen.* [b] *vbi ſcribitur; Sem fuiſſe patrē filiorū Heber, ſignificare debeat, fuiſſe patrē omnium vlteriorū qui vltra fluuium venerunt. Hi fuerunt poſtea Chananæi et Arphaxadæi, à quib⁹, ſicuti ab Heber, lingua Hebræa: ita ea ipſa lĩgua Chenaā apud Eſa.* [c] *dicta eſt, licet Adam⁹ ibi, de Syra intelligat. Vnde iā manifeſtiſsime apparet lapsū fuiſſe Reuerēdiſs. Dominū Salicæū, Archiep. Toledū loco ſuperiori exiſtimauit Alphabetū litterarū Gothicarum fuiſſe primū Alphabetum, et primos characteres primo parenti datos: Cui minime ſuffragatur auctoritas Diui* [d] *Hierony. ſuper Ezechielem dicentis, in antiquis libris Samaritanorū, Tau, crucis habere ſimilitudinē, Cum Diuus Hieronymus minime loquatur de littera T. Gothica, ſed olim Hebræa, quæ quidē ſignum, & Chriſti crucem repræſentat, vt latius proſequitur Becanus,* [e] *ſuperius adductus. Nec ideo cōſequitur alias Alphabeti litteras Gothicas*

Vlteriores dicti Hebræi Tigrim tranſeuntes.

[a] Exod. 15. 37. Deut. 4. 49. & c. 30. 14. Eſa. 7. 20. Exo. 32. 15.

[b] Geneſ. 10. 21.

[c] cap. 19 18.

[d] cap. 9.

[e] lib. 5. pag. 108 & in lib. 16. Hierogli. pag. 47.

thicas fuiſſe. Tradit late Sixtus Senēſis [a] in Bi- [a] li.2. litera T.
bliotheca ſancta. Adde etiā Alanum [b] Copum [b] lib. 4. c. 10. pag. 364.
ī ſuis dialogis aduerſus Hæreticos, vbi ait Thau
litteram olim Hebræā apud Samaritanos vſi-
tatam, formā Crucis habuiſſe; imò & T. Græ-
cum, litteram illam eſſe lõgam de qua Plautus
agit, & non litteram L. Characteres autem,
Eſdræ in initio naſcentis eccleſiæ immutatos
fuiſſe propter Nazaræos, & Ebionitas Hæreti
cos, indeque tertiam linguam Syriacam dima- Syriaca
naſſe contendunt aliqui. Sed verius eſt poſt re- Chaldęa
ductionem in Ieruſalem ex Babilonia fuiſſe in-
uentos, & inde tertiā dialectum Ieroſolymita-
nam, ſiue ſyriacā exortā: de qua re nos Deo an-
nuente aliquādo dicemus in præfatione elemen-
tarij Syriacæ linguæ, cuius quidē characteribus
Aſiatici chriſtiani hodie vtuntur. Ab Heber
autem omnes cõmuniter Hebræā linguam dici,
tradunt, vide tamē Theodoretum [c] qui à fluuio [c] qq. in Geneſ. nu. 6.
quē Abrahā tranſiuit, Hebræā dici credit. Sed
ad cumulū antiquitatis, & excellentiæ huius lin
guæ ſanctæ, vaticinium illud Sephon. [d] hic cõme [d] Sepho. 3.9.
morandum eſt, quod ſic ſe habet. כִּי אָז אֶהְפֹּךְ אֶל
עַמִּים שָׂפָה בְרוּרָה לִקְרֹא כֻלָּם בְּשֵׁם יְהוָה לְעָבְדוֹ שְׁכֶם אֶחָד
chiaz ehepoch el hāmim ſafa berura licro cullā
beſcem Ieoua lehoudo ſcęchem echad: hoc eſt,

Quia tunc conuertã ad populos labium electum ad inuocandum omnes ipſos in nomine Domini, ad ſeruiendum ei humero vno; et iuxta vulgatam: Quia reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini, et ſeruiãt ei humero vno. Ibi tamẽ D. Hieron. labium electum exponit, ideſt antiquum confeſſionis Domini eloquium, & linguam, quam perdidimus: hoc eſt, Iugum Chriſti. Sed cum labium in ſcriptura[a] frequenter ſumatur pro lingua, dubito an ea expoſitio ſit litteralis. Minoritanus noſter Georgius Venetus[b] conijcit hanc linguã Hebræam futuram vltimam in fine mundi, cuius ſententia etiam eſt, Bonauẽtura in ſua præfatione ad cõparationem Aramæam, qui ait in æternum duraturam, & permanſurã vnà cum ipſo Dei verbo, ac proinde in patria quoque futurã, vbi aliquis erit ſermo vocalis: Iuxta illud pſalmi[c]: Exaltationes Dei in gutture eorum. Et idem tradunt Theologi[d], inter quos Dominicus Soto conſiderat, per ſpecies ſpirituales, ſeu viſibiles modo occulto, huiuſmodi voces in ipſa patria formandas: qui ſanè modus dicẽdi, verè Theologiæ magis conſonat, quàm ille, quem excogitat Venetus loco ſuperiori, conſtituens, ſine vlla ratione elementa in patria. Et Maior etiam

quem

[a] Geneſ. 11.1.

[b] Câti.3 ſoæ Harmoniæ to.8.modulo 11. cõcẽtu 2

Lingua Hebræa vltima futura ĩ fine Mũdi, & in patria.

[c] Pſ.149.6.

[d] in 4.di, 49.ar.5. Sotus p̃citato loco.

Vox ĩ patria quo modo formabitur.

quem refert, & ſequitur Magiſter Michael de Palatios [a] in ſuis diſputationibus, aſſerit Hebræā linguā in patria futurā. Scriptura vero, & lectio Hebræorum à manu dextra in ſiniſtrā eſt; ad inſtar motus primi mobilis, qui quidem ſecundum comunē philoſophorum & Mathematicorum ſententiā, eſt ab oriente in occidentem, hoc eſt, à dextra, in ſiniſtram. Et ſicut Aegyptij dexterius Græcis, ſeſe ſcribere iactitant (Herodoto auctore in libro, cui titulus eſt Eutupe) ita Iudæi ſeſe dexterius omnibꝰ ſcribere putant, & ſi Latini, & Græci oppoſitum in ſcribendo motum obſeruent; ab occidēte videlicet in oriētem, hoc eſt à ſiniſtra in dextrā. Qua in re manifeſte fallitur Lilius Gyraldus [b] dum aſſerit Ezrā hunc modum ſcribendi à dextera in ſiniſtrā excogitaſſe, antea vero Hebræos, uti Græcos ſcripſiſſe. Quæ ſententia longe à vero eſt aliena. Primi autem illi, à quibus lingua Syra Hieroſolymitana efluxit, medium inter vtroſque tenentes, verſus pectus ſcribunt; de quo fuſe & ſtudioſe Iure conſultus Andreas Maſius, & nos in præfata noſtra Elemētaria præfatione agimus. Quibus accedit quod Pogius [c] de fortun. varieta. tradit Indos, à ſummo ad imum in calamum ducētes, ſcribere. Id quod ēt Sinæ, ſeu Chinæ obſeruant.

[a] in 3. di. 31. & 23 diſpu. vnica. pagi. 374. col. 1.

Hebræi motum Oriētis ī occidétē ſeruāt in ſcribendo, græci, & latini contrarium.

[b] in lib. de poeſi pagi. 8.

Syri verſus pectus ſcribunt.

[c] lib. 4.

De Litterarum Etymologia. Cap. II.

Littera vnde, Iſidorus. *LIttera apud Latinos ſecundum Iſidorum libro ſuarum Etymologiarũ primo, tertio capite, dicta quaſi iter legentibus præſtãs vel quod in legẽdo iteretur: aut ſecundum Priſcianum littera à lituris, cum ſcribuntur, et delentur, dicta. Quæ de re ſatis placẽt, quæ doctiſſimè aduertit Goropius Becanus* [a] *in Hermathena, et Petrus Gregorius* [b] *in ſyntaxi artis mirabilis. Dicuntur etiã litteræ elemẽta, ad ſimilitudinẽ elementorum: ſicut .n. elemẽta ſunt primum quod eſt in cõpoſitione cuiuſque rei naturalis, nec fieri poteſt reſolutio, niſi vſq; ad elemẽta; ita etiã quodcunq; Idioma ex litteris tanquã ex elementis cõponitur. Eſt autẽ elemẽtum (teſte Ariſt.)* [c] *indiuidua vox, nõ quidem omnis, ſed illa tãtum, quæ à ſua natura intelligibilis vox cõſtitui poteſt, quãdoquidem & indiuiſibiles ſunt ferarum voces: quarum ſanè nullã elementũ dicim⁹. Elementa vero, primæ cuiuſq; idiomatis litteræ dicuntur, ob prolationẽ; quippe quæ vocem ipsã intrinſicè cõponunt. Litteræ etiã dicuntur, quia leguntur, et ſcribuntur, vti Abulenſis in Galeato* [d] *aduertit. Sunt ergo litteræ in omni idiomate minimæ, ac indiuiduæ partes orationis; ex quibus ſyllabæ cõponuntur, & con-*

Priſcianus.

a li. 3. pa. 34 cum ſeq.

b lib. 1 c. cap. 3.

Littera dicitur elemẽtũ

c li. 1. de poetica. cap 7.

Quid ſit elemẽtũ

Vox à ſua natura intelligibilis.

Voces ferarum nõ ſunt elemẽta

Litteræ primę dicũtur elementa.

d Q. 6.

Lřæ minime, ac ĩdiuiduæ partes.

& cõſtituuntur, vt inferius [a] oſtẽdemus. Apud Hebræos vero littera dicitur אות oth, quaſi ſignum: nã אות oth ſignum eſt; vti apud [b] Ezech. leges; eius plurale eſt אותיות hothioth. i. littera. Et definitur eſſe ſignum ad placitum voci humanæ impoſitum. Quibus accedit, quod D. Augu. [c] de doctrina Chriſtiana tradit: ſigna verborum, quæ verberato aëre ſtatim tranſeunt, per litteras inſtituta fuiſſe. Vnde merito eas eſſe rerum indices, et ſigna verborum docet D. [d] Iſidorus ſuperius citatus. Et à litteris quas grãmatica profitetur eam litteraturã dictam, aſſerit D. Aug. [e] vbi diſerte agit de occaſione inuentionis grammaticæ, & diſcretionis litterarum, ſyllabarum atq; verborum.

[a] cap. 9.
Littera apud Hebræos quomodo & vnde dicat.
[b] ca. 4. 11.
Definitio lřæ.
[c] lib. 1. Etymolog.
[d] cap. 3.
[e] lib. 2. De ordine c. 13.

De figura, numero, & poteſtate litterarum. Cap. III.

Litteræ igitur quas Hebræi אותיות hothioth appellant, quantum ad nomina duæ & viginti ſunt, omnes conſonantes, quippe quæ non per ſe, ſed cum vocalibus ſonant, etſi ע & ח cheth, & hain, cum in fine proferuntur non nihil ſoni videantur habere, vt ſtatim videbimus. Quantum verò ad figuram octo, & viginti ſunt ob duplices, ſimileſq́; litteras. Hunc numerum ob-

Lřæ Hebræorũ 22. & quantũ ad figuram. 28.

ſeruant

Chaldæi Siri, & Arabes eundem litterarū numerū habent. Græci 24 litteras habent, latini 23

ſeruant etiā Chaldæi, Arabes, & Syri (Græcis qui quatuor, & viginti; & latinis qui tres et viginti litteras habēt, exceptis) ſecundū Iſidorum. Sicuti vero ſunt viginti et duo elemēta, per quæ ſcribimus Hebraice, omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana cōprehenditur, ita ēt D. Hierony.[a] *teſtante, loco iam adducto, viginti duo volumina ſacra ſupputātur; quibus quaſi litteris, et exordijs ī Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri iuſti eruditur infantia. Et hanc cōparationē litterarum ad ſacrorum codicum numerum Epiphanius*[b] *in lib. de mēſuris et ponderibus, et poſt ipſum Abulēſis*[c] *late proſequuntur. Hodie vero alia eſt noſtrorum Canonicorū librorum cōputatio, vt ex Sacroſancto Tridentino Concilio apparet. Cui adiunge inter alios, perdoctum Theologum Renanum Benedictū Andegauenſem lib. ſtromatum*[d] *in vniuerſum organum biblicum: Late ēt Sixtum Senēſem ī ſua bibliotheca,*[e] *vbi triplicem Hebræorum varietatē, in ſacris voluminibus veteris teſtamenti, computandis, refert. Quarum primā, ad præcitatum, viginti duarum litterarū Hebraicarum numerum, accomodatam, ſuperiores auctores, Origenes, Gregorius Theologus & alij ſequuntur. Secundā, ad viginti quatuor litteras*

Numerus librorū ſacrorū iuxta numerum litterarū alphabeti.

a In prologo galeato vt ſuperius pag. 29.

b pa. 399

c In Galeato.

d li. 1. & 2.

e li. 1. ſectione 1 ſupput. 1. & 2.

Hebræas

Hebræas(triplicata littera Iod)accomodatam, nõnulli Græcorũ, ob 24. litteras Græcas, & pleriq; latinorum amplexi ſunt. Cui ẽt illũ numerum 24. ſeniorũ, (quorũ D. Ioa. in Apocalypſi a meminit) adaptarunt. Quod idem ex Primaſio Beda in eo loco Apocalypſis, & alijs tã Latinis quã Græcis optime proſequeris. Tertiã vlterius ſupputationẽ, iuxta præcitatũ numerum 22. litterarum, additis duplicibus litteris, ordinatam & conſtitutam ab eiſdem Hebræis, tradũt Epiphanius, et Sixtus Senẽſis ſuperius citati, vnde 27. libros ſacros enumerant, vt inferius videbimus b. Duplici autẽ litterarũ, & characterum figura, & forma Hebræi vtuntur; altera eſt, quæ pertinet ad priuata negotia, quæ dicitur littera curſiua, cuius quidem plures habẽt formas: alia in Biblijs ſacris, quæ appellatur מְרוּבַּעַת *merubaghath. i. quadrata, & ẽt littera myſterij à verbo* רָבַע *rauagh, quod ſignificat, quadrare. Vtrarũq; figuræ, noĩa, et poteſtates inferi⁹ ſubijciuntur. Sed eſt aduertendum in harum omniũ duarum, et viginti litterarum nominib⁹, accentum, et valorẽ, (quem poteſtatẽ vocant) ſemper in prima littera collocari, vt* א *Aleph, valet, A, ĩ qua quidem littera accentus, & valor. ſiue poteſtas ſimul collocãtur, ſic de reliquis. Valet autẽ*

[a] cap. 5. 8. verſu.

[b] cap. 4.

Vide Eliam in præfa. libri ſui. Electus.

Duplex litterarũ figura apud Hebræos.

Accen & valor litterarũ ſemper ĩ prima littera collocatur.

Valor & poteſtas idem.

א, Aleph, A, nō quod א ſit vocalis; ſed qa ex noſtris litteris nulla alia illi magis cōuenire poteſt, quā, A, noſtrū. Scio quā ſubtiliter circa poteſtatem, figuram, & valorem litterarum, & harū Hebraicarum noſtri Alphabeti, philoſophetur Goropius cum Iulio Scaligero acriter diſſerens, in præfata Hermathena et in ſua Hieroglyphica, ſed non eſt quod receptam hanc traditionem omnium magiſtrorum, & peritorum huius linguæ, metaphyſicis ſubtilitatibus obuoluamus.

	A	Aleph	אָלֶף	א	Aſpiratio lenis, iuxta punctorum varietatē facit a, e, i, o, u, ob id à pleriſque vocalis dicitur, & lenior eſt quàm he, ſecundum Aben Ezra.
	B	Beth	בֵּית	בּ	Sonat u ſine puncto intra ſe, licet ſcribatur B. vt differat à ו Vau: cū puncto autem ſonant B.
	Gh	Ghimel	גִּימֶל	ג	Proferrūt vt Gabriel, Gubernator & non vt gero, & gibbus.
	Dh	Daleth	דָּלֶת	ד	
Lenis aſpiratio, & à pleriſq; putatur vocalis, & ē multiplex.	He	He	הֵא	ה	
Putatur vocalis à quibuſdam, ſicut א cum vocalibus, facit va, ve, &c. cum dagheſc, vua, vue.	V	Vau	וָו	ו	

Zgrā-

Z. græcum, vel noſtrum.	Z	Zain	זַיִן	ז	
Ch, vel hh. vel X græcum, & cũ pũctis cha, che, & c, vt galli proferunt: & dicitur gutturalis quia ex gutture profertur & eſt Dẽſior quã ch. latinũ	Ch	Cheth	חֵית	ח	
	T	Theth	טֵית	ט	
	I	Iod	יוֹד	י	conſonãs putatur, à quibuſdam vocalis in principio, & medio dictionis
Duplex littera. C.	Ch	Caph	כַּף	כך	
	L	lamed	לָמֶד	ל	
Duplex littera.	M	Mem	מֵם	מם	Acute legitur, ſed hiſpani in principio leniter proferunt, Galli, & Germani vbiq; leniter.
Duplex etiam.	N	Nun	נוּן	נן	
S. noſtrum dẽſum.	S	ſamech	סָמֶךְ	ס	
Difficilior pronunciatu, vel haain cũ aſpiratione, vel Ain ſine aſpiratione. Solum viua voce exprimi poteſt & eſt gutturalis.	Gh vel Hg	Ain, vel Nghain	עַיִן	ע	Primum כ in principio, & medio ſine puncto profertur vt cheth, ſed cũ puncto vt kof duplicatum in medio dictionis ך vltimum in fine vt cheth.
	P	Pe	פֵּא	פף	
Ts, eſt denſius quã ס, ſed hebræi & Iſmaelitæ nullum inter vtrunque faciunt diſcrimen.	Ts	Tſade	צָדִי	צץ	
Et cũ punctis melius ſonat, cũ ch, quã cum C. vt קֶרֶן, cheren, & nõ ceren.	K	Kof	קוֹף	ק	
In principio dictionis ſonat duplex R. in medio, & in fine ſimplex.	R	Reſc	רֵישׁ	ר	

S	Sſin	שִׂין	שׂ	Hæc littera ſonat S, cum puncto in ſiniſtro cornu, i dextro vero magis ſtridet quàm S.
T	Tau	תָו	ת	T ſiue grecum θ ſine puncto, ita leuiter ſonat, & ſecundũ aliquos ad ר daleth ſe aliquantiſper declinat ſine daghesch.

De Litterarum diuiſione. Cap. IIII.

LITTERAE Hebræorum vti iam vides multiplicem ſonum habent multiplicemq; partitionẽ ſortiuntur id quod alias tradit late petrus Gregorius[a] *Quam ob rem ſequẽtia maxime adnotanda ſunt. Primo hebræos ſex literas habere, quas nec greci, nec latini agnoſcunt, & ſunt iſtæ.* א ה ח ע צ ש [b] *earumque omnium, quatuordecim monoſyllabas eſſe, licet apud latinos omnes monoſyllabæ ſint. monoſyllabæ ſunt 14. ſcilicet* ב ה ו ח ט י כ מ נ פ ק ר ש ת. *Reliquæ vero octo biſyllabæ ſunt vti apud Græcos fere omnes.* א ג ד ז ל ס ע צ. *Secundo notandum ex his litteris ſeptem duntaxat inter ſe non parvam*

[a] lib. 16. ſintaxis artis grámat. ca. 16.

[b] Sex lr̃æ hebrçorũ nec apud græcos, nec apud latinos inueniuntur.

Monoſyllabæ lr̃ę quatuordecim.

Octo biſſyllabæ.

uam habere ſimilitudinem, & affinitatem, vt oculis ipſis conſpicis.

ב ג ד ה ו ט ם

כ נ ר ח ן ט ס

Ex his quatuor dicuntur quadrata בגדם *beg adam, & alia quatuor rotunda* כנסר *chenaſar. Sunt autem in ſono ſimiles.* צ ס ש *licet* ש *moliter,* ס *aſperius,* צ *vehementiſsime proferantur. Tertio notandum omnes has litteras diuidi cōmuniter iuxta prolationis inſtrumenta, & ſic quatuor ſunt labiorū quas hebræi dicunt* אותיות השפה *othioth haſafa, & ſunt hæ* בומף *Bumaf. Aliæ ſunt dentium, quæ dicuntur* אותיות השנים *othioth, haſcinnaim, et sūt quinq; ut* זס שרץ *Zas ſaraZ. Aliæ quinq; dicuntur* אותיות הלשון *litteræ linguæ, othioth halaſcō et sūt hæ* דטלנת *datlenath. Quatuor palati appellātur* אותיות החיך *othiioth hahcech, & ſunt* גיכק *ghibcak. Sunt, et aliæ quatuor gutturis quæ dicuntur* אותיות הגרון *othiioth hagaron & ſunt menti tenēdæ cum paſsim de illis ſit agēdum. Eas tamen Elias Leuita vocat* מבלבלים *mebalbelim ideſt confuſorias ſeu confundentes: ſuarum etenim exceptionum varietate vniuerſam linguæ ſanctæ grammaticā confundunt & inuoluunt. Quarum duæ primæ videlicet* א, & ה, *ſunt de numero litterarum*

Septem litteræ ſimiles.

līæ quadratę litteræ rotundæ.

Diuiſio litterarū iuxta prolationis inſtrumenta.

Gutturales mētitenendæ.

 quie-

quieſcentiũ, quæ אֶהֱוִי *ehevi*[a] *dicũtur, de quibus infra*[b]*. Gutturales ſunt hæ* א ה ח ע*. Nõ deſunt qui cum aliquo fundamẽto, (quorum de numero eſt Pagninus*[c]*) affirmẽt, nullas litteras palato attribuẽdas eſſe, cum palatũ non ſit prolationis inſtrumentũ, ac proinde quas palato aßignãt linguæ tribuendas.*[d] *Sed licet hoc ſit probabile communis tamen diuiſio incipientibus ſufficiat.*

Quarto notandum litteram[e] ה *in multiplici differentia reperiri, de qua latius dicemus*[f] *in locis inferioribus in quibus videre licebit.*

Quinto notandum has omnes litteras partiri in radicales, & in ſeruiles. Radicales[g] *appellantur* שָׁרָשׁוֹת *ſciarſcioth, quia ipſam dictionis ſubſtantiã (quam thema verbi dicunt) cõſtituunt; et ideo etiã dicuntur* אוֹתִיּוֹת הַשֹּׁרֶשׁ *hothioth*[h] *haſcioreſc, hoc eſt litteræ radicis, ſiue thematis. Et ſunt vndecim in ſequentibus dictionibus contentæ: huius rei ſequitur exemplum.*

גַּם חֶסֶד קִצֵּר זַעַף

ghet cheſed Kaſar Zahgaf.

hoc eſt repudium, miſericordia abbreuiauit furorem. Deſeruientes ſeu miniſteriales dicuntur, quia & ſi interdum ad ſubſtantiam, & eſſentiam thematis, vel radicis pertineant, frequentius tamen deſeruiunt, & ancillantur varijs

[a] Gutturales de numero quieſcẽtium heui.
[b] cap. 51
[c] Inſtit. heb. lib. 1. capit. 13. & nouiſſim. Ioa. Becanus in herm. libro 3. p. 55.
[d] Probabile eſt nullas litteras palato tribuẽdas fore.
[e] Littera ה ĩ multiplici differentia reperitur.
[f] lib. 6. cap. 8. & ca. 15.
[g] Radicales & ſeruiles litteræ.
[h] thema ver choreſc.

muneribus ſungentes, vt loco præpoſitionum, ad
uerbiorumque, vel ad perſonas conſtituendas,
tempora quoque, genera, & numeros ſingula-
res, vel plurales. Appellantur etiã נֹסָפוֹת noſa-
photh, hoc eſt, addita: vel שִׁמּוּשִׁיּוֹת ſcimuſcioth.
hoc eſt miniſteriales, & ſeruiles: Quæ tamen
ſunt vndecim videlicet:

אֵיתָן מֹשֶׁה וְכָלֵב

Ethan Moſe & caleb.

Ex his אלב et ש ſeruiunt in principio tantũ. בנהם
in principio, et in fine: ſed ויה vau et iod et tau in
principio, medio, & fine. Ex his ſeruilibus qua-
tuor ſcilicet בְּכְלָם bihclam loco præpoſitionum Litteræ
deſeruiunt, vt infinitiuis adiungantur, vicemq, bihclã.
gerundiorum (quibus hebræi carent) vt [a] videbi- Gerundijs carent hebræi.
mus, ſuppleãt: vocantur, hæ litteræ בְּכְלָם bihclã,
quia hoc ordine adiunguntur, vt prædicta tem
pora, & modos cõplectantur. Et quia de illis in [a] lib. 3. c. 3.
progreſſu loquendum erat idcirco hoc in loco in
quo de alijs ſeruilibus actum eſt, hæc breuiter ad
monere libuit; de ipſarum uero punctuatione infe lib. 6. c. 9.
rius ſub finẽ videbimus. Eas ipſas litteras bihclã
Elias vocat manifeſtas, ſignificantes rem notã. Cant. 5. c. de dagesch. 4
vt בַּבַּיִת babait ĩ ipſa domo כַּבַּיִת cabaith ideſt qua
ſi ipſa domus, לַבַּיִת labaith ideſt ad domũ ipſam.
Plura vero de litterarũ, et ſyllabarũ ſeruilium,

mune-

munere, & punctuatione hic dicēda erant, quæ nō tam facile à tyronibus percipiētur; ſed de illis aptius dicemus cum de ratione ſyntaxeos agendū fuerit [a]*, & aliquid inferius* [b]*. Sexto notandum, duas litteras* ח *&* ע *difficillimam apud hebræos habere prolationem* [c]*: proferenda tamen ſunt ex gutture, & ex intimis pulmonibus, ita vt per nares pronunciatio exire videatur, vt* עַם *ngham, ideſt populus proferemus ngham, & in dictione* עַיִן *nghen, ideſt, fons, ſiue oculus dicemus ghen, vel nghen, &* עִם *dicemus him, & in dictione* עֹמֶר *homer, mēſuræ genus, &* עוּג *hugh, quod ſignificat coquere inter prunas; &* ע *cum vocalibus longis facit* עָ *hga,* עֵ *hnghe,* עִי *hghi,* עוֹ *hgo,* עוּ *hgu, ſecundum Sanctes Pagninum.*

lib.6.c. 8. & ſequenti.

ca. 15.

c Prolatio ח & ע difficilis apud hebreos

Duplex quarundam litterarum ſonus & prolatio

Septimo notandum, quaſdam ex præfatis litteris duplicem ſonum, & prolationem habere, adueniente quodam puncto appellato דָּגֵשׁ *daghes, poſito in medio litteræ, de quo aptius dicemus infra hoc eodem libro 1. vbi etiam de puncto* מַפִּיק *mappik* [d]*. Similiter etiam quando in litera* ש *ponitur punctus ad latus dextrum qui appellatur* יָמִין *iamin facit Sc, noſtrum, ſiue græcum, & durius profertur* שׁ *ſcin, & eſt prope hebræum, vt dicitur* שִׁבֹּלֶת *ſciboleth ſpica. Quādo verò ponitur pūctus in ſiniſtro cornu, ſiue la-*

cap. 15.

d cap. 19

De variet. prolationis ש.

tere שׂ *qui dicitur* שְׂמֹאל *ſemol, ſimilis eſt* ס *, cum denique ſonum habet, ut S, & proprie Ephraimiticū eſt, inde dicitur ab eis ſiboleth, & eſt denique S diſtans à priore, & tendens ad Z. Huius prolationis, & nominis varietas in cauſa fuit, ut plurimi Euphrataeorum occiderentur à* Euphrataeorum
Gaaladitis: nam cum Euphratai confugerent platio ſibi
ad Gaaladitas, quaſi Gaaladitae, iuſsi ab ipſis cauſa
pronunciare שִׁבֹּלֶת *ſciboleth, ideſt ſpica, lenius* ruinæ.
iuxta ſuae linguae proprietatem proferentes סִבֹּלֶת *ſiboleth, trucidebantur ut legitur apud Iudicū* ca. 12. 6.
hiſtoriam. Varietas autem huius puncti uariat ſignificatum, quia quando in dextro cornu ponitur unū ſignificat, & aliud quādo in ſiniſtro, ut patet de uerbo נָגַשׁ *nagaſc, & dicemus infra.* li. 4. c. 2.
Arabes hebraeos imitantes duplicem שׁ *habent: hebraeo.n. eorū* س *ſin, euphrataeorū reſpōdet* ش *ſsin. Octauo notandum, quòd ex his litteris alphabe*- Litteræ
ticis quinque earum ſunt duplices, quae etiam ſi- duplices
nales nuncupantur, & ſi Elias Leuita in ſuo & extenſæ.
cantico primo, & R. Abraam aben Ezra, eas Finales
inter alias litteras conſonantes minime computent eò quod ſint ad ornatum, & decorem ſcripturae inuēta, in quo falluntur, cum ſint cōſonantes, & myſterijs plenae, ut videbimus. Sunt ergo iſtae litterae duplices, quas hebraei etiam exten- ſunt cōſonātes cōtra Eliā leui- aben ezra.

ſas

ſas appellant, & explicatas, פשוטות *peſcutoth,* *ſolent enim extenſe in fine poni:*

כ מ נ פ צ

ך ם ן ף ץ

Duplex mem apertum, & clauſum.

Duplices etiam dicuntur ob duplicem figuram, ut hic vides: & ideo ab hebræis dicuntur כפופות *chefuſoth, hoc eſt duplices, & reflexæ. Exemplum utriuſq;* אָמָה *amah ancilla:* אֵם *em mater: mē primæ dictionis, dicitur mē apertum, hebraicè* מֵם פְּתוּחָה *mē pethuhca: ſecundæ vero dicitur* מֵם סְתוּמָה *mem ſethuma: hoc eſt mem clauſum, quod quidem & ſi ſecundum proprietatem, & naturam harum litterarum in fine debeat ſemper collocari: ſicuti mem apertum in principio, et medio; nihilo tamē minus,* ם, [a] *mem clauſum reperitur apud* [b] *Eſai. in principio dictionis ibi* לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה *lemarbe hamiſrah, ideſt ad multiplicandum principatum; vulgata multiplicabitur eius principatus: quod idem eſt cum tempus pro tempore ponatur, et idem manet ſenſus. Non vacat autē myſterio poni, mem clauſum, & finalem litteram, in principio illius dictionis, lemarbe, ad modum namque poſitionis illius littera, contra ſitum, & naturam aliarum, ſignificatur à propheta, clauſa, & inuiolata virginalia uirginis Mariæ clauſtra futura, per quæ*

[a] Mem clauſum repertū cum myſterio in ſcriptura. i pri.

[b] ca. 9. 7.

me-

mediator ille qui principatum, & imperium ſpirituale multiplicaturus erat, ſine medio tranſiturus fuerat, & ſic fuiſſe in ſanctiſſima virgine ordinem, & naturam litterarum permutandum. Et hoc eſt quod in hebræorum Talmud in tractatu ſabbati dicitur; Mem clauſum ſignificare materiam clauſam et abſtruſam, de quo vide Galatinũ[a]: licet quidã fabuloſus[b] author hoc myſterium referat ad ſolem, qui retrorſum per umbram reuerſus fuerat, et Forerius[c] Eſa. myſterium prædictum irrideat, & vitium impreſſoris fuiſſe credat. At maius vitium ſcriptoris putarim, myſteriũ illud obſcurare, quod omnes docti, & ipſimet hebræi admittunt, & illud etiã confirmat Zamoren. olim hebræus vir catholicus in epiſtola[d] ad Iudæos Romæ degentes, & optime Adamus Delphius[e], & Petrus Brutus epiſcopus Catarenſis aduerſus Iudæos, & R. Hammay in lib. Sanedrim: qui ex litteris illis colligebat tẽpus aduentus Meſſiæ, vt videre eſt apud Sixtum Senenſem in ſua bibliotheca ſancta[f]. Mem apertũ ם, etiã reperitur cõtra litterarum naturã in fine apud Eſdrã[g] הֵם פְּרוּצִים hem perutſim, hoc eſt ipſi diruti vel rupti.

Præterea[h] aduertẽdum has litteras finales, ſeu inferiores numquã ſub ſe habere vocalium

[a] lib. 4. c. 19. & li. 7. c. 23.

[b] Vide theſaurum ver bo רְכָּה co. 2609

[c] cap. 9.

[d] cap. 4.

[e] d. c. 9.

[f] tom. 1. lib. 3. p. 270. c. Vide q̃ ſcribimus de diuinis arcanis, c. 12. ſub finem.

[g] li. 2. c. 2. 13.

[h] Finales nunquã hẽnt ſub ſe pũcta duabus exceptis

punćta; niſi duabus exceptis, ך kaf vltimum, & ן nun finale: ך kaf neceſſario habet kamets, aut ſceua, vt לְךָ לֵךְ lehc lehca, ideſt abi tibi, et ubi cum ּ eſt, recipit dagheſch, ſonat ut kof exilis, vt in pſalmis ibi[a] וְאוֹדֶךָּ veo deka, ideſt, et confitebor tibi. Nun habet aliquãdo kamets, vt תְּרַנֵּןָ terãne ná, ideſt, cantabitis: et in libris Regũ[b] ibi וַתֹּאמַרְןָ Sed quando nun recipit kamets poteſt dupliciter ſcribi; primo ſequendo litteram, vt in exemplis.

Secundo præcedendo litteram, & poſito kamets paulo inferius, vti Gen.[c] ibi וַתַּהֲרֶןָ uatabarenna, ideſt, & conceperunt: vbi punctum kamets ad nun refertur: & ita in libris caſtigatis ſub ן nun ponitur kamets; idem etiam Kamets ſub nun finale, aliјs in locis ſacræ ſcripturæ, frequenter reperies. Iuxta ergo hunc numerum duplicium litterarum, quæ quinque ſunt: quinque etiam enumerantur[d] duplices ſacræ paginæ libri, authore D. Hieronymo[e], & hi ſunt: primus, & ſecundus Samuelis, qui apud nos dicitur primus, & ſecundus Regum. Duo, qui Melachim, nos tertius, & quartus Regum. Parilipomenon primus, & ſecundus, primus & ſecundus Eſdræ. Hieremias cum Kinoth, ideſt, lamentationibus. Modus autem per quam facilis figurandi litteras aduertendus eſt: oportet .n.

[a] Pſ. 117. 28.

[b] 1. Reg. 18. 7. Pſ. 51. 16

[c] Gene. 19. 36.

[d] Duplices littęræ, duplices ẽt libri ſacri.

[e] In pręfatio. ad lib. reg. tom. 4.

vt

vt p̄ceptores ſeu magiſtri ſuos diſcipulos aſſuefa-
ciāt in ſcriptura hebræa; idq; facillime p̄ſtabunt,
ſi ſex tantum litteras figurare, dexterè & expe
ditè nouerint; uidelicet, יולכנך. Ex ' tamen
ſex litteras conficiet, nempe אויןעץ. Ex littera
ו tres cōponet, videlicet נגו. Ex ל, vnā tantum
ל. Ex כ duas videlicet מט. Ex ג, vna ſcilicet ש.
Ex ד tredecim, ſcilicet, ברהחכךםספףקרת.
Ex his ergo ſex litteris p̄dictis heæ viginti ſex lit
teræ conficiuntur, quē numerum reperies in illis
quatuor litteris ineffabilis nomnis יְהוָה Iehouah,
nā ' importat decē ה quinque ו ſex, alterum ה
quinque, vt conſtat ex dictis inferius [a]: & ſic
conficitur numerus præfatus.

Modus facile ſcribendi hebraicæ.

Numerus litterarū in nomine Dei ineffabili reperitur.

[a] lib. 10. cap. 5.

Vltimo aduertendum vnamquamq; harum
literarū prædicti alphabeti peculiares habere ſi-
gnificationes, quas in præſenti longū foret receſ-
ſere; ſtudioſus, et diligens lector eas omnes poterit
videre apud Pagninum [b], & Martinū Gilber
tum de litteris hebraicis [c] poſt D. Hieronym. &
Abulenſem in galeato, & Euſebium de præpa-
ratione euagelica [d], quibus addendi ſunt perdo-
ctus Societatis Ieſu Bellarminus, & Cornelius
Bertamus in ſuis inſt. qui has alphabeti etymo-
logias ſtudioſe proſequuntur, & diligentiſſimus
Paulus Scaligerus doctus & nobilis marchio in

[b] lib. inſtitut. 1. cap. 3.

[c] cap. de ſignificatione ex litterarū natura.

[d] lib. 2. c. 10. c. 2

 epiſto-

[a] lib. 12. pa. 563. & 764. [b] tom. 1. ſect. 1. pro blem. 5.

epiſtomio catholico[a] *, & Minorita noſter Georgius Venetus lib. problem.*[b] *Sed nouiſſime accedat doctiſſimus Ioannes Goropius, qui in ſua Hieroglifica ea de re pulchrè agit.*

De litteris quieſcentibus. Gap. V.

Litteræ quieſcẽtes matres dictionis ſolũ tres & oẽs olim locũ vocaliũ obtinebant.

[c] cap. 7. hoc lib.

[d] Matres dictiõis ſiue locutionis.

[e] cap. 9. hoc lib.

EX numero ſeruilium litterarum quatuor nuncupantur נחות *nahcoth, ideſt quieſcentes: in dictione namque otioſe manere ſolent abſque eo quod proferantur. Et ſunt hæ* אֶהֶוִי *eheui, variæ, pronunciationis, multiplicisq́; naturæ; & ſæpe vna pro alia cõmutatur, ut*[c] *inferius dicemus:*[d] *quarum* אוי *matres locutionis communiter dicuntur, quoniam omnes vocales continent. Et licet olim hæ litteræ* אֶהֶוִי *eheui locum vocalium apud veteres hebræos obtinerent, vt tradit poſt alios Raphaelengius in ſua præfatione ad varias paraphraſis Chaldaicæ expoſitiones, ſeu annotationes, & nos ſtatim*[e] *repetemus. Nunc tamen pro vocalibus minime ſeruiunt: ſed conſonantes ſunt. Ac proinde cũ vocali carent, minime proferuntur: vt patet in dictione* בְּרֵאשִׁית *bereſcith, ideſt, in principio, vbi* א *&* י *manent otioſæ, idẽ in dictione* בֵּיתוֹ*, betho, ideſt, domus eius, & non legitur bethou. Sed pro plena intelligentia natura ha-*

ra harum litterarum אֶהְוִי *eheui ſunt ſequentia notanda.*

Primo quòd deſeruiebant myſterio ineffabili Trinitatis, vt ſuo loco videbimus, & nulla ipſarum in principio ponitur otioſa, ſed ſolum in fine, et medio dictionis.[a] *Vnde* א *in fine dictionis poſt uocales kamets, tſere, hiric magnū et uau cholem, quieſcit, minimeq́; profertur: vt exemplis patet.* צָבָא *tſaua, ideſt, exercitus* כִּסֵּא *chiſſe, ideſt, thronus* בָּרִיא *bari, ideſt, pinguis* בּוֹא יָבוֹא *bo iauo, ideſt, veniendo veniet: in medio autem, etiam* א *quieſcit poſt hcolem, vt* יֹאכַל *iohcal comedet. Interdum quieſcit in fine, & in medio, poſt ſegol, & poſt patach, vt* וַאדֹנָי *vadonai, & dominus* גּוֹמֶא *gome, ideſt, iuncus.* ה[b] *quieſcit in fine poſt kamets, & tſere, & hcolem, vt* גָּלְתָה *galetha, migrauit* אַרְיֵה *arie, ideſt, leo,* גָּלֹה *galo, ideſt migrādo: poſt alias vocales longas non reperitur, etſi inueniretur dubio procul etiam quieſceret. Poſt vocales breues, nempe ſegol, & patach etiam quieſcit, vt* מַה *mah, qualis res, aut quid, &* פֶּה *pe, ideſt, os, verum vbi inueneris* ה *in fine dictionis poſt longam vocalem cum puncto*[c] *in uentre ipſius, tunc temporis intellige illud* ה *he, non quieſcere, ſed proferri, vt in* תָּמַהּ *thamah ſtupeſcere, de quo puncto inferius*[d] *dicen-*

dum

Litteræ eheui myſterio Trinitatis deſeruiebant.

[a] De qeſcentia aleph.

[b] De qeſcētia ה

[c] ה poſt longam vocalē cum pūcto ī vētre, & licet illo ī hoc opere careat, ſub intellige, character namq; qui map pik haberet nō potuit hic Romę inueniri.

[d] cap. 19

dum erit. Et vt vnico verbo oĩa de א *&* ה *quie ſcẽtia, cõplectaris, dic ea ſemper quieſcere cũ vocalib. caruerint, niſi* ה *fuerit mappikatũ. V au in medio, et in fine, tãtum ſub cholẽ et ſciureſc quieſcit: ſed iod in medio poſt Kamets, tſere, & ſegol quieſcit, vt* דְּבָרָיו *deuarau, ideſt verba illius,* עֵינַי *nhenai, ideſt oculi mei,* דְּבָרֶיךָ *deuarehca, ideſt, verba tua. Aduertendum autem, quod ſemper poſt hirek in fine dictionis poſito, ponitur* י *iod littera, quæ maneat otioſa: vt in illo loco Eccl. ibi*[a] אָמַרְתִּי אֲנִי בְּלִבִּי *amarti ani bolibbi, ideſt, dixi ego in corde meo. Secũdo notandũ, litteras* ו *et* י *iod etiã ſine punctis legi tribus in caſibus: licet aliàs per ſuperius annotata otioſe eſſent remanſuræ. Primus ergo caſus eſt in nomine* יְהֹוָה *Iehoua, vtraq; enim* י *&* ו *ſonant vt conſonantes. Secundus, cum* ו *&* י *in fine dictionis iunguntur, quia tunc licet prima maneat otioſa, & non legatur, ſecũda legitur, vt patet in dictione* אֲדוֹנָיו *adonau, ideſt dominus eius: dices enim adonau, et non adonaiu. Tertius quando* י *Iod ponitur poſt A, vel v, vel o ſemper profertur, vt* שְׂפָתַי *ſefathai, ideſt, labia mea* בָּנוּי *banui, ideſt, ædificatus, &* גוֹי *goi, ideſt gens.* ו *vau etiam in fine profertur, poſt a, e, & i, vt* אֵלָיו*, &* ו*. &* ו*. Poſt aliud punctum non leguntur* ו *nec* י.

Quomõ vau, & iod ſine punctis legãtur.

Iod ſẽper ponitur in ſine dictionis poſt hirek.

[a] Eccl. 3. 17.

Vau & iod, ĩ tribus caſibus ſine punctis legunt.

Nomẽ Iehoua.

Cũ vau & iod in fine dictionis coniunguntur, prima manẽte otioſa, ſecunda legitur.

De diphtongis. Cap. VI.

NVLLI dubiũ eſſe debet, quin apud hebræos diphtongi reperiãtur. Nam cum diphtongus ſit elocutio quædam monoſyllabica, duarum vocum cõmixtarum ſub vnico puncto, quæ apud hebræos pluries inuenitur, neceſſario cõſequitur dicendũ; in lingua ſancta (quod etiã alij aſſerunt) diphtongos eſſe, ſicuti & in alijs linguis: quarum quidẽ cognitio ad rectam ſyllabarum, & dictionum lectionem eſt perquam neceſſaria. Diphtongos tamen in duplici reperiri differentia, author eſt Ioannes Phocenſis in ſuis rudimentis hebraicis capite de ſceua. Aliæ ergo ſunt propriæ, aliæ vero impropriæ. Propriæ ſunt ſex Af, Ef, If, Ai, Ei, Oi. Vnde in Ezech.[a] dictio תָּו tau ibi poſita non legitur tau, ſed taf, ideſt ſignum, & in lib. Gen.[b] ibi עֵשָׂו ghesaf, ideſt Eſau. Item et apud Zach.[c] ibi כִּסְלֵו, non legitur chiſleu, ſed chiſlef, ideſt Nouember. Et in libris Regum[d] ibi זִו nõ legimus Ziu, ſed Zif, ideſt Aprilis.[e] Græcos hinc ſuas diphtõgos habuiſſe Phocẽſis affirmat, dicentes, aftocratorẽ pro autocratorẽ, ideſt Imperatorẽ, et efangelion, pro euangelion; habet.n. F, cum v. apud græcos nõ paruã cognationẽ; de qua re vide Becanum[f]. Igitur poſt vocales longas, &

patach

Quid diphtongus.

Diphtõgi apud hebræos

Diphtõgi duplices.

[a] cap. 9. 4.

[b] 25. 25.

[c] 7. 2.

[d] 3. Reg. 6. 2.

[e] Græci ex hebræis ſuas diphtongos deſumpſerunt

[f] in ſua hermath. lib. 6. pag. 127 & lib. 10. hierogli. in fine. vnde non parua deſumitur cõiectura prolationem græcam tam in diphtongis, quàm in aliis litteris, corruptam hodie fore: id quod Burgenſis, & Becanus & alii affirmant.

patach ſequitur uau, ſemper proferri debet, ut diphtongus, modo ſuperiore, & ſic apud[a] Eſaiam ibi, tſau legemus tſaf, ideſt, præceptum: & idẽ quando ſub ו vau in fine dictionis, eſt ſceua: quia tunc eodem modo legi debet, vt הָרָיו haraf, ideſt, montes eius.[b] Sed licet ſecundum eundem Phocenſem, hæc pronunciatio ſuperiore modo fieri poßit, nihilominus communis omnium vſus aliter ſe habet, non enim dicunt taf, ſed tau, cui tamen vſui magis eſt adhærendum.

Chai reperitur in pſalmis[c] ibi חַי chai, ideſt, viuum cũ patach, uel chai cum kamets, ut חָי chai & apud Iobum[d] inuenies alterã diphtongum, chail, vt חַיִל, ideſt diuitiæ, ſeu facultas, aut abundantia. Et apud Hier.[e] & Eſaiam[f] inuenitur vltima diphtongus. Propria videlicet hoi, ibi הוֹי, ideſt væ, & גּוֹי goi, ideſt, gens, quas poſteriores diphtongos etiam latini obſeruant.

Diphtongi impropriæ dicuntur, quia licet ſub vna ſyllaba ſit duarum vocum cõmiſtio, tamẽ in prolatione vna tantum vox ſonat, & ſunt tres huiuſmodi diphtongi impropriæ.

אֵי	אוֹ
vel	vel
עֵי	עוֹ
אוֹ	
vel	
עוֹ	

[a] 28. 10.

[b] Sicuti apud Ezech. cap. 35. 8. Fabricius Capitonius lib. 1. inſtit. c. 3. legi ait, ſed in biblijs correctiſſimis non eſt ibi ſceua: ſub ו.

[c] 42. 3.

[d] 20. 15

[e] 22. 13.

[f] 1. 4.

Diphtõgi impropriæ.

De

De litterarum permutatione. Cap. VII.

PLVRIMVM refert ad exactam legendi rationem, vt cognoſcamus verſatilem quarundam litterarum naturam, qua ſæpe vna alterius locum occupat, & in dictionibus vna pro alia, non ſine ratione ſubſtituitur, tam apud hebræos, quàm etiam apud græcos, & latinos, vt oſtendit Ioannes Goropius in ſua hermathena [a]*, quamuis hanc frequentiſsimam litterarum commutationem ad corruptelam hebræorum perperam referat. Porrò de pluribus litteris pro alijs commutatis in varijs ſcripturæ locis inferius agemus* [b]*. Quam ob rem primum notandum litteras* אהוי *eheui, de quibus ſuperius* [c] *diximus, ſecundũ omnes inter ſe permutari: & ideo* א *aleph vice* הויולסע *ponitur multoties, & ipſum* ו *vau ſæpe vice* י *&* ו*, è conuerſo, & hoc ſigno* ֽ *ſupra* ו*, vau poſito, vel ſupra* י *iod in ſacra ſcriptura notatur: ſi eſt ſupra iod aliquando denotat illud eſſe loco uau, et ſi eſt ſupra uau denotat illud eſſe loco iod. Idem etiam ſignum ſuper alias litteras poſitum inuenies, vt* אֹב*. & tunc ſignificat varie-*

[a] lib. 9. pag 218

Litterę pro alijs commutantur.

[b] lib. 7.

[c] lib. 5.

Litterę eheui pmittantur inter ſe.

Varietatis lectionis ſignum.

tatem lectionis. Præterea א & ה pluries permutantur inter ſe: præſertim in verbis, in aliqua ipſarum litterarum, aut quando ex verbo nomen efficitur: hæc tamen mutatio nullo ſymbolo notatur, nec multũ refert modo illud ſcire. ה Ponitur etiam vice ל vel אֶל quando in fine ponitur tunc enim eſt ac ſi ל eſſet in principio illius dictionis
ᵃ Geneſ. 18.7. ut patet apud Gen.[a] ibi: וַיֵּלֶךְ פַּדֶּנָה vaielech padenah, ideſt et iuit in padan ubi ה in fine denotat ל in principio dictionis ac ſi dixiſſet לְפַדָּן ad Padan. et etiam ponitur aliquando vice ו uti ibidē
ᵇ ca.9.21 leges[b] ibi: אָהֳלֹה, ideſt tabernaculum eius: Sicq́ʒ vides ה poni loco ו ac ſi dixißet אָהֳלוֹ.

Aliæ litteræ conſonantes etiam ad inuicem permutantur, vt ב loco פ & ג vice כ: & ר loco ת et loco ר: et ז loco ס: et ם loco ן nun, et ecõuerſo. ע etiam ponitur loco ח. ק loco ג & ר vice כ, &
Sex litteræ cognatæ. in ſumma hæ ſex litteræ ש ס ז צ ת & ט quæ cognatæ dici poſſunt, quia parum ſono differunt, ſæpe permutantur vt ſunt combinatæ. Nomen enim quod cum ש ſcin ſcribitur aliquando inuenitur cum ס ſamehc, & e conuerſo, & ſimiliter in alijs. Vide decē et nouē dictiones, quæ cũ ſcribuntur per ש ſcin, tamen cũ ס leguntur: in theſauro in verbo שוט, et hoc modo Rabbini ſcribere ſolent, ס ſamehc pro ש ſcin. vide etiã in theſauro,

verbo,

uerbo, שך aliquãdo ה mutatur in ד daleth, quod eſt magis Chaldaicũ. Hæ mutationes nõ inuertunt inflexiones nominũ, aut verborũ; ſed nomẽ quod ſcribitur cum vna, aliquando cum alia, ſcriptum inuenitur. Horum omnium exempla in preſentiarum adducere non fuit opus, cum facile illa apud Pagninum poſſis legere[a]*. Hæ autẽ litteræ ſeruiles aliquando deficiunt, ſiue latent vti latius videbimus in tractatione de verbis imperfectis & tradit Pagninus*[b]*, aliquãdo redundant, vt לַיְלָה laila pro לַיִל lail, ideſt nox: ſed hæc vſu ſcripturæ, euidentiora tibi reddentur. Porro de litteris in lege tranſmutatis videbimus inferius in fine.*

[a] lib. 1. inſt. ca. 26. & 16

[b] lib. 1. inſt. cap. 25.

De notis numerorum. Cap. VIII.

HEbræi à quibus Græci, & Chaldæi mutuãtur per haſce alphabeti litteras numerant, eiſque utuntur notis, & non vt latini, qui ciphris ſignant, quas סְפִירָה ſephira dicunt, ideſt numeratio hiſpanè dicuntur, Guariſmo, & etiam dicuntur lato vocabulo Ciphræ, littera pro parte, quarum etiã hoc in opere mentionẽ faciemus. et id quod alias hierogliphica dicũt ad ciphras reducunt. Diſtingunt igitur omnem ſupputandi ra-

Græci, & Chaldæi ab Hebræis rationẽ numerandi per litteras alphabeti mutuarũt.

Ciphra quid ſit.

tionem in vnitates decades, & centurias, idque ordine alphabetico.

VNITATES.

Decades.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א

DECADES.

90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י

CENTVRIÆ.

900	800	700	600	500	400	300	200	100
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק

Solent etiam ad alias centurias aßignandas poſt 400. adiungere ipſi ת *alias notas, vt*

1000	900	800	700	600	500
תתר	תתק	תת	תש	תר	תק

MILLENARIÆ.

5000	4000	3000	2000	1000
הא̈	דא̈	גא̈	בא̈	א̈

Sic punctato Aleph à parte ſuperiore cum duobus punctis efficiuntur vnitates millenariæ, licet aliqui cum virgula recta infraſcripta id ſignificari contendant, vt א̩ *Mille,* ב̩ *2000. & ſic*

ſic de reliquis. Similiter additis decadibus, & centurijs fiunt decades, aut cēturiæ millenariæ.

Vnitates ſic componuntur.

19	18	17	16	15	14	13	12	11
יט	יח	יז	יו	טו *	יד	יג	יב	יא

* *Pro quindecim non ponunt* יה *cum unū ex dininis nominibus ſit, ſed loco illius ponūt* טו *15.*

Decades ſic componuntur.

29	28	27	26	25	24	23	22	21	20
כט	כח	כז	כו	כה	כד	כג	כב	כא	כ

Ex his aduertes diuerſam diſcriminis rationem Hebræos obſeruare in numeris litteralibus exprimendis, & cyphris. Nam numerum maiorem ad dexteram collocant, ut יא*, maior numerus eſt* י *, decem ſignificans: quàm* א *, unum importans: ſed ſi cyphris, ſcribatur minor ad dexterā ponitur, ut 12. Nam 1. ad ſiniſtrā, id eſt decē, maior eſt, quàm 2. qui eſt ad dexterā.*

De nominibus uero numerorum dicemus ſecundo libro, cap. ſeptimo, ubi pro prior erit locus, quoniam de nomine et uarijs numerorum ſpeciebus agendum erit.

De punctorum origine, & deriuatione. Cap. IX.

Veteres Hebræi punctis non vtebantur.

[a] D.Hierony. in qq. hebraicis ĩ Gen. ca. 23.& 41 & in epiſtola ad Euagriũ de Melchiſedech. Martin' Gilbertus ď lit.hebr. cap. de vocalib. antiquis Raphae lengi' citatus ſupra c. 5.

Auctores punctorum.

Quo tépore pũcta excogitata ſunt.

ANte Ezram, & perfectionẽ Talmud (authore Elia Leuita) nec pũcta, nec accentus vllos extitiſſe, tum ipſa nomina, quæ hebræa non ſunt, ſed Syriaca, aut babilonica: cum etiã quia nulla eorum mentio ſit in talmud, lectionum quoque varietas clare id oſtendunt. Vnde veteres hebræi literis אֱהֱוִי *eheui pro uocalibus vtebãtur, ut D. Hiero.*[a] *& alij docẽt. Verum cum perdifficilis foret, earum vocalium, ſeu conſonantium pro uocalibus uſurpatio, uiri qui Tiberitæ dicti ſunt ex Tiberiade Paleſtinæ, Alter R. Iacob filius Nephtali, alter R. Aaron filius Aſer, nominatus: Qui, eloquentia, & exercitatione hebræos omnes ſuperantes; appellati ſunt Magiſtri* מְסוֹרֶת *maſoreth, ideſt traditionis, ſiue concordantiarum: puncta, & accentus poſt abſolutum talmud adinuenerunt, & excogitarunt, anno mundi 3989. uel ut alij enumerant 4573. & alij 4433. & poſt templi ſecundi deſolationem 436. ſalutis uero 476. Olymp. 313. et ab urbe cõdita 1228. indictione 14. anno ſeptimo. põtificatus Simplitij Papæ, qui fuit 49.*

Pon-

Pontiſex à Petro, & anno ſeptimo zenonis Imperatoris, ut antiquam retinerent lectionem & concẽtum in legendis libris ſacris. Quæ ſane lectio apud ipſos per manus Eſdræ, Gamalielis, Ioſue & Eleazari, et aliorum doctiſsimorum virorum traditione quadã perſeuerauerat. Cui ſententiæ ſubſcribit perdoctus noſter Montanus de Maſoreth ratione [a] *& uſu, poſt Liliũ Gregorium Gyraldum* [b] *et diligentiſsimus Genebrardus Theologus, & profeßor Pariſienſis in ſua Cronologia.* [c] *quo in loco ex auctoritate Kimhi ſuper pſalmum ſexageſimum aduertit, primarios huius inuentionis uiros, qui dicuntur* אַנְשֵׁי טְבֵרְיָא *anſce Teuaria, ideſt homines ſeu habitatores Tiberiadis, reliquiſſe hebræis duplicem lectionem, & modum ſignandi, vbi inter illos fuerat aliqua diſceptatio, ob idque punctuationẽ Aaron ben Aſer ſequutos fuiſſe poſtea occidẽtales: alterius, ſ. Iacob, ben naphtali, ſecutos barbaros, ad fluuium Neardea, et ſi Petrus Galatinus* [d] *credat cũ alijs, ante Chriſtũ fuiſſe puncta inuẽta. Auctoritas uero illa Mat.* [e] *qua mẽtio fit de apicibus ibi: vnus apex, & c. nõ intelligitur de punctis, vt patet ex dictione* עוֹקֶץ *nghochez quæ deriuatur a verbo* עָקַץ *nghakaz quod pungere ſignificat. vnde deſcendit apex: ut*

[a] tom. 3.

[b] De poetarũ hiſtoria dialogo 1. pag. 11.

[c] lib. 3. pa. 251.

Duplex lectio tyberiadũ, quarum vna occidentales ſequuntur, alia alij.

[d] lib. 1. aduerſ. Iudæos, cap. 8. p. 26.

[e] Mat. 5. 18.

Apex unde deriuetur.

patet

patet apud[a] *Fabritium in ſuo dictionario Syro chaldaico; & concordat uerbum Syriacum in eodem cap. loco apicis poſitum: uidelicet* מָרְטָא *mortò, à uerbo* מָרִיט *morit ideſt lineas ducere. Apex hiſpanè dicitur raſguito, et italicè raſchio qui differt quidem multum à punctis. In qua ſententia eſt D. Aug.*[b] *Iſidorus etiam & D. Thomas & Chriſtianus Druthman, quos ſequitur & refert Xiſtus Senenſis in ſua bibliotheca Sancta*[c] *et fuiſſe tum temporis apices, cum litteris ebreui, pro uocalibus antiqui utebantur: ex Franciſco Raphaelengo ſuperius citato, ſatis cõſtat. Vnde puncta hodierna, et uocales idẽ ſunt.*

[a] fol. 154 in fine.

[b] in lib. 1 de ſerm. Domini in monte.

[c] lib. 2. verb. iota. pag. 159.

Quid vocalis, & quomodo proferatur.

Vocalis eſt littera, quamprimum apta in uocem arterialem prodire, adhibita ſua uniuſcuiuſque uarietate: ſolo namque hiatu ex intimis uiſceribus, nullo extraneo aſſumpto inſtrumento profertur.

Vocalis à ſyllaba differt.

Vocalis differt à uoce, ſiue ſyllaba, quia ſyllaba nihil aliud eſt, quàm cohærentia litterarũ & punctorum, quæ rictum oris pro diuerſitate litterarum aperit, ut הָ הֵ *& ſimilia.*

Syllaba quid

Vel (ſi uis) ſyllaba eſt applicatio litteræ ad punctum; uno namque ſpiritu ſub uno accentu conſonans, & uocales proferuntur. Et[d] *ſecundum Iſidorum uocalis, abuſiue dicitur ſyllaba,*

Idē quādo accētus ghāghia ponit ſub ה ſequēte littera מ cum :

Idē quādo ghaia accētus rethoricus adeſt ſub littera ה.

[b] de quo infra c. 23.

Secūdo ponitur quando ו additū in pricipio dictiōis habētis : mobile ſubſequente alia ſyllaba.

Tertio ï deriuatis à verbis berehc, & ahcal.

Tertio -: *chateph patach reperitur in deriuatis à verbo* בֵּרֵךְ *brehc, ideſt benedicere poſito accentu ſub littera* ר *, & in deriuatis à verbo* אָכַל *ahcal, ideſt comedere, & ita dicimus* וָאֲבָרְכָה *vaauaraha, ideſt & benedixi, &* וְהִתְבָּרְכוּ *veiethbarahu, & benedicentur, &* תֹּאכְלֶנָּה *tochalenna*[a] *, ideſt comedent. Quibus accedit, quod etiam -: reperitur aliquando ſub alijs litteris, ut apud Iob*[b] *leges ibi,* רֻטְפַשׁ *rutaphaſc, ideſt ſucculentus fuit. Adiunge quæ in Maſoreth traduntur, & ab Elia*[c] *in ſuis canticis ſcribuntur; ex quibus colliges in aliquibus verbis à ſuperiore regula recedi.*

[a] Ezech. 4.12.

[b] Iob 33 25.

[c] Cant. 12.

Poſt chateph patach nō ponitur dagheſc nec aliud -: nec: ante ipſam venit.

Notandum quoque quod poſt -: nec punctū, quod dicitur dagheſc, de quo inferius[d] *dicemus, nec aliud chateph poni poteſt; nec ſceua ſimplex venit ante -: Nec poſt ipſum, quia tunc darentur duo ſceuaim, quæ ſimul legerētur, quod graue eſt abſurdum.*

[d] cap. 15

Chateph ſegol vt plurimum ponit ſub prima litera verborum quieſcētium aleph.

Præterea chateph ſegol ∴: *vt plurimum ponitur ſub prima littera uerborum quieſcentium aleph: hoc eſt verborum, in quibus* א *prima littera verbi quieſcit; vt in infinitiuo,*[e] *cum litteris nuncupatis Bihclam, quarum ſuperius ſatis meminimus*[f] *, & in imperatiuo ſingulari, vt* אֱסֹף *eſotph collige,* בֶּאֱסֹף *beeſotph in colligendo vt vi-*

[e] lib.4. cap. 2.

[f] cap. 4.

vt videbis in ſeqq.[a]*,et in litteris accidentalibus futuri habẽtibus.·.,prima littera uerbi cum·.·: ſubſcribitur,vt patet in futuro illo* אֶאֱסֹף *eeſoph, ideſt cõgregabo,ut ſuo loco apertius oſtẽ demus*[b] *Vbi tamen littera accidentalis huiuſmodi habuerit pathach-prima littera uerbi habebit chateph pathach,vt in cõiungationibus videbimus.*

[a] lib. 4. cap. 2.

[b] infra libro 4. c. 2. & lib. 3. c. 9.

Vltimo notandũ,qđ nomina propria incipiẽtia ab אֱלִי *et* אֱלוֹ *eli et elo,vt* אֱלִיעֶזֶר *Eliezer* אֱלִישָׁע *Eliſciabng,ideſt Eliſeus,& ſimilia,& incipientia ab* אֱלוֹ *vt* אֱלוֹהַּ *eloha,ideſt Deus,habent punctum compoſitum ·.·: vt vides. Attamen in nomine Elijahu habente tſere nõ admittitur ſceua,ut* אָמַר אֵלִיָּהוּ *amar elij ahu,ideſt dixit Elias. Nomina uero propria abaui,& achi incipiẽtia, vt Abimelehc, Abiſciai, Achinoã cũ -: ſubſcribi debent, ut* אֲבִימֶלֶךְ *Auimelehc. Habes ergo quando et quibus in locis puncta compoſita collocanda ſint.*

Quę nomina ꝑpria habeãt punctum cõpoſitum chateph ſegol.

De puncto ſceua. Cap. XIIII.

ET ſi plures ſceua ſimplex à vocalium numero merito excludant, tamen quãdo ponitur in principio dictionis, & alijs in locis,in quibus profertur, mouet dictionem, et ſyllabam per ſe conſtituit (quod tamen eſt proprium aliarum vocalium)

Sceua inter vocales adnumerari debet, quando mouet.

ac proinde tunc temporis: ut E, breue haberi reputarique poteſt, ut patet in verbo דְבַר *deuar. Quando vero ponitur in medio dictionis, denotat litteram cui ſubſcribitur colligendam eſſe à littera eam præcedente: ob idque non conſtituit per ſe ſyllabã cum in medio ponitur. Hinc eſt quod Elias leuita dixit*[a] *ſceua nunquã ædificare ſibi domum, hoc eſt nõ eſſe vocalẽ, ut pote quæ in carmine per ſe poßit conſtituere pedẽ, niſi cum vocali ſocietur uti in lib. de poœſi hebræorũ videbimus. At cum plerunque ſceua quieſcat; (ut diximus) trahit quidẽ literã ſub qua ponitur ad præcedentẽ ſyllabã, ut* בִּגְדוֹ *bigdo, ideſt veſtis eius* אֶפְקוֹד *ephkod, ideſt viſitabo,* מִרְיָם *Miriã, ideſt Maria. Ex quibus cauſis antiqui grãmatici ſceua noluerunt vocalẽ conſtituere, cum propriũ uocalis ſit ſemper mouere. Et ꝑterea uidemus nullã monoſyllabã dictionẽ cum ſolo ſceua reperiri, aliæ namq; uocales ad hoc ſunt neceſſariæ, et etiã in carminũ compoſitione (ut Elias dixit) ſyllabã nequit per ſe ſolũ conſtituere; & ſi aliquando munus vocalis ſceua ſubeat, nõ ideo vocalis dicetur. Sicuti cum pincerna œconomi officiũ aliquãdo ſumit, nõ ideo œconomus ſit. Et tandẽ ſi ſceua vocalis foret, nunquã eius ꝓlatio ad prolationẽ aliarum litterarum declinaret,*

[a] Cant. 6 Sceua ñ ædificat ſibi domum.

ut vi-

vt uidemus in gutturalibus & alijs in caſibus à Pagnino relatis[a] *et nos inferius ſcribemus. Sũt tamẽ plures caſus, ĩ quib. ſceua ẽt ĩ medio dictionis pfertur, ut uocalis E, ita ut ſit breuiſsimũ E,*

Primo, quãdo eſt ſub littera notata puncto dagheſch, vt אִתְּכֶם *itechem, ideſt, uobiſcum.* לִמְּדוּ *limmedu, ideſt docuerunt, & non limdu,* פִּקְּדוּ *pikedu dicemus, ideſt viſitauerunt, & nõ pikdu.*

Secundo, quãdo duo ſceuaim ſimul concurrunt in medio dictionis, primũ quieſcit, ſecundũ profertur, vt יִפְקְדוּ *iphkedu, ideſt viſitabunt. Et tunc ſi littera, ſub qua ſecundũ ſceua fuerit, ſit ex litteris, quas dicimus beghab chephath, debet notari puncto dagheſch, vt* יִכְתְּבוּ *ihcteuu, ideſt ſcribent, &* יִשְׁכְּרוּ *iſhckeru, ideſt inebriabunt.*

Tertio profertur ſceua, cum eſt ſub littera gemminata (appello gemminatã quando ſunt duæ ſimiles) ut duo םם *aut* לל *et ſimiles aliæ, ut patet in dictione* הַרְרֵי *harere, ideſt montes,* הַלְלוּ *halelu, ideſt laudate, & non hallu quod verum eſt etiam ſi vocalis longa in huiuſmodi duplicata dictione minime præcedat, quidquid alij opinentur. At quando ſceua ſub prima littera gemminata, profertur, vtraque illarum litterarum in prolatione ſonat. Si tamen ſecunda littera gemminata habeat ſceua, il-*

[a] Lib. 1. inſtit. c. 6.

Sceua ſub littera dagheſciata pfertur.

Quando duo ſceuaim ſimul concurrunt.

Tertio quando littera ẽ ſub littera duplicata.

Quid ſit lſa duplicata.

Sceua ſub ſecũda littera gemi nata nõ profertur.

lud quidẽ minime proferendum eſt, vt patet in dictioni רוֹמַמְתֶּם Romamtem, ideſt exaltaſtis, et non dicemus romametẽ, cum ſub ſecunda gemi nata collocetur.

Quarto profertur poſt vocalẽ magnã.

Quarto legitur ſceua, quãdo ſequitur poſt uo calẽ longã, vt פָּקְדוּ i. viſitauerunt, & non pakdu: ſic etiam dicemus דְּבָרְךָ deuarehca, i. verbũ tuum, & חֲסִידֶךָ hcaſidehca, i. pio, vel miſericordi tuo. vulgata, à uiro ſancto tuo.[a] Quod tamen ceſſat vbi vocalis longa eſt adnotata accentu grammatico: nam tunc primum ſceua ſequens quieſcit, vt לְמוֹדְנָה lemodna, i. docete, & non lemodena propter accentum. Dicitur autẽ ſecundum Bertramum accentus grammaticus hac in re accentus qui in vltima vel penultima ſolus eſt, Rhetoricus accentus dicitur, qui nunquã eſt ſolus, ſed præcedit grammaticum, vt in dictione פָּקְדוּ atque ideo merito cum eſt accentus rhetoricus poſt vocalẽ longã legitur ſceua, ſecus vero vbi interuenit acccentus grammaticus, vt in dicto exemplo לְמוֹדְנָה apparet, & לַמְנַצֵּחַ lame natſeach, i. archimuſico, ſed ea in re fallitur, nã legi debet lamnatſeach. Qua de cauſa ẽt legendum ſceua poſt vocalem breuem habentem accentum rhetoricum tradit[b] idem Bertram. Eſt tamen omnino aduertendum, quod qualeſ-

[a] Deute. 33.8.

Accẽtus gram. et Rhetor. quando dicatur.

[b] pag. 16

cunque

cunque poſt Kamets, vel aliud punctum principale, ſiue longum, immediate ſequitur ſceua in eadem dictione: vt plurimum, poni ſolet accentus in illa littera puncto longo ſubſcripta: vt in dictione פָּקְדוּ *pachedu, ideſt viſitauerunt. & in* יָשְׁבוּ *iaſceuu, ideſt habitauerunt. At vero ſi punctum illud præcedens ſit ex claſſe punctorum breuiorum, ſiue paruorum, tunc non ponitur accentus in illa littera puncto breui affecta, quæ ſceua præcedit, ſed in vltima collocabitur: vt patet in dictione* אֶפְקוֹד *ephchod, ideſt viſitabo, vbi accentus eſt in vltima, & vocalis primæ litteræ, eſt* ∵ *ſegol, breuis quidē. Idem in dictione,* תִּקְרָא *ideſt uocabis.*

Accētu ponitur in illa littera puncto longo affecta quādo ſequitur in eadem dictione: poſt pūctū longum.

Præterea notandum, quòd ſceua in fine dictionis nunquam legitur, etiam ſi duo ſceuaim concurrant, & etiam ſi primum ſit poſt uocalem longam, uel ſub littera dagheſciata, ideſt habente punctum in uentre, ut יֶשְׁתְּ *ieſt, ideſt declinare, uel abſtrahi, non dicemus ieſte, ſed ieſt. Sic etiā in Gen.*[a] *legemus* יַפְתְּ *iapht, ideſt dilatet et in Cant.*[b] נֵרְדְּ *nerd, ideſt nardus, etiā ſi ſequēs dictio in ſenſu cohæreat cum priore per uirgulā machaf; nā etiā tūc duo ſceuaim in fine quieſcēt, ut patet ex lectione correctiſsima apud Iob*[c] *ibi,* וַיִּפְתְּ בַּסֵּתֶר לִבִּי *uaipht baſſether libi, ideſt et ſeductū*

Sceua pfert poſt vocalē longam

Sceua in fine dictionis non legitur, etiā ſi ſit duo & littera ſit dagheſata.

[a] Gen. 9. 17.
[b] Cāt. 4. 14.
[c] Iob 31 27.

in abſcõdito cor meũ. Vulgata habet, et lætatum eſt in abſcondito cor meũ. et recte quidẽ, quia qui lætatur in rebus proſperis & ſecundis (illud enim ſignificat Solis ſplendor, et Lunæ claritas) ipſe profecto maxime ſeducitur. Ob id uulgatus aperuit nobis elegantiſsime, qua in re iſta cordis ſeductio exiſteret. Vide ſimilem lectionem apud
[a] cap. 16 11. & Num. c. 21. 1. *Geneſeos et Numerorum libros*[a]. *Non deſunt tamen qui exiſtiment ex duobus ſceuaim in fine dictionis vltimum legi; præſertim ſi ſubſcribatur litteræ habenti dagheſc. Nec etiam deſunt eruditi grammatici, qui ſceua in fine dictionis omnino legi putent etiã ſi littera vltima careat puncto dagheſc, de qua re Pagninus, Quinquarboreus & alij varia ſenſerunt. Ego vero, re maturius conſiderata, non poſſum non ſequi ſententiam eorũ qui aſſerunt ex duobus ſceuaim ſceua in fine ſemper legendum, ex eo quod ex huiuſmodi lectione vitatur illa maxima difficultas prolationis, quæ inſurgit ſi illud ultimũ ſceua nõ profertur; ſi enim profertur, datur nõ parua prolationis venuſtas. Item admiſſa hac lectione & prolatione ſolum contrauenitur vni regulæ, qua ſtatutũ eſt ne ſceua in fine dictionis legatur; ſi vero nõ admittitur, cõtrauenitur duabus regulis, nã regula eſt vt ex duobus ſceuaim ſe-*

cundus

cundus quieſcēte primo legatur, & altera, quod
ſceua in littera dagheſciata legatur. Etſi aliquā
do littera finalis ſceua ſubſcripta ſine dagheſc re
periatur, hoc eueniet quādo nō eſt ex claſſe begad
chephath, et propterea tunc nō ponitur dagheſc:
eſſet enim dagheſc forte, quod aliquid aliud de-
notaret. Accedit in fauorē huius prolationis fre
quētiſsimus hebræorum uſus, qui ſemper ex duo-
bus vltimū proferunt. Vnde neceſſario dicēdum
quod ſicuti duo ſceuaim in principio dictionis [a] Geneſ. 29.11.
nunquam admittuntur, quia de neceſsitate am
bo legerētur: ita duo ſceuaim in fine non poſſunt [b] Prou. 7.25.
ambo non legi. Ac proinde vt hæc abſurda vi- [c] Prou. 22.21.
tentur, ſecundus ſemper legitur.

In fine dictionis omnis littera (exceptis quie- Omnis
ſcentibus) ſi nullum habet punctum, cenſetur ha litterain
bere ſceua: licet in ea nō inueniatur expreſſum. fine di-
In aliquibus tamen expreſſum reperitur, vt a- ctionis,
pud Geneſ.[a] *ibi,* וַיַּשְׁקְ *ideſt potum dedit, & in* exceptis
Prou.[b] *ibi,* יֵשְׂטְ *ideſt declinet, & Prou.*[c] *ibi* קֹשְׁטְ quieſcē-
ideſt rectitudinem ſeu veritatem. Et ſub ךְ *vl-* tibus cē-
timum, et ſub alijs litteris begad chefath. Quod ſetur ha
fit vt littera in fine poſita ad præcedentem red- bere ſce
dat. ua ſi nul lum ha- bet pun ctum.

Apud Syros omnis littera in quacunque Omnis
parte ſit dictionis, quæ caret puncto, cum ſceua: lr̃a apud
ſubintellecto profertur, vt videbimus in elemen Syros ca rens pū- cto cū: profert.

Duplex ſceua, apparẽs ſcilicet & occultũ

tario Syriaco. Vnde iam collige apud hebræos duplex reperiri ſceua in fine apparens, quod aliquando exprimitur, & ſubintellectum, vel occultum, vt in פָּקַד *pakad ſubintelligitur, et fit apparens cum quid additur dictioni, vt* פָּקַדְתָּ *pakadta, ideſt viſitaſti. Vnde fit vt omnis littera begad chephad dagheſciata in fine dictionis poſita ſemper ſit cum ſceua, licet tunc non debeat legi per ſuperius adnotata.*

Sceua ſub gutturalib. ponit' in tribus caſibus.

Sceua ſub gutturalib. accentu præcedẽte.

Vlterius notandum, quòd licet verum ſit gutturales abhorrere ſceua: tamen ſceua ſimplex ſub gutturalibus inuenitur in caſibus ſequentib.

[a] Prou. 14.12.

[b] Geneſ. 19.13.

Primo quando litteram gutturalem præcedit accentus grammaticus, vt in Prouer.[a] *ibi,* לֹא יָדַעְנוּ זֶה *lo iadahngnu Ze, ideſt non nouimus hũc. et etiã in dictione* שְׁלַחְנוּ *ſcialachnu, ideſt miſſimus, et in dictione* [b] אֲנַחְנוּ *anachnu, ideſt nos.*

Secũdo quando chiric p̃cedit gutturalem

[c] Geneſ. 18.18.

Secundo quando chirec ſub littera ſeruili præcedit gutturalem, vt in Gen.[c] *ibi,* יִהְיֶה *ihie, ideſt erit,* תִּחְיֶה *tichie, ideſt viues. De qua re peculiari, ſcribimus lib. I. Tobiæ*[d].

[d] Tobiæ cap. 34.

Tertio i verbo ſignificante abſcõſionẽ vel ſpem.

Tertio ſceua ſub gutturalibus ponitur, vt in Maſoreth habetur auctore Elia, in omni verbo ſignificante abſconſionẽ, et ſpem, vt יַעְלִימוּ *iahnglimu, ideſt calabũt, et* אֶחְסֶה *achſe, ideſt ſperabo.*

Quarto quando poſt gutturalem ſequitur,

aliqua

aliqua ex prædictis litteris בגד כפת *begad chephath cum daghesc, vt in Eſai.*[a] יַחְבּוֹט *iachbot, ideſt, excutiet, & in Exod.*[b] *in dictione* נֶאְדָּר *nehdar, ideſt magnificus; vel quando ſequitur littera capax ſolius daghesc fortis, licet non affecta, vel annotata eodem daghesc, vt* רַעְיָתִי *rahngiathi*[c]*; ideſt ſocia mea, vel amica mea, vbi* י *iod, eſt littera capax daghesc fortis, vt videbimus*[d] *et in hoc exemplo ſtatim ſubſequitur* י *iod, poſt* ע *gutturalem. Quæ ſententia & ſi alijs placuerit, mihi tamen non accidet, quia ſic ſceua ſemper ſub gutturalibus eſſe poſſet, cū oēs litteræ præter gutturales, capaces ſint daghesc fortis. Huiuſmodi punctū ſceua pro puncto rapto ſubſtituitur, vtpote chateph ſegol, vel chateph patach: nā littera præcedēs perinde notat ipſam gutturalē ac ſi ipſa punctū raptū haberet.*

Quarto qn̄ poſt gutturalem ſequit' begad chephath.

[a] Eſa. 27 12.

[b] Exod. 15. 11.

[c] Cāt. 1. 9.

[d] cap. 15.

Sceua ſub gutturali aliquando pro puncto rapto ſubſtituitur.

Vltimo aduertendū ſceua reperiri aliquādo ſub gutturalibus in nominibus ꝑprijs, et aliquādo chateph patach, etſi hac in re inuariabilis regula præſcribi nequeat, ſi Elia ſuperius citato credimus: vt patet exemplum נַעֲמָן *nahngman, Naman. &* אַהֲרֹן *Aharon, & ſimilia. Aduertendum tamen eſt, ſceua iſtud his in caſibus relatis ſub gutturalibus repertum, non ideo proferendum eſſe, vt ex ipſis exemplis colliges.*

Sceua aliquādo in nominibus ꝑprijs reperitur.

Notan-

Sceua ſequente gutturale profertur iuxta punctũ gutturalis.

Notandum prætere a quòd quando poſt ſceua ſequitur littera gutturalis, etiam ſi non ſit in initio dictionis, motus, & pronuntiatio eius litteræ ſub qua eſt ſceua, debet fieri ſecundum punctum gutturalis litteræ; & ſi non adſit accentus qui dicitur ghangia: vt patet in dictione מַלְאָכִים *malachim, ideſt angeli. Similiter dicemus* תְּחִי

Pſ. 119. 175.

tichi, et non techi, hoc eſt viuet anima mea [a], *& idem in dictione* קְחִי *nam dicemus chihci, & non chechi, ideſt accipe, & eodẽ modo* קְחוּ *chuhcu dicemus, & non chehcu accipite,* יְהִי *dicemus ihi, erit, & non iehi. Et hinc videmus interpretes ſacros ſcripſiſſe Ruben pro* רְאוּבֵן *Reuben, & Iuda pro* יְהוּדָה *Iehuda: conſiderarunt enim ſceua ante gutturales, ad modũ uocalis ipſi gutturali adiũctæ proferri debere. Nec ideo approbãda eſt, ſententia cuiuſdam dicentis, ſceua ante gutturales eſſe mobile, non enim tunc proprie ex ſe mouetur, ſed motioni alterius adhæret, & ſeruit, &*

[b] pag. 12

late & bene tradit Iſaacus [b]*. Si tamen gutturalis, quæ ſequitur poſt ſceua ſit annotata, et ſubſcripta* ˉ *kamets, tũc ſceua profertur ut* - *pathac & non vt Kamets: verbi gratia* גְּעָרָה *ghanghara dicemus, ideſt increpatio, & non ghenghara* נְעָרִים *dicemus nangharim, & non neharim, ideſt pueri, & id genus alia. In initio autem di-*

ctionis ſceua ſub gutturalibus nuſquã reperitur.

Rurſus notandum ſceua poſitum in principio dictionis habens poſt ſe chiric, ſiue cum iod ſiue ſine illo, adſiſtente accentu gahngia, vel non: ſiue ſequatur gutturalis, ſiue non ſequatur, legi & pronuntiari debere taliter vt eius lectio, & pronuntiatio ſemper declinet ad chiric. Vt in dictione בְּיוֹם *ideſt in die. dicemus namque bijom, & non beiom* יְיַחֵל *ijahcel, ideſt expectabit, & non dicemus ieiahcel. Similiter dicemus* בְּיַד *bijad, & nõ beiad, ideſt in manu. Si vero ſceua, iungatur ſegol, vel patach in principio dictionis: tunc prolatio ipſius ſceua declinabit ad ſegol vel ad patach, vt* הֱיֵה *dicemus heie, ideſt eſto et* חֲיֵה *hcaie, ideſt viue. Non deſunt, qui ſceua legendum putant vt quando poſt ipſum ſequitur aliud quodcunque punctum vt in dictione* בְּרָכָה *barahca, ideſt benedictio: ſed nihilominus ſecundum Pagninum in ſuis inſtitutionibus*[a] *cum ſceua eſt in principio, & poſt ipſum ſequuntur puncta prædicta ſegol, vel patach legi, & proferri debet, vt ſegol, hoc eſt vt e breuiſſimũ, vel ſicut patach uti dictũ eſt. Hebræi tamen nõ ſeruant ijs temporibus illos modos legendi ſceua ſub gutturali vel ante: atque idea eam prolationem obſoletam iam teſtatur Bo-*

nauen-

Prolatio ſceua declinat ad chirik quando poſt ipſum ſequit chirik.

Prolatio ſceua declinat ad ,ꞌ vel ſi iungigitur illis ĩ principio dictionis.

[a] cap. 6. in fine.

Sceua ꝓfert, vt e breuiſſimum, cũ puncta ·.·, illi adiungant

nauentura Bertramus in ſua aramea compa-
[a] cap. 3. pag. 16. *ratione*[a]. *Quando autem littera, cui ſubſcribi-*
tur ſceua habet accentum dictionis, tunc ſceua
Sceua appoſitum litterę in qua reperitur accentus, legitur vt a, *legitur pro vocali, A, vt* אַשְׁרֵי [b] *ideſt beatus: di-*
cemus enim aſciare, & non aſcre. Nec mirum
eſt quod ſceua tam diuerſe pro diuerſis punctis
ſubſtituatur cum mercuralis & verſatilis natu
ræ ſit, imò & ſeruilis.

[b] Pſ. 1. 1

Sceua ē naturæ verſatilis.

Duo ſceuaim in initionõ concurrunt.

Poſtremo aduertēdum in initio dictionis nun
quam duo ſceuaim concurrere poſſe: ac proinde
ſi vtraque littera in initio dictionis poſita ſub-
ſcribenda eſſet, duplici e, tunc temporis vna per
ſceua, & altera per ſegol, vel tſere ſubſcribere-
tur. Et ob eandē rationem ſolet etiā mutari pri
mum ſceua in chiric, quieſcēte ſecundo ſceua, vt
לִמְלָכִים, *pro* לְמְלָכִים *ideſt regibus. Similiter ſi ſe-*
cundum ſceua ſubſcribi debeat ſub iod tunc tem
poris mutatur vtrumq́ ſceua in chiric quieſcen-
te iod, vt pro וְיְהוּדָה *dicemus* וִיהוּדָה *ideſt & Iu-*
da. & pro וְיְגָּלֶה *ſcribamus* וִיגָּלֶה *vigalle, ideſt &*
reuelabitur, & וִיהִי *vihi, & erit, pro* וְיְהִי *veiehi.*
Hæc igitur de ſceua ad legitimam quippe lectio
nem, prolationemq́ non parum neceſſaria, &
vtilia; latius prænotare voluimus. Reliqua de
mutabilitate ipſius alibi proprior tractandi lo-
cus ſeſe offeret.

De dagheſch & Raphe. Cap. XV

PRater puncta, de quibus ſuperius di- ximus, adhuc hebræi habent vnũ quod vulgo דָּגֵשׁ dagheſch nuncu- pãt, cuius Etymologia apud ipſos adhuc eſt incerta. Dicitur tamen quaſi denſans conſtringens, aut præmens litteram. Et ideo Iſaacus [a] putauit dici dagheſch, à גָּרַשׁ vt סְאָה גְרוּשָׁה ideſt menſura, comprehenſa & agitata, iuxta ea quæ R. Sal. [b] tradit. Vnde ſumi ſolet gaduſc, pro adimpletione menſuræ ſupra os ſuum, ita vt redundet, quales erant omnes ſanctuarij mẽſuræ; vide theſ. [c] verbo גָּרַשׁ et Syrochaldaicum verbo גְּרַשׁ [d]. vnde mẽſura tritici, quæ ab hebræis dicitur גָּרִישׁ gadiſc, apud ipsã hiſpaniã bæticã vulgari ſermone dicitur Cadix, mutato, g, in c, litterã, inter quas non eſt parua affinitas. Licet ergo dagheſch vocalis minime ſit, et ſupra litterã conſonantem, vel ſub ipſa minime ponatur: ſed tantum in ventre, ſiue in medio litteræ: tamen ipſam fortificat, acriorem, atque redundantem eius litteræ prolationẽ reddit, ac ſi eſſet geminata & agitata, vt מִמֶּנּוּ mimmẽnu, i. à nobis in ablatiuo, שִׁבֵּר ſcibber, ideſt confregit, quod videtur quadam, litteræ et pro- lationis

Quid dagheſch.

Etymologia.

[a] pag. 12

[b] Eccl. 8.

[c] colum. 372.

[d] pag. 31 col. 3.

lationis multiplicatio, & augmentatio.

daghesc vnde deriuatur. *Exiſtimauerim tamen dici poſſe* דָּגֵשׁ *daghe-ſch deriuari à verbo* דָּגָה *dagah, hoc eſt multiplicari et augeri, vt in Gen.* [a] *legimus ibi* וְיִדְגּוּ *ueidgu, hoc eſt, & inſtar piſcium ſint in multitudinem in medio terræ, & iuxta vulgatã, & creſcant in multitudinem ſuper terram. Quibus verbis vulgatus piſcium multiplicationem, comprehendit. Scio aliquos docuiſſe, daghеſch antiquitus rageſc proferri ſolitum ob affinitatem litterarum* ד *&* ר *& ideo deriuari à verbo* רָגַשׁ *ragaſc quod eſt congregare & tumultum facere. Quæ ſentẽtia omnino placeret ſi antiquã illam prolationem aliunde nobis oſtendiſſent. Duplex dagheſch cõmuniter cõſtituitur. ſed põt triplex poni. Nẽpe dagheſch forte, daghe ſch lene, & dagheſc decoris, quam partitionem maioris elucidationis gratia admittere poteris.*

[a] Geneſ. 48.16.

DE DAGHESCH FORTI.

daghesc forte vnde deriuetur. D*Agheſch forte dicitur* דָּגֵשׁ חָזָק *dagheſch chaZak, ideſt forte, à verbo* חָזַק *chcaZak ideſt roborare. Vnde* חָזָק *fortitudo, ſeu corroboratio. nomen adiectiuũ, quod tribuitur tam rei, quam perſonæ. Corroborat autẽ adeo dagheſch iſtud, ex natura ſua litteras: vt gemminatæ videan-*

tur,

tur, uti iam annotauimus. Ponitur uero in medio tantum dictionum, in omnibus litteris, et aliquando etiã in litteris begad chephath, exceptis litteris gutturalibus, & ר reſc: cuius ratio eſt, quia cum gutturales ex gutture & ex intimis præcordijs, iuxta ſuam peculiarem naturam ſatis complete proferantur: nulla alia quacunq; fortificatione aut multiplicatione opus habent. Nec quicquã iuuat, ſonum gutturalium uocalibus ſimilem conſiderare (ut aliqui conſiderant) ad hoc ut ipſæ, dagheſch abhorrere dicãtur, cum gutturales reuera conſonantes ſint, ob idq; ſonus ipſarum uocalibus ſimilis, eas uocalium naturã aſſumere minime cogit. Vnde fortificatione multiplicationeq; minime egentes, facile dagheſch à ſuis liminibus excludunt.

dagheſc forte in medio ponitur & in litteris hic expreſſis.

Gutturales dagheſc abhorrent ob peculiarẽ ipſarũ naturam. Ratio cur gutturales dagheſc abhorrent.

Reperiuntur tamen aliqui caſus ſecundum Maſoritas Iſaacum[a] & Bonauenturam Bertramum[b] & alios non paucos, in quibus dagheſch forte reperitur in litteris א aleph, & ר reſc contra propriam ipſarum naturam, licet nonnulli ſcripſerint gutturales nunquam dagheſch admittere. Cuius tamen oppoſitum uidebis apud Leuiticũ[c], ubi littera א Aleph, quæ præcipua littera gutturalis eſt, cum dagheſch reperitur ibi, תָּבִיאּוּ לֶחֶם tauiu lechem, ideſt,

Caſus ĩ quib. dagheſc forte reperitur in gutturalibus cõtra ipſarũ naturam.

a Pag. 8.
b Pag. 14 Sanctes p. 8. & 9
c Leuit. 23. 17.

aſſere-

afferetis panem; vulgata habet, feretis manipulos ſpicarum, ex illis nam que panis cõficitur, vnde non eſt multum vt ſpica pro pane in ſcriptura vſurpetur. Idẽ apud Gen.[a] ibi, וַיָּבִיאוּ לָנוּ vaiauiu lanu, et attullerunt nobis; vulgata, obtulleruntq; nobis. Idẽ et apud Ezrã[b] ibi, וַיָּבִיאוּ לָנוּ vaiauiu lanu, ideſt & attullerunt nobis. vulgata: et adduxerũt nobis. Sed nõ uideo Aleph hisin exẽplis ita ſcriptũ nec quonãmodo proferri poßit aut fortificari, aut aliquid denotare, q̃d proprie dagheſch operatur: & ſi grãmatici cõmuniter referãt Aleph dagheſciatũ, eo quod forsã in antiquis biblijs ita eſſet. Idẽ reperitur in litera ר reſc; ut apud libros Reg.[c] et in Prou.[d] et in Cãt.[e] ibi, שֶׁראשׁ ſcerroſci, ideſt caput meũ. Etiã reperitur ר Reſc cũ dagheſch in monoſyllaba dictione præcedente lõga dictione, vt in Pſ.[f] ibi אָהַבְתָּ רָּע ahauta rangh, ideſt dilexiſti malũ Accedat locus Hier.[g] ibi מְאוּמָה רָּע meumah rangh, ideſt ne facias ei quicquã mali. Vulgata, nihilq; ei mali facias, loquitur de Hieremia. & idẽ apud Abacũ leges[h] ibi, מָחַצְתָּ רֹּאשׁ machaſta Roſc, ideſt trãsfixiſti caput. uulgata, percuſſiſti caput de domo impij, qui etenim transfigit, percutit, cum trãsfixio ſine percußione minime fiat. Sed eſt aduertẽdũ, quod in his locis ĩ quibus ר in medio reperitur cũ dagheſc proferri debet cum R, duplicato, licet

[a] Geneſ. 43. 25.

[b] 1. Ezr. 8. 18. vide etiã Iob 33. 21.

Reſc cũ dagheſc

[c] 1. Reg. 1. 6. 10. & 24. 4. Reg. 6. 32.

[d] Proue. 14. 10.

[e] Cant. 5. 2.

[f] Pſalm. 52. 5.

[g] Hiere. 39. 12.

[h] Abac. 3. 13.

Reſc in medio qualiter pſeferendũ.

aliàs

alias in medio per ſimplex r, proferatur, vti ſuperius admonuimus hoc eodem libro [a]*: vbi autem* ה *(qua littera gutturalis eſt) videris cum puncto in ventre* הּ *vel in fine* הּ *non exiſtimes eſſe daghesc: ſed mappik, de quo inferius* [b]*.*

Notandum vlterius, daghesc forte propter varia munera adinuentum fuiſſe.

Primo ad ſupplendam litteram deficientem, tam in verbis aliquibus, quam in nominibus, & quibuſdam præpoſitionibus, vt ſuis proprijs locis dicemus. Et patet in verbo הִגִּיד *higghid, id eſt nunciauit, vbi daghesc in ghimel poſitum, oſtendit litterã deficere, ſcilicet* נ *nun, pro* הִנְגִּיד *hinghid. Et patet etiam in nomine* מַצָּה *mazza, ideſt lis, pro* מַנְצָה *mantſah, & in præpoſitione* מִבֵּית *mibbeth, ideſt ex domo pro* מִן בֵּית *min beth vbi deficit nun.*

Secundo etiam adinuentum eſt ad ſupplendum defectum litteræ duplicatæ, de quo Elias in ſuis elementis [c]*, & tunc ponitur in tertia littera thematis, ſiue in ſecunda duplicata: quia daghesc repræſentat, atque ſignificat id quod ante, & non id quod poſt ſe ſequitur. Et ad ſupplendum defectum* ת *tau, vt in quarta coniugatione, quando* ת *tau, &* ט *theth conueniunt.*

M Ter-

[a] Cap. 3.

daghesc forte ꝑpter varia munera adinuẽtũ.

[b] cap. 19

Primo ad ſupplẽdum defectũ litteræ deficientis tam in noib. quam in verbis.

Ponitur ad ſupplẽdum defectũ litteræ duplicatæ.

[c] Elem. 11. oratio 2.

daghesc quid ante ſe & non qd poſt ſe ſignificat, ſeu repræſentat.

daghesc forte ponitur ad oſtendẽdam cõiugationis vehementiã, & ad mutandum ſignificata.

Tertio apponitur vt oſtendatur grauitas, & vehementia coniugationis: vt in coniugatione ſecunda & quarta videbimus. Et etiam apponitur ad mutandã dictionis ſignificationẽ, ut in dictione אַמָּה *amah, quaſi in littera* מ *mẽ habet daghesc ſignificat cubitum; ſi non habeat ſignificat ancillam, et idem in dictione* יַמִּים *iamim, ſine daghesc eſt dies: cum daghesc eſt maria in plurali.*

daghesc poſt he notificatiuũ, & vocatiuum.

a Lib.6. cap.8.

Quarto apponitur daghesc poſt ה *notificatiuum, ſeu demonſtratiuum, de quo inferius dicemus* [a]*. Idem quando* ה *eſt vocatiuum, quia tunc etiam ponitur daghesc poſt illum, vt patet in dictione* הַדֹּר *haddor, ideſt ò ætas: niſi ſequatur gutturalis, vt in dictione* הָאִישׁ *haiſc, ideſt, ille vir. Et etiam poſt* ו *uau, verſiuũ, ideſt, quando conuertit præteritum in futurum, & futurum in præteritum; ponitur daghesc; vt* וַיֹּאמֶר *vaiomer, ideſt, & dixit* וַתֹּאמֶר *vattomer, ideſt, & dixit, fœmina. Idẽ poſt* שֶׁ *ſcin relatiuum. Adde, idem etiam accidere vbi* ה *he, demoſtratiuum abiicitur. (quod ſanè accidit, vbi dictioni additur vna, ex his conſonantibus* בְּלְכְּ *vt ſtatim dicemus* [b] *ſub quibus ponitur punctus, qui alias erat ſub illo* ה*) Nam tunc temporis daghesch forte apponendum eſt,*

Poſt veu verſiuũ ponitur daghesc

Poſt ſce relatiuũ ponitur daghesc

daghesc ponitur poſt he demonſtratiuã abiectũ.

b lib.6. cap.9.

vt oſten-

vt oſtendat ה deficere: vt patet in Pſalm.[a] ibi: כַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב caſcemenhattou, ideſt, vnguentum optimum pro כְּהַשֶּׁמֶן vulgata vnguentum optimum; vnguentum in capite appellat quod idem eſt, cum vnguentum in caput ſummi ſacerdotis, de quo ibi agit, non effundebatur, niſi præcioſiſſimum & ſummè odoriferum, ideo non qualecunqne vnguentum fuiſſe ait, ſed illud bonum, cum demonſtratione. Vides quomodo illud ה abiicitur propter litteram כ & punctum patach, quo, he, erat ſubſcriptum, ponitur ſub caph & ſequens littera, ש dagheſciatur.

[a] Pſalm. 132.2.

Daghesc forte ponitur loco litterarũ ehevi.

Quinto ponitur etiam dagheſc forte aliquando loco alicuius litteræ ehevi, vt in Reg.[b] ibi: מַכֹּולֶת לְבֵיתוֹ ideſt, in cibum domui ſuæ vbi pro aleph ex quieſcentibus ponitur dagheſc in littera caph vt dicat מַאֲכֹלֶת maacholeth. Ponitur etiam dagheſc, quando punctum ſit breue, cum ſit longum, vt inferius ſcribemus[c]. & præſente dagheſc; quæuis vocalis longa tranſit in ſuam breuem, & cholem in chibuz.

Daghesc ponitur loco Alicuius litteræ ehevi.

[b] 3. Reg. 5.11.

Daghesc ponitur quando pũctum breue fit lõgum.

[c] lib. 5.

Daghesc præſente, punctũ longum vertitur in breue.

De dagheſc leni. Cap. XVI.

Dagheſc lene dicitur חָלָק *chalak vel* קַל *Kal, ideſt lene, eo quod leniter prǽmit litteram, eam, tamen ita roborans, vt proferenda ſit in ſuo vigore, vt ſi dicamus* בֵּית *beth. nam ſine puncto dagheſc dicemus veth: at quia punctum in ventre habet, illam fortificans & corroborans, legi debet Beth non tantum aſpere & fortiter ſicut*

[a] Ca. 15. *legeretur cum eſt dagheſc forte, de quo ſuperius[a] verum cum multa ſparſim de dagheſc leni tradantur, operæpretium erit ea omnia ad dilucidas annotationes reducere.*

Litteræ begad ſine dagheſc quomodo proferendę.

Quapropter notandum primo, dagheſc lene ſolū in litteris בגד כפת *begad chephath, ideſt in litteris contētis in duabus his dictionibus poni. Vnde ſit vt hæ litteræ begad chephath ſine dagheſc, ſonent medie, ut græcis χ ch, θ th, ph, & vt dixi cum dagheſc integræ ſonent, ca, pa, ta, & quamuis aliqui putent* ת *tau ſine dagheſc proferendū vt* ד *daleth, et ita illud Gen.[b] ibi,* מִשְׁפְּחוֹת *miſpechod legendum, hoc eſt familiæ, ſed falluntur cum eo in loco, & ſemper proferri debeat, ut th, & ita legitur miſcpechoth.*

[b] Geneſ. 10.18.

Secundo notandum, quod dagheſc nunquam

poteſt

poteſt eſſe niſi lene in initio dictionis, ut in Gen.[a] ibi בְּרֵאשִׁית bereſcith, ideſt in principio. [a] Geneſ. 1. 1.

Tertio notandum daghesc lene in fine et medio minime poni, niſi poſt ſceua quieſcens: ut patet in dictione תִּזְכּוֹר tizkor, ideſt recordaberis, in qua vides daghesc bis poſitum, videlicet in prima littera dictionis, quæ eſt ת tau, & in medio in littera כ caph poſt ſceua quieſcens, et utrunque daghesc eſt lene. & idem in dictione דִבַּרְתָּ dibarta, ideſt locutus es. ubi in fine ſcilicet in littera ת tau ponitur daghesc poſt ſceua quieſcens: & in dictione מַלְכִּי malchi, ideſt rex meus, & in dictione לִשְׁבּוֹר liſcbor, ideſt ad conterendum. Sunt tamen aliqui caſus in quibus poſt ſceua quieſcẽs litteræ pfactæ בגד כפת begad chephath non recipiunt daghesc, ut in libro Iudicum[b], et Danielis[c] & Pſalm.[d] & Num.[e] de quibus latius conſules Pagninum[f].

Daghesch lene in medio ponitur poſt ſceua quieſcens.

Caſus in quib. literæ begad poſt ſceua quieſcens nõ recipiũt daghesc.

[b] Iudic. 7.6.

[c] Daniel. 6.10.

[d] Pſalm. 76.4.

[e] Num. 21.4.

[f] Lib. 1. ſuarũ inſtitutionum hebraicarum. cap. 8.

Quarto notandũ, quod quando præcedit ſceua mobile; hoc eſt ſceua, quod profertur: nulla ex prædictis litteris, nec ei cohærens recipit daghesc, ut patet Deut.[g] ibi, בְּבַעַל bebanghal, ideſt in baal, & apud Eſai.[h] ibi, כְּכַרְכְּמִישׁ checharchemis nomen ciuitatis circa flumen Euphratem, & in dictione דְּבָרִים deuarim, ideſt verba. In dictione tamẽ שְׁתֵּי ſcete, et שְׁתַּיִם ſcetaim, ideſt duo

Lrẽ begad non recipiũt daghesc poſt ſceua mobile, vel vocalẽ magnam. [g] Deute. 4. 3. [h] Eſai. 10. 9.

poſt ſceua mobile ponitur dagheſch in litteris be gad chephath, euphoniæ gratia, ut in libris Reg.[a] *& in aliјs locis, quæ videre poteris in nouiſsimo theſauro linguæ*[b] *ſanctæ verbo* שֵׁנָה *ſcianah. Sed ſi aduerteris inuenies in dictione* שְׁתֵּי *ſcete; ſceua re vera mobile non eſſe, ſed quieſcens propter* א *aleph ſuffuratum, ſeu furto ablatũ, quod præcedit litterã* ש *ſcin, licet non ſcribatur, vt aduertit Pagninus nunc citatus*[c]. *Quibus addendum eſt etiam poſt puncta principalia, quæ reddunt vocales lõgas minime poni dagheſch, quia cum neceſſe ſit, vt vox præcedens dagheſch cadat in ſequentem litterã dagheſchatam, id quod præcedenti vocali longa fieri nequeat (quia vocalis longa prolationem ſuam in ſequentem litteram non extendit, imò eam penes ſe retinet.) ideo tales vocales & voces, quæ ſyllabã retinent nunquam præcedere debent: ſic poſt puncta principalia non ſequitur dagheſch, licet tunc temporis dagheſch aliqualiter ſẽtiatur, ſicut quãdo eſt dagheſch lene, ut in dictione* סִיסְרָא *ſiſera, quod eſt nomẽ propriũ, et in* אוֹמְרִים *omerim, ideſt dicẽtes, & ſimilibus; id quod magis eſt propter vocalẽ longam, poſt quam ſceua profertur, ut ſuperius dictum eſt. Ratio autem quare poſt ſceua quieſcens, admittitur dagheſch; poſt mobile vero minime*

[a] 3.Reg. 3.16.
[b] colum. 1438.
[c] pag. 16

Dagheſch poſt vocales lõgas nõ ponitur

Rõ quare poſt ſceua q̃eſcens ponitur dagheſch, & poſt mobile minime

nime

nime: illa eſſe videtur, quia vbi ſceua quieſcit conſonans nō bene dirigitur, ſi ſine dagheſch remanet: quando vero eſt mobile cum tunc conſonantis prolatio dirigatur: atq; augeatur, ceſſat omnis neceſsitas apponendi dagheſch.

Secūdo notandū: quod dagheſch lene in principio dictionis, nō collocatur in dictis litteris begad chephath, quādo talis dictio uenit, poſt aliquā ex litteris quieſcentibus אֶהֱוִי *eheui, quia tunc dictio illa leni ſpiritu eſt proferenda: vt* לֹא כִסִּיתִי *lo chiſsithi, ideſt nō operui, quod ideo eſt, ut quidam opinātur, quia dictæ litteræ eheui ſunt litteræ nominis Dei, ac proinde omnis alia littera illis humiliatur ob reuerentiam, ſuum vigorem amittens, quod probant ex illo textu Malach.* [a] *ibi, à faciebus nominis mei. vulgata, & à facie nominis mei pauebat. & ex Pſal.* [b] *ibi, timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis, vbi dictio* אותות *othoth ſignificat ſigna, & litteras: & ita ſit ſenſus, timebunt litteræ in extremis dictionū à ſignis tuis, ideſt à litteris nominis tui. Cæterū ſi hæc ratio ſolida eſſet, ſemper litteræ* בגד כפת *begad chephat, eandem reuerentiam litteris quieſcentibus præſtarent, quā minime præſtant, cum in pleriſque caſibus poſt quieſcentes ſuum robur ac vigorē retineant, hoc eſt dagheſch recipiant:*

Dagheſch lene non ponit' poſt litteras eheui, cuius ratio una refellit', & alia aſſignatur

Zamorēſis de ortographia hebræa regula 3. lib 1. poſt Reuchlinū lib. 2. de accentibus heb. fol. 67.

[a] Malac. 3. 5.

[b] Pſalm. 64. 8.

Damnatur ratio antiquorum.

Rō pręſtāſ: quare poſt lr̄as ehe ui nō ſequatur dagheſc.

vnde ea ratio vt fabuloſa, & futilis facile refel litur: & eo magis, cum illius pſalmi littera, & ſenſus alio tēdant. Quā ob rem melius dicemus; ideo poſt litteras eheui; litteras בגד כפת begad che phath nō dagheſciari in initio; eo quod illę cū ſint quieſcentes quieſcunt vt plurimum cum punctis longis, & vocalem longā conſtituunt. Ac proinde poſt ipſas ſicuti poſt longa puncta, ſeu magna; (regulariter loquendo) dagheſc non poteſt ſequi: cuius quidē natura (vt Elias leuita [a], & poſt eum alij docēt) eſt habitare, & ambulareq́; inter puncta parua, quę ſunt ante ſe. Et hinc eſt, quod idem Elias aduertit dagheſc poni poſt cholem contra ſuam naturam, etiam ſi ſit vocalis longa, vt in Eſai. [b] ibi סֹבִּי ſobbi, circue. Quod dem ipſe Elias alibi. [c] repetit dicens, vocalia parua in omni re, & negotio, vocalibus magnis cōtraria eſſe: eo quod ea ſcilicet parua; ſemper ſequatur, aut dagheſc, aut ſceua quieſcens: niſi quando notantur accentu, hoc eſt, niſi quando vocalis parua, ſeu breuis habet ſub ſe accentum, qnia tunc litterę ſequentes ſunt lenes, & carent dagheſc: ratione enim accentus, excluditur dagheſc quippe quia tunc vocalis longę vendicant naturam, & locum vſurpant vti ſtatim dicemus [d]. Et

Poſt uocalis longas non ſequitur dagheſc.

[a] Elemē to 11. orōne. 2.

[b] Eſa. 23. 16.

[c] Cant. 2.

Vocales paruę magnis eſſe contrāria in oī re & negotio.

dagheſc rōe accētus excludiť, quia accētus habeť naturam uocalis lōgę.

[d] cap. 22.

hinc

hinc etiam ſit quod, poſt quieſcententem nota-tam Kamets, vel tſere, (quæ ſunt vocales longæ) litteram ſequentem dagheſc minime re-cipere vt in Deut.[a] *vbi legitur* עָשָׂה לִי *nghaſa, lib. 1. fecit mihi, vbi vides litteram* ש *minime dagheſciari, etiam ſi ſit accentus in littera præ-cedenti hain, & alibi paſſim præſertim apud Geneſ.*[b] *Sunt tamen adeo plures caſus in qui-bus, etiam poſt literam quieſcentem in litteris* בגד כפת *begad chephath in initio dagheſc, lene collocatum reperitur: vt ex illis magis deberet Regula quam exceptio conſtitui. Verum enim vero, vt communem traditionis viam ſe-quamur, eos caſus in præſenti ſubiungemus.*

dagheſc non ſe-quitur poſt uo-calē lōgam re-gulari-ter lo-quendo.

[a] Deu. 8. 17.

[b] Ge. 23. 4. 35. 1.

[c] Pſalm. 51. 17.

Caſus in quibus poſt lit-teris qui eſcentes colloca-tur da-gheſch ī litteris begad chefath.

Primo ergo dagheſc in præfatis litteris be-gad chephath poſt quieſcentem collocatur, vt pa-tet in dictione שְׂפָתַי תִּפְתָּח *ſephathai tiphtach, id-eſt labia mea aperies.*[c] *vbi tau in initio ſequētis dictionis habet dagheſc, quia iod præcedentis dictionis profertur. Sic etiam in illa dictione* אֵלָיו פִּי קָרָאתִי *elau pi carathi, ideſt,*[d] *ad ipſum ore meo clamaui. Sic etiam Geneſ.*[e] שָׂרַי גְּבִרְתִּי *Sarai gheuirti, ideſt, à facie Sarai dominæ meæ ego fugi. Sunt tamen adhuc (licet ſupe-riora vera ſint) tres caſus, in quibus etiam poſt*

dagheſc ponitur poſt qeſcentem, quam illa præfertur in fi-ne.

[d] Pſalm. 66. 17.

[e] Gen. 16. 8. Caſus in quibus non ponitur poſt in quieſcente, quę in fine profertur.

poſt huiuſmodi litteras quieſcentes prolatas, dagheſch in initio dictionis non collocatur, præter ſuperiorem normam, vt Pſal.[a] *ibi,* אֲדֹנָי בָּם *adonai uam, ideſt Dominus in eis, & Eſai.*[b] קַו תֹהוּ *Kau tochu, ideſt linea deſolationis. & Ezech.*[c] שָׁלֵו בָהּ *ſcaleu va, ideſt proſperantis in ea.*

Secundo quando in aliqua dictione deſinente in vna ex dictis litteris quieſcentibus, adeſt aliquis accentus dictus מַפְסִיק *mapſik, ideſt regius, ſiue diſtinctiuus, aut diuiſiuus, ſic dictus à verbo chaldaico* פְּסַק *peſak, quod eſt diuidere; tunc temporis in initio dictionis ſequentis, in prædictis litteris* בגד כפת *begad chephat ponitur dagheſch, vt in Pſalm.*[d] *ibi* בְּדָמִי בְּרִדְתִּי *bedami beridti, ideſt in ſanguine meo dum deſcendo in foueam, ideſt in corruptionem: & in Pſ.*[e] *ibi,* קוֹלִי בֹּקֶר *Koli boker, ideſt vocem meam mane, &*[f] *ibi,* וַאֲנִי בְּרֹב *vaani berou, ideſt & ego in multitudine. &*[g] *ibi,* אַתָּה תְּבָרֵךְ *atha teuarehc, ideſt tu benedices. Secus vero ſi adſit aliquis ex accentibus, qui dicuntur meſcharethim* מְשָׁרְתִים *ideſt adminiſtrantes, vel deſeruiẽtes, de quibus*[h] *plenius dicemus, quoniam tunc cum ex ſua natura dictionem minime diuidant; imò potius illam in qua eſt littera eheui, ad aliam ſibi coniunctam, & proximam trahant: merito dictæ*

litteræ

[a] Palm. 67.18.
[b] Eſa. 34. 12.
[c] Ezeec. 23.42.
Accent' regi' dr mapſik, ſiue diuiſinus aut diſtinctiuus.
Vnde dicatur accent' diuiſiuus.
Poſt litterá qeſcenrem notatá accentu diuiſiuo ponitur dagheſc iu litteris begad.
[d] Pſalm. 30.10.
[e] Pſalm. 5,8.
[f] Ibid. 8.
[g] Ibi. 13.
Diſcrimen inter accẽtum diuiſiuũ, & deſeruientẽ.

Poſt literas eheui notatas acentu miniſtro, litterç begad chephat non recipiunt dagheſch. [h] cap. 21. Accẽtus deſeruiens dictionẽ minime diuidit.

litteræ כנר כפת nō recipient prædictum dageſch; cuius rei exemplū habes in Pſ.[a] ibi, אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם imeru biluauhcem, ideſt dicite in corde veſtro. & Pſal.[b] ibi אָבוֹא בֵיתֶךָ auo bethehca, ideſt ingrediar domum tuam. Et idem in libris[c] Iob וְשִׁנֵּי כְפִירִים veſcinne chefirim, ideſt et dentes leunculorum: noſtra vulgata uertit, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.

[a] Pſalm. 4.5.
[b] Pſalm. 5.8.
[c] Iob. 4. 10.

Poſt dictionem monoſyllabā lr̃æ begad chephat dagheſcantur.

Tertio, quando aliqua dictio monoſyllaba per דְחִיק dachik (dictum à uerbo דָחַק dachak coarctare) quæ coniungitur ſequenti per uirgulā מַקַּף machaph, & habet huiuſmodi monoſyllaba dictio, Kamets, uel pathac, aut ſegol: tunc litteræ בגד כפת begad chephath in principio dageſcātur, etiam ſi ſequantur poſt huiuſmodi litteras eheui, ut apud Gen.[d] uidebis, ibi מַה־פָּרַצְתָּ mah parazta, ideſt quod diuiſiſti; & uulgata habet quare diuiſa eſt: et in Pſal.[e] ibi, מַה־בֶּצַע mah beZangh, ideſt quid utilitatis, uel potius (ut noſtra uulgata habet) quæ utilitas in ſanguine meo? Secus uero ſi talis monoſyllaba habeat tſere, uel cholem, vel ſciureck, quia tunc prædictæ litteræ in initio dictionis non recipient dagheſch, vt in Geneſ.[f] ibi, וַיְהִי־כֵן vaihi chen, ideſt et fuit ſic. Quibus eſt addendum, quod ſi poſt huiuſmodi uirgulā coniungentem ſyllabam, ſequatur ali-

Vnde dicatur dachik.

[d] Geneſ. 38,29.
[e] Pſalm, 29.10.
[f] Geneſ. 1.9.

qua

qua littera, quæ non ſit ex prædictis litteris. בגד כפת begad chephath, illa littera quæcunque fuerit (propter huiuſmodi regulam) dagheſciabitur, vt in Gen.[a] ibi גְּשָׁה־נָּא gheſcia nnah, ideſt, appropinqua nunc vel accede huc, vt in vulgata habetur. Præterea aduertendum, quod licet, vt plurimum, virgula iſta, annumeretur inter accentus deſeruientes uti inferius videbimus: ac proinde iuxta tradita ſuperius, adnotatione ſecunda non eſſet littera dagheſcanda; nihilominus in præmiſsis caſibus huius tertiæ adnotationis dagheſc ponitur, quia non omne makaph eſt accentus deſeruiẽs vt optime tradit Pagninus[b].

littera q̃ cũque ſequatur poſt nta kaph q̃ nõ eſt & lr̃is begal daghe ſciabitur.

[a] Ge.27.16.

Machaph inter accẽtus deſeruiẽtes ad numeratur. Aliq̃ tamen nõ eſt deſeruiens.

[b] lib.1.in ſtit.cap.10.&11

Quarto, quando aliqua ex litteris quieſcentibus eſt in dictione habente accentum procul, id eſt in principio dictionis diſtante à dictione ſequenti quæ incipiat à prædictis litteris בגד כפת (qui dicitur alias אָתֵי מֵרָחִיק athe merahik, ideſt veniens à longe,) tũc temporis litteræ begad chephath dagheſciantur, etiam ſi poſt litteras אהוי eheui ſequantur, dummodo præfatus accentus in prima littera ſequentis dictionis ponatur, vt וְעָנְתָה־בִּי צִדְקָתִי venghanetha bi tſidkathi, ideſt, & reſpondebit pro me iuſtitia mea, vel vt vulgatus noſter transfert, reſpondebit mihi cras iuſtitia mea, idem apud Eſai.[c] leges ibi נָשְׁבָה בּוֹ na

ſceuabo

Accẽtus athe Marachil, i. veniẽs à longe.

Dagheſc ponitur in litteris begad poſt quieſcẽtẽ, quæ habet accentum p̃cul diſtantem ab accentu dictionis ſequentis.

[c] Eſai.40.7.

ſceua bo, ideſt, ſufflauit in eo. Tamẽ in Pſal.[a] *ibi* מָצְאָה בַיִת *Matſeath vaith, ideſt, inuenit domũ, littera* ב *beth ex begath chephath, nõ adnotatur dagheſc, etiã ſi accẽtus diſtet iuxta normam ſuperiorem. Si autem accentus collocatur in ſecunda littera dictionis, quæ poſt quieſcẽtes ſequitur, tunc temporis dagheſc, à prædictis litteris reiicitur, ut patet in Exod.*[b] *ibi* וְעָשִׂיתָ פָּרֹכֶת *vẽgaſitha parocheth, ideſt & facies velum, & in Geneſ.*[c] *ibi:* וּמְבָרֲכֶיךָ בָּרוּךְ *vmuaracheha baruhc, ideſt & benedicentes te benedictus: vulgata habet: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur; quod idem eſt. Aliquando tamen in ſcriptura licet accentus ſit in ſecunda ponitur dagheſc in litteris* בגד כפת *begad chephath, vt in Pſalm.*[d] *ibi,* הוֹדַעְתָּ בָּעַמִּים *notã feciſti in populis & Deut.*[e] *ibi,* עָבִיתָ כָּשִׂיתָ *hauitha chaſitha, incraſſatus es operuiſti; vul. impinguatus dilatatus.*

[a] Pſalm. 84.4.

dagheſc non ponitur vbi accentus eſt ĩ ſecunda littera dictionis.

[b] Exod. 26.31.

[c] Ge. 27. 29.

Accentum ſecũda exiſtente aliquãdo ponitur dagheſc.

[d] Pſalm. 77.16.

[e] Deute. 32.15.

Quinto quando dictio ſequens poſt quieſcentes habet aliquam litteram duplicatam ex begad chephat & prima eſt cum ſceua, tunc prima dagheſciatur, & ſecunda nõ: vt patet apud Eſa.[f] הֲלֹא כְּכַרְכְּמִישׁ *halo checharchemiſc; ideſt nõne ſicut Charchemiſc Chalno. Vulg. Nunquid non vt Charcamis, ſic Chalno. & in libr. Reg.*[g] *ibi,* קְטַנָּה כְּכַף אִישׁ *chetanna chehcaf iſc, ideſt par-*

duplicata littera ex begad chephath ſi cet ſequatur poſt litterã quieſcentem dagheſa tur prima & non ſecunda.

[f] Eſai. 10.9. [g] 3. Reg. 18.44.

[a] Ezech. 27.15.

eſt, parua ut vola viri: videlicet, parua: quaſi ueſtigiũ hominis. Et apud E Zech.[a] בְּנֵי דְדָן *bene dedan, ideſt, filij dedan. Sed ſi prima ex his litteris duplicatis caruerit ſceua etiam carebit dagheſc: ut in Leuit.*[b] אִשָּׁה בִבְתוּלֶיהָ יִקָּח *iſcia uiuthuleha Ikach, ideſt, uxor in uirginitatẽ eius acceperit; uidelicet, uirginẽ ducet uxorẽ. et in Eſai.*[c] וְהָיְתָה בָבֶל *uehaieht a bauel, ideſt, et erit Babel uidelicet & erit Babilonia.*

[b] Leuit. 21.13.

[c] Eſa. 13. 19.

Duę litterę duplicatæ eiuſdem claßis. concurrunt prima habebit dagheſc.

Quæ ſuperius de duplicatis diximus, locum etiam habent, ubi litteræ huiuſmodi ſint eiuſdem claßis, hoc eſt, ſi ſint ambæ, uel dentium, uel palati, uel labiorum, nam nunc prima etiam ſi ſit duplicata habebit dagheſc, uti in Exod.[d] *ibi,* וְאִכָּבְדָה *ueichaueda bepharngho* בְּפַרְעֹה, *ideſt, & glorificabor in Pharaone. et in Leuit.*[e] יִרְדֶּנּוּ *irdennu bepherehc, ideſt, dominabitur ei in rigore, uidelicet non eũ opprimes ſeruitute famulorum quod idẽ eſt & Iob*[f] אֱזָר נָא כְגֶבֶר חֲלָצֶיךָ *ezor nah chegeuer halaZeeha, ideſt, accinge nunc ſicut uir lũbos tuos. in quibus exẽplis uides* ב & פ *eſſe eiuſdẽ claßis, ſiue ſpeciei (quia utraque eſt labiorum ſicut* כ & ג *palati) et in prima hoc eſt in* ב *et* כ *eſſe dagheſc. At uero cũ ſunt diuerſæ claßis, ſiue ſpeciei tunc & ſi prima fuerit cum ſceua, ſiue cum alio puncto; dagheſc reiicitur ut patet in Pſ.*[g] קָרְחוֹ כְפִתִּים *corho cheſitim,*

[d] Exod. 14.4.

[e] Leuit. 25.52.

[f] Iob 38. 3.

Litteræ diuerſæ claſſis non recipiunt dagheſc.

[g] Pſalm. 147.17.

tim, ideſt, criſt allū ſuū ſicut bucellas. & in lib. Reg.[a] *ne multipliceris, uel noli multiplicare* גְּבֹהָה *גְּבֹהָה gheuoha gheuoha ſublime ſublime, vel ſublimia, vt in vulgata habetur, poſito plurali pro ſingulari. Vides hic* כ *caph eſſe palati* פ *pe uero labij, vides etiam* ג *ghimel palati eſſe, &* ב *beth labij, & tamen non recipiunt daghesc, quoniam huiuſmodi litteræ begad chephadh ſunt diuerſæ claßis.* [a] 1. Reg. 2. 3.

De Raphe. Cap. XVII.

P*Raterea aduertēdum, quod quando inuenitur ſupra dictas litteras* בגד כפת *uirgula hæc, q̄ ſuper alias litteras minimè ponitur, & (licet non ſemper) appellatur, raphe: & denotat, eas nō integre proferendas, ſed ſine dagheſc. Et eo ipſo quod hæ litteræ non habent dagheſc, intelliguntur habere raphe. In his tamē litteris potius quærendū cur non habeant dagheſc, quam cur habeant. Dicitur autem raphe à verbo* רָפָה *rapha, ideſt lenem, & debilem eſſe, inde* רָפֶה *raphe, nomen, debilis, vt in lib. Num.*[b] *Vnde cum virgula illa reddat litteram lenem, & debilem, ſiue remiſſam ſine dagheſc, merito raphe appellatur.*

Raphe virgula ſuper litteras begad poſita.

vnde dicatur raphe.

[b] Num. 13. 19.

De da-

De dagheſc decoris. Cap. XVIII.

daghesc decoris euphoniæ cauſa inuentum.

Sequitur nunc de Dagheſc Decoris. Dagheſc iſtud ſub dagheſc forti continetur, ſed nos claritatis gratia illud ſeparauimus, vt de illo peculiarem notationem adhiberemus. Eſt igitur iſtud dagheſc ad inuentũ euphoniæ cauſa teſte Kimki in michlol, vt in Eſai.[a] ibi: נָזּוֹלוּ nazzolu defluxerũt; vt in lib. Iudic.[b] חָדְּלוּ chadellu, id eſt, ceſſauerunt: & in Exod.[c] ibi: מִקְּדָשׁ micchedaſc, ideſt, ſanctuarium, & in Prouerb.[d] ibi: נִצְּרֶהָ nizzereha, ideſt, cuſtodi eam, & ſimilia. Eſt enim ſecundum Zamorem.[e] lectura hebraica ſuauior, & melior vehementioribus litteris per dagheſc. Collige ergo dagheſc decoris, ſiue ornatus, venire ſemper, vel ante vocalem longã, in dictione, quæ eſt in pauſa, et in tertia radicali, vel in littera conſonanti, quæ habitura erat ſceua quieſcẽs, vt in dicto capite Exod.[f] vbi littera koph conſonans habitura erat ſceua quieſcẽs, ſed propter ornamentũ pronunciationis (authore Kimki) dagheſciatur. Id quod etiã ob eandem cauſam fit quando Caph ſequente cheth daghẽſcatur quia in ſono ſunt ſimiles: vt in Daniel.[g] וְחָכְמָה כְּחָכְמַת אֱלָהִין Et ſapientia ſicut ſapientia

[a] Eſai. 62.2.
[b] Iudic. 6.7.
[c] Exod. 15.17.
[d] Prou. 4.13.
[e] Lib. 1. cap. 3. de dagheſc.
[f] Exod. 15.17.
[g] 5.11.

pientia

pientia deorum vulgata & ſcientia & ſapientia. Hæc omnia de dagheſc adnotare voluimus, quia ad orthographiã & ſenſum, et lectionem ſanctarum litterarum oppido quam neceſſaria ſunt.

De mappiK puncto. Cap. XIX.

VErum præter hæc omnia, quæ dicta, adnotataq́; ſunt, poſtremo eſt aduertendum, eſſe adhuc vnum punctum, qui dicitur mappik, ideſt extractor, à verbo caldaico נְפַק *nafak quod ſignificat extrahere & educere, egredi et exire, vnde formatur mappik ideſt extractor, educit enim litterã à ſua natura, ne ſit ocioſa et proferatur. Et hoc eſt quod voluit Quinquarb.* [a] *Et vide Fabric. in diction. chal.* [b] *in præcitato themate naphak. Et ponitur ſemper in littera* ה *cum eſt in fine, & nunquam alias, vt* יָהּ *Deus. Solet quidem mappik poni in nomine Dei, vt* אֱלוֹהַּ *elohah, & in pronomine feminino, vt* בְּנָהּ *benah ideſt filius eius mulieris, & in quatuor verbis finitis in* ה*, vt* נָגַהּ *nagah ſplendere,* כָּמַהּ *camah, ideſt deſiderare,* גָּבַהּ *ghauah, ideſt ſuper-*

Vnde dicit mappik.

[a] pag. 9.

[b] pa. 133 col. 2.

Mappik in quib. caſibus ponatur

bire תָּמַהּ *tamah , ideſt admirari , in ijs tamen non legitur punctus ille , ſed monetur lector litteram eſſe immutabilem vt* תָּמַהּ *tamah admiratus eſt; quidam ſcribunt punctum ſubter* הּ *Quibus conſequitur non eſſe verum quod Zamoren.* [a] *tradit ſolum poni hunc punctum in hac littera* ה *, ad denotandum genus femininum tertiæ perſonæ numeri ſingularis , vt in dictione* דְּבָרָהּ *deuarah, ideſt uerbum eius ſcilicet feminæ.*

[a] Contra Zamoren. lib. 1. cap. 2 & 5. ſub fine.

Nam ex prædictis patet, non ſolum mappik eſſe ſignum tertiæ perſonæ ſingularis feminini , ſed etiam poſſe in alijs dictionibus apponi ut in præmiſsis.

Mappik nõ ſolũ eſt ſignũ tertię pſonę ſingularis feminini, ſed ẽt in alijs dictionibus appoitur

De accentibus. Cap. XX.

ACcentus *authore Iſidoro* [b] *reperti ſunt, vel propter dictionem, vel pronunciationem, vel diſcernendæ ambiguitatis cauſa; vtcunq; ſit ipſorũ cognitio hebraicæ artis, ſtudioſis, ſicut & aliorũ omnium punctorũ cognitio (de quibus iam proxime diximus) ſummopere eſt neceſſaria ad venandum germanum ſacræ ſcripturæ ſenſum. Licet hebræis tam ignoti ſint vt nihil fere de illis*

Accẽtus ad quid inuenti ſunt.

[b] lib. 1. etymol. cap. 15.

lis ſciãt; niſi quod ipſorum lectores, iuxta eorun-
dem morẽ, lectiones ſabbatinas cantãt. Quan-
tumvero eorum accentuum cognitio ſit neceſſa-
ria, vide omnino apud Iſaacum [a] vbi ex Rabbi [a] pa.151
Salomone explicat locum illum Ezech.[b] ibi & 1n fin.cũ
facies eorum, & penna eorum extentæ deſuper; 1eq. [b] Ezech.
vt ſcilicet dictio illa; & facies eorum; habeat di 1.ver.11
ſtinctum ſenſum, propter accẽtum regium Za-
cheph, qui ſuper ea dictione וּפְנֵיהֶם vphnehem, po
ſitus eſt: et ſic ſignificat, et facies eorum, ſcilicet
animaliũ, de quibus dixerat. ſ. erat illis, et pẽnæ
eorum, etc. Vnde elegans noſtri textus vulgati
oritur explicatio. Adde prædictis Hiero.[c] vbi de [c] tom.4.
neceßitate accẽtuum ad ſcripturæ intelligentiã pa. 290.
agit, & Andr. Maſ. in librũ Ioſu.[d] Quã ob rẽ e.
ſciendum accentuum originem coeuam ipſimet [d] cap. 3.
punctis eſſe: quippe qui ab eiſdẽ punctorum au- verſ.11.
ctoribus (vt Elias Leuita in Maſoreth tradit) & cap.7
inuenti ſunt. Et ſi idem etiã credat codicem ſa- verſ.15.
crorũ bibliorũ accentib⁹ diſtinctum fuiſſe, ante- & ca 10 & 11. & 17.
quã vocalia pũcta acceßißẽt: ac proinde primi- Origo accẽtuũ.
t⁹ integras ſentẽtias ſignatas fuiſſe, et clauſas ac
cẽtu qui dicitur ſoph paſuk fuiſſe; et deinde ſubie
cta fuiſſe duo alia magna pũcta, ſtatutãq; fui
ſe mediã pauſam in verſiculo, quem athnach di
xerunt; à principio vero ſententiæ vſque ad me-

*diam pauſam, & ab ea vſque ad finem ſenten-
tiæ, accentꝰ regios collocatos fuiſſe; de quibus ſta
tim videbimꝰ. Verũ, vt cumq; ſit quod Græcis
eſt proſodia, Latinis eſt accentus, qui quidẽ com
muniter ſic dicitur, quia iuxta cãtum ponitur:
ſicut aduerbium, quia iuxta verbũ eſt. Vel quia
dictionibus accinãt, vt tradit Liliꝰ Gyraldus* [a].
*Vnde recte Hebræi accentum taghã, ideſt ſapo
rẽ dictionis & ornatum dixerunt, vti inferius
dicemꝰ. Accentus ergo eleuata, vel depreſſa ſylla
bæ pronũciatio eſt, omnibꝰ ſanè linguis propria.
Hebræi vero multo copioſiores accentus habent,
quàm Latini & Græci. Sed apud Græcos &
Latinos, tres tãtum cõſtituuntur accẽtus. Acu-
tus, Grauis, et Circũflexꝰ. Acutus, vt* θεὸς *theos,
Deus, Grauis vt* τιμὴ *temè, ideſt honor, Circum
flexus, vt* ποιῶ *poio, ideſt facio. Nõ enim timi nec
pio, proferendum puto: ſed temè & poio, iuxta
veterum verã prolationẽ, quæ hodie apud Græ-
cos deperdita ẽ. De qua re, latiꝰ cõſulere poteris
Adolphum Mechuchi in libello ſuo de veteri pro
nunciatione linguæ Græcæ. Circumflexus acu-
to, & graui conſtat, incipiens enim ab acuto in
grauem deſinit, atque ita dum aſcendit, deſcen-
ditq; circumflexus efficitur. Vterque, acutus &
circumflexus attollunt litterã, grauis deprimit.*

[a] Dialogo 1. de hiſtoria poetarũ pag. 11.

Apud

Apud hebræos accentus circumflexus minime reperitur, ſed tamen acutus & grauis, qui etſi apud ipſos quamplurimi enumeretur, ad triplicem tamen numerum reduci ſolent. Vnde diuiduntur accentus in grammaticos, rethoricos, & muſicos. Grammaticus dicitur ab hebræis טַעַם *tangham, ideſt ſapor aut guſtus, à verbo* טַעַם *quod ſignificat guſtare, & etiam accipitur pro rerum decore, quod eſt, tam in animo, quàm in corporis geſtu ſitum, vt in lib. Iob [a] ibi:* וְטַעַם זְקֵנִים יִקָּח *vetangham Zechenim ikach, prudentiam ſenum accipiet, ideſt eos ſapientia ſuperat. vulgata, doctrinam ſenum auferens; quod idem eſt, quia verbum* יִקָּח *ikach, ibi poſitum, & accipere, & tollere, & auferre ſignificat. Idem etiam in Pſal. [b] ibi, bonitatem, & ſcientiam doce me; pro bonitate,* טוּב טַעַם *tub tangham ponitur, bonitatē ſenſus, aut morum, & in lib. Reg. ibi,* טַעְמוֹ *tangmo, ideſt guſtū ſuum, ſeu ſenſum, aut ſermonē ſuum, hoc eſt prudentiā ſuā. vulg. & immutauit Dauid os ſuum, quod idē eſt: mutare enim os, vel geſtum, tali tempore eſt prudentiam mutare in apparentē inſaniam. Vnde hebræi grammaticum accentum, et quemcunque alium hoc nomine* טַעַם *vocauerunt, eo quod decoram, ſapidā, & concinnam prolationē efficiat.*

Hebræi non habent accentum circumflexum.

Diuiſio accētuū apud hebræos.

Vñ grāmaticus accent⁹ dicit' apud hebręos.

Tanghā ſignificat guſtum; ſaporem que, & pro decore, qd eſt ī animo, & corpore ſumitur

[a] Iob 12. 20.

[b] Pſalm. 119. 65.

[c] 1. Reg. 21. 13.

David prudenter, os, & geſtum mutauit, licet alijs inſanus videretur.

Accentus tribuit iudicium, & ſcientiam ad intelligẽdum.

Et eo etiam tendit Elias leuita, & Guido boderianus in ſuo ſyro chaldaico, dum aiunt accentum cuiuſuis dictionis, ita appellari, quia tribuit bonum iudicium, & ſcientiam ad intelligẽdum verſum, &c. Nam iudicium bonum, & ſcientia ad decus in animo ſitum refertur. Verum, quia accẽtus muſici pro grammaticis ſeruiunt: (grãmatici namque propriam figuram vel ſignum in biblia non habent.) Vbicunque fuerit ſyllaba in dictione; tropo muſico ſignata, ibi grãmaticus accentus locum habet: vel potius vbi vocis acumen vel eleuatio ſyllabæ fuerit, erit grãmaticus. Propriũ namq; grammatici accentus eſt ſyllabã attollere. Vbi vero harmoniam ſiue accentum Muſicum deſignauerit erit accentus Muſicus. Cæterum & de ipſis grammaticis & rethoricis paucis agamus.

Accẽtus muſici pro grãmaticis ſeruiunt

Notat. 1. Accẽtus grãmaticus indicat dictionem producte, vel corrupte proferẽdam, & multiphariã ſcripturam diſtinguit.

Primo igitur notandum, quod accẽtus grammatici, ſcripturã (vt in principio huius capitis tetigimus) multiphariã, diſtinguunt; videlicet ſub diſtinctione cuius ſignũ eſt, vnicus punctus ſub prima dictione figuratus, qui dicitur רְבִיעַ *reuihang reſpondẽs virgulæ latinorum. Et diſtinctione, cuius ſignum ſunt duo puncta ſupra, ſecundæ ſuſpenſionis dictionem ſic poſita: & reſpondet commati, ſiue inciſo à Græcis* κόμμα, *id-*

Virgula hebreorum.

comma hebreorum.

eſt

eſt, inciſio aut inciſum appellantur, ſenſus non expleto numero concluſus, et ſubinde pars membri ſiue coli dicitur, vt domus tibi deerat: at habebas & alia huiuſmodi, & appellatur ab hebrais זָקֵף קָטֹן Zacheph katon, qui mēbri pars eſt vt inferius dicemus. Diſtinguit etiam ſcripturā membro ſiue media ſententia aut colo cuius nota eſt ſemicirculus, in morē iris, qui dicitur אַתְנָח athnahc, in hunc modum, ֑ & reſpōdet colo ſeu membro latinorum. Vltimo diſtinguitur ſcriptura termino, ſiue extremo periodi ſententia completa, & integra effecta, & vocatur huiuſmodi terminus סוֹף פָּסוּק ſoph paſſuk, cuius ſignū in hac dictione vides מִצְוֹתֶיךָ׃ mitſuothecha, ideſt mādata tua: aliqui appellāt סְלִיק ſelik, ideſt, terminatiuus, à verbo סְלַק ſelak chaldaico, quod eſt finire, ſeu cōplere quæ omnia, in hac ſcripturæ diuinæ ſententia, ſiue periodo facillime conſiderare poteris ex lib. Reg.[a] וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל שָׁאוּל מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי מִשְׁפַּחַת אָבִי בְּיִשְׂרָאֵל כִּי אֶהְיֶה חָתָן לַמֶּלֶךְ׃, hoc eſt, Et dixit Dauid ad Saul (ecce reuiahng ſiue virgula) quis ego ſum, & quæ eſt vita mea (ecce Coma) cognatio patris mei in Iſrael (ecce membrum, ſiue colum, athnahc) vt fiam gener Regis (ecce periodi extremum, ſiue terminus ſophpaſſuk. Quæ notabis diligenter, quia

Colum hebreorum.

vnde dicatur ſoph paſſuc.

[a] 1.Reg. 18.18.

in his potiſſima ſcribendi norma, & ortographia hebræorum verſatur.

Secundo notandum, quod cū accentus grammaticus dupliciter ſe habet circa dictionum prolationem: producendo dictiones, vel corripiendo; inde fit vt accētus bifariam dicatur, productus nempe & correptus, productus vocatur מִלְעֵיל *millenghel, ideſt ſupra, eo quod ponitur iu penultima, ſiue prima ſyllaba, vt in Deut.*[a] *ibi:* טְהֹרָה *tehora, ideſt mūda, vide in theſauro linguæ Sanctæ, col. 3. & Iſaacum de accentibus pag. 151. Accentus correptus vocatur* מִלְרַע*, ideſt ſubtus, eo quod accentus ponitur in vltima, tunc enim dictio curſu quodam profertur vſque ad finem eius, ut patet in dictione* אֲסַפְּרָה *aſſaperah, ideſt, & narrabo. Sæpe hi accentus dictionis ſignificationes mutant, nam ſi grāmaticus ponatur ſubtus, ideſt in vltima ſyllaba, vt in dictione* שְׁלַח *ſcialach, ſignificat mittere, vt in Exod.*[b] *& in Pſalm.*[c] *ſi autem ſupra vt in prima ſyllaba ſignificat genus armorum. quod dicitur telum vt Paralip.*[d] *ibi: & fecit* שֶׁלַח *ideſt, gladium quo fit, vt per eundèm grammaticum accētum, nomen in verbum conuertatur, & e contra, vt patet in dictione* בַּעַל *banghal, nā ſi ponatur in vltima eſt verbum nubere, vel dominari, ſi in pe-*

nultima

Milehel dictiolōga é quādo ponitur accētus in penultima vel prima.

[a] Deute. 14.11.

Milerahng dictio breuis, quādo ponitur accētus in vltima.

Accētus grāmatic⁹ diuerſimode collocatus, & ſignificatum mutat, & nomen, in verbum conuertit, & e contra.

[b] Exod. 3.12.13 & Exod. 4.13.

[c] Pſalm. 105.16.

[d] Paralip. 32.5.

nultima eſt nomen, vt בַּעַל *banghal, ideſt, vir, ſeu maritus.*

De numero figura, & nomine accentuum grammaticorum. Cap. XXI.

Rammatici accentus, ſunt numero 38. quorum figuras, & nomina ſequens tabula continebit, ne quid ſtudioſis deſit. Obſeruandum tamẽ eſt, ex his quoſdam מְלָכִים *melachim, ideſt, reges vocari, qui & diuidentes, ſiue diſtinctiui ſunt, diuidunt namque: & diſtinguunt, ſeu terminant, dictiones, aut orationem, ſeu partem orationis; vnde merito dicunt Reges duplicem diſtinctionem efficere, maiorem & minorem. Maior eſt illa de qua cap. proxime præced. egimus. Minor eſt duplex ob duplicem diſtinctionẽ ſenſus et litterarũ quieſcentium ante litteras begad chephad de quibus inferius dicemus, vbi videbimus quando propter interiectũ accentum regiũ dagheſc in dictis litteris poſt quieſcentes ponatur. Minor ſenſus diſtinctio, eſt triplex, prima cum ſenſus per ſe eſt completus, ſecunda quando extrinſecus ſumendus eſt, vt in Pſalm.* [a] *ibi & erit ſcilicet ille vir. Tertia quando ſenſus eſt inuerſus, et pro dabit fructum ſuum, dicitur fructum ſuum dabit, & id notant accentus Regij*

Accẽtus grammatici ſunt 38.

Accẽtus diuiſiui ſeu diſtĩctiui.

[a] Pſalm. 1.3.

ibidem

ibidẽ poſiti. Hi ergo accentus Regij ſunt viginti duo. Alij vero ſexdecim, dicuntur miniſtri, ſiue מְשָׁרְתִים *meſciarethim, ideſt, deſeruientes, ſeu miniſtrantes vti ſerui & ante ambulones qui ſunt apedibus, quos lacaios vocamus hiſpanicæ, Italicæ palaferneros, qui dictiones nõ diuidunt, ſed cõiungunt, et regiũ accentũ præcurrũt et pcedũt ne ſyllabis immoremur, ſed eas expedite proferamus uſq; ad locum ubi rex diſtinguẽs ſedet.*

Accẽtus miniſtri.

Denominationes autẽ & ſignificationes omnium accentuum tam Regum quàm miniſtrãtium præſtantius cæteris tradit Bonauentura Bertramus in ſua aramea et hebræa cõpilatione[a]*. Illa vero diſtinctio accẽtuum nec Regum nec miniſtrantiũ à quibuſdã introducta merito ab Iſaaco*[b] *refellitur, qui aduertit diuerſitatẽ nominum et numeri inæqualitatẽ ipſorũ accentuum alijs plures, alijs pauciores ſtatuẽtibus: oriri ex diuerſa appellatione diuerſarum nationũ, quæ proprias ſuas appellationes retinuerunt, nõ enim fuerunt omnino hebraica nomina accentuum à principio impoſita.*

[a] pag. 19 cũ ſeq.

[b] pa. 154. & 157.

At cum ſingulis penè accẽtibus adnotatiunculas aliquas adiungamus: ſingulis, qui adnotant alphabeti litterulas appoſuimus, vt in fine, cuius acquiſitas ſeruato facile reperirentur.

REGES SVNT HI.

Numerus	Nomina		Figuræ
1	Athnahc	אַתְנָח A	אָֽ
2	Soph paſſuK,i. finis verſus, vel ſeliK	סוף פָּסוּק vel סִלּוּק	אָ׃
3	Zacheph Katon, ſiue paruus.	זָקֵף קָטֹן	אָ֔
4	Zacheph gadol ſiue magnus.	B זָקֵף גָּדוֹל	אָ֕

A Iſte regius accentus ſemper cõficit maiorem diſtinctionẽ,ſcilicet membrum ſiue colum, vt 1. Ezræ c.9.ver.5.ibi, וּמְעִילִי vmghili, i. pallium meum, vbi conficit comma ſiue zakeph katon & ſecundum Bonauẽturam Bertramũ in libris Pſalmorũ, Prouerbiorũ & Iiobi ponitur quaſi loco admirationis, & vocẽ ita afficit vt proprie ad ſequentem partem verſus pertineat, etiamſi priori parti ſiue emiſtichio accommodari poſſit, vt patet Prouer. 6.ver.26.ibi & mulier אִישׁ Iſc, i. viri animam pretioſam uenatur. Quæ uox,uiri, proprie ad ſequentia pertinet, & tamen priori ſententiæ accommodatur, intelligendo uxorem uiri quę uirum appetit. Porro iſte accẽtus habet duos miniſtros Munnach, ſcilicet qui ſciophar hillui dicitur, & geminatur aliquando ante athnach in ſuccintis uerſiculis, loco athnach ponitur tiphcha.

B Zacheph gadol comprehenditur ſub Zacheph katon, & caret miniſtro, & poſt ipſum interpoſito aliquando Zacheph katon ſe-

Numerus	Nomina			Figuræ
5	Reuiangh	רְבִיעַ	A	א֗
6	Teuir	תְּבִיר	B	א֛
7	Azla	אַזְלָא		א֨
8	Sceneghe reſcim	שְׁנֵי גְרְשִׁים		א֞
9	Talſcia	תְּלִשָׁא	C	א֩
10	Carne Phara	קַרְנֵי פָרָה		א֟
11	Zarca	זַרְקָא	D	א֮
12	Segula	סְגֻלָּה		א֒

ton ſequitur & venit ſemper tiphcha in quibuſdam locis vnum Zacheph gadol ſequitur poſt alium, ſicuti etiam duo Zacheph katon reperiuntur in duabus dictionibus ſeſe conſequentibus licet ſæpe munach inter ea intercedat. Inuenitur Zacheph katon nimirum à principio verſus ſine miniſtro, & poſt paſcta etiam ſine miniſtro peculiariter illi miniſtrat Munach.

A Hic accentus habet duos miniſtros Munach & dargah, aliquando ſeparatim, aliquando coniunctim, interdum à principio verſus eſt ſine miniſtro.

B Hic ſextus accentus teuir exigit ante ſe miniſtrum darga, ſi duæ voces interſint, ſi vna præcedit mercha, & quando præcedunt duo miniſtri primus eſt munach, & ſecũdus darga. Si tres, primus eſt talſcia, ſecundus cadma, & tertius darga, poſt teuir ſemper ſequitur tiphcha.

C Miniſtrãt ei Munachim, duo vſq; ad ſex, præcedit, aliquãdo pazer, & inueniuntur ſæpe duo teliſa mox ſeſe conſequentia.

D Hic accentus nunquã eſt ſine miniſtro quando ſequitur ini-

Numerus	Nomina		Figuræ
13	Pazer gadol	פָּזֵר גָּדוֹל A	א
14	Pazer Katon	פָּזֵר קָטֹן	א
15	Tarcha vel tiphcha	טַרְחָא vel טִפְחָא B	א
16	Scialſceleth	שַׁלְשֶׁלֶת	א

tiũ ſententię, aut venit poſt teuiag, tunc habet vnũ ex quatuor miniſtrãtibus, videlicet munah, nghillui, theliſa ketanna, & cadma.

A Hic accentus Pazer gadol tantum reperitur in tribus libris, Pſalmorũ, ſcilicet Prouerbiorũ, & in Iob, in quibus quidẽ ꝓpter verſuum breuitatem, alia ratio accentuum eſt, diſtans ab accentibus reliquorũ librorũ ſacrorũ bibliorũ: niſi in primis duobus capitibus libri Iob, & extremis aliquot verſiculis eiuſdẽ, qui regulam & normam aliorum accentuũ ſeruant & retinent. Miniſtrat huic accentui aliquãdo vnus, & aliquãdo duo Munah poſt athnach, & ſoph paſuk non ei miniſtrat. Geminatur & quadruplicatur etiã, & ſæpe poſt ipſum pazer venit talſcia, & poſt talſcia cadma, & aliquãdo theliſa gedola. Aduerte tamẽ pazer katon ſub pazer gadol cõprehẽdi, quod enĩ nos dicimus pazer gadol antiqui dicebant pazer katon vti Abrahamus de Balmis de accentibus tradit.

B Iſte accentus ſecundum Bonauenturam Bertramum in pſalmis, prouerbijs, & Iob, duplex dicitur, prior, & poſterior. Prior quãdo in initio dictionis ſcribitur, vt Pſal. 1. 1. ibi, חַטָּאִים chataim, ideſt, impiorũ, & in prędictis libris iſte accentus proprie dicitur lethih. Poſterior dicitur quando in eiſdem libris ad vltimam vel penultimam collocatur, & in ipſis proprie dicitur Meaila miniſter, vel tarcha acharona. Præterea miniſtrum habet mercha ſimplex, & aliquando duplicatum, & poſt illum ſemper ſequitur athnach vel ſoph paſuk: & in omni verſu inuenitur. Et vbi ſunt duo athnach, ſunt duo tiphcha, vnum ante athnah, & alterum ante ſoph paſuk.

Pſal. 1. 1

Numerus	Nomina		Figuræ
17	Paſcta vel Paſcet	או פַּשְׁטָא פָּשֵׁט A	א֙
18	Legharme	לְגַרְמֵיהּ	א׀
19	Gheresc vel Azla	אַזְלָא או גֶּרֶשׁ B	א֜
20	Scene gheriſcin	C שְׁנֵי גְּרְשִׁים	א֞
21	Paſech	פָּסֵק	א׀
22	Iethiu	יְתִיב D	א֚

A Sex miniſtros habet paſcta ;præcipui ſunt tihpcha & mercha, & poſt illos munach cadma, tihpcha vel mercha; veniunt aliquando duo paſtim ſuper in dictione, ſcilicet quando eſt accentus ſupra, ideſt milleel, vt ſuperius diximus.

B Seruit ei cadma miniſter quando idem miniſter eſt ſignandus in ſecunda littera:ſed ſi in prima, miniſtrat ei munach, & iſte accentus in dictis tribus libris dicitur tiphcha.

C Accētus iſte ponitur ſemper in vltimo. Seruit ei munah quādo præcedit monoſyllaba dictio, aut milleel.

D Vocatur cornu præpoſitiuum, quia ponitur ante puncta in monoſyllabis, aut in alijs dictionibus habentibus milleel, ideſt accentū productum: & etiam poſt hunc accentum venit zakeph.

AC-

ACCENTVS MINISTRI
ſeu miniſtrantes.

Numerus	Nomina		Figuræ
1	Sciofar iaſciar, vel munahc, vel ſciophar holech	שופר ישר או שופר מונח או שופר הולך או A	א֣
2	Sciofar mehupahc	שופר מהופך	א֤
3	Dargha vel galgal	גלגל או דרגא B	א֧
4	Maarihc	מאריך	א֥
5	Macchaph	מקף	א־
6	Cadma	קדמא	א֨
7	Tarſa, vel Teliſcia chetanna	תרסא או תלישא קטנה	א֩

A Seruit omnibus regibus, exceptis ſoph paſſuch, tiphcha & ſcialſceleth.

B Seruit duobus regibus, nempe thevir & reuiang, ſimul miniſtro munach: & duo miniſtri, nempe cadma & munach ſeruiũt ei.

Mercha

Numerus	Nomina		Figuræ
8	Mercha peſciutah	מֵרְכָא פְּשׁוּטָה	א֥
9	Mercha chephula, vel teren chutrin	מֵירְכָא כְּפוּלָה או תְּרֵן חוּטְרֵי	א֦
10	Tarcha acharona, id-eſt poſte--rior	טַרְחָא אַחֲרוֹנָה	א֖
11	Iareach ben iomo	A יֵרֵחַ בֶּן יוֹמוֹ	א֪
12	Sciofar mecharbel	שׁוֹפָר מְכַרְבֵל	א֤
13	Sciofar nghillui	B שׁוֹפָר עִלוּי	א֣
14	Legarmeh	לְגַרְמֵיה	א׀
15	Sachapha	סַחַפָא	א֑
16	Maila	מַאיְלָא	אֽ

A Ideſt

A Ideſt luna filia diei ſui ideſt diem habens vnũ, quia ei ſimilatur. pſalm. 5.7.

B Hic accentus differt à munach quando pręcedit athnach vel zarka,& ſignatur in littera ſecunda, & quando ſignatur in littera prima, dicitur mercharbel.

De ſede accentuum grammaticorum. Cap. XIII.

Officia horum grammaticorum accentuum, ex ſuperius traditis cognoſcuntur, nunc de ſede ipſorum paucis agendum erit in præſenti capite. Et in primis, vt omnis, confuſio qua veterum ſcripta hac in re abundant, euitari queat pro uniuerſali regula obſeruandum eſt. Omnem accentum grammaticum multoties collocari in vltima ſyllaba, & pluries in aliis, tam in verbis, quam in nominibus, quod explicabimus caſibus ſequentibus.

Accẽtus grammaticus aliquando collocať in vltima ſyllaba aliquando in aliis tam in verbis q̃ in nominibus.

Primo accentus grammaticus collocatur in penultima ſyllaba quãdo nomina, ſeu verba habent ſegol in vltima, vt מָוֶת *maueth, ideſt, mors* סֵפֶר *ſepher, ideſt, liber id quod etiam ſecundum Reuclinum* [a] *& alios, obſeruari debet in omnibus*

Caſus in quib. accentus grammaticus nõ collocať in vltima iuxta regulam ſuperiorem.

[a] Libr. 1. de accentibus fo. 6. & 7.

O bus

bus nominibus, & verbis habentibus in vltima ſyllaba pathach loco ſegol, quæ duo puncta ſymbolicum tranſitum inter ſe habent, ſæpeque vnum in aliud tranſmutatur. Hæc autem tranſmutatio euenire ſolet, quando ח, *vel* ע *reperitur in vltima ſyllaba, vt* שֶׁבַע *ſceuangh, ideſt, ſeptem, vt in Leuit.* [a] *ibi* סֶלַע *ſelangh, ideſt, petra, vel ſaxum, arx, ſeu munitio,* מֶלַח *melahc, ideſt ſal, in Leuit.* [b] *&* לֶקַח *lecahc, ideſt, lex, vel lepor, aut dulcedo ſermonis, Ieſ.* [c] שֶׁמַע *ſcemangh, ideſt, auditus, ſeu auditionem, ſegol, quæ tamen dictio reperitur ſcripta per tſere. vt in Geneſ.* [d] *Si vero vltima littera thematis eſt* ה, *tunc accentus erit in illa vltima, licet ſit affecta ſegol, vt* בֹּנֶה *bonè, ideſt, ædificans* אֲכַנֶּה *achanne, ideſt, cognominabo, vel tegam* מֹשֶׁה *moſcè, ideſt, Moyſes.*

Secundo omnia nomina, quæ habent kamets vel pathah ante iod mobile: & omnia nomina dualia de quibus inferius. [e] *dicemus, recipiunt accentum in penultima, vt* בַּיִת *baith, ideſt, domus* מִצְרַיִם *mizraim, ideſt, Aegiptus* יָדַיִם *iadaim, ideſt, manus, &* עֵינַיִם *nghenaim, ideſt, oculi.*

Tertio

verba, & nomina habētia in vltima ſyllaba pathah vel ſegol habēt accētū in penultima.

Pathach & ſegol hēnt trāſitū ſymbolicum & vnum pro alio tranſmutatur.

Quando tranſmutatur.

[a] Leuiti. 23.15.
[b] Leui. 2. 12.
[c] Ieſ. 29. 24.
[d] Ge. 29. 13.

Vbi eſt vltima littera thematis accentus collocatur in vltima, licet adſit, ſegol.

Nomina habentia camets vel patgach vel ante iod proferibile, & nomina dualia habent accentum in penultima.

[e] Lib. 2. c. 8.

Tertio, quando nomina deſinunt in iod præcedente chirek exiſtente cholem, vel puncto ſegol in penultima, accentus collocatur etiam in penultima, vt פְּרִי peri, ideſt, fructus. שְׁבִי ſceui, ideſt, captiuitas, & מְרִי meri, ideſt, rebellio, & קֹשִׁי koſci, ideſt, duritia vel peruicacia, & חֹלִי choli, ideſt, infirmitas. Quod idem obſeruandum eſt in omnibus deſinentibus in ſciurek præcedẽte ה vt פְּקָדָהוּ pecadahu, ideſt, viſitauit illum תֹּהוּ tohu, ideſt, vanitas בֹּהוּ bohu, ideſt, vacuitas, vel תֹּהוּ eſt ſecundum quoſdam res informis, apta ad recipiendam omnem formam, quam græci hylen, & chaos alij dixere, & בֹּהוּ eſt forma, quæ dat eſſe materiæ, de quibus latius agendum erit, cap. 1. geneſeos, vbi doctè ſatis Reuerendus Pater Guglielmus Hamerus ex celeberrimo prædicarum ſodalitio[a] videri poteſt.

Accẽtus ponitur in penultima vbi nomina in iod finiuntur p̃cedẽte hiric, & ֹ vel holem, vel ſciurec, in penultima ſeu prima. Materia informis. Materia prima, & hylé, & chaus dicitur.

Quarto accentus collocatur in vltima in omnibus præteritis omnium coniugationum in tertia perſona ſingulari fœminea: exceptis in tertia perſona fœminea in verbis quieſcentibus hain vau, & duplicantibus, vt פָּקְדָה pacheda, ideſt, viſitauit fœmina, ſed in tertia ſingulari præteriti, erit Accentus in penultima quando ſequitur dictio monoſyllaba, vel habens accent-

Accẽtus ponitur in penultima in omnib. tertiis pſonis fœmi. præſenti verborũ pfectorũ & quando ſeqt dictio monoſyllaba vel habens accentũ in prima.

[a] fol. 4. cum ſeq.

accentum in prima, vt בָּנָה עִיר bana nghir, ideſt, ædificauit ciuitatem קָרָא לַיְלָה kara laila ideſt, vocauit noctem, & in tertia plurali, quando propter extremum periodi ſceua, uertitur in punctum longum, ut pro פָּקְדוּ pachedu in extremo periodi dicemus פָּקָדוּ pakadu, quo in loco mutatur ſceua in uocalem longam, ac proinde accentus erit collocandus in penultima.

Accẽtus in penul ti. in tertia plurali quando: vertitur in pũctum lõgum.

Quinto. Accentus etiam ponitur in penultima in tertia præteriti pluralis maſculini, & tertia ſingul. femininæ, in uerbis, quorum ſecunda littera, uel quieſcit, uel duplicatur, ut סַבָּה ſabba, ideſt, circuiuit mulier בָּנוּ banu, ideſt, intellexerunt בָּנָה bana intellexit mulier, & idem obſeruandum in participijs ipſorũ quieſcentiũ lamed, he, ideſt, quorum tertia littera ה verbi quieſcit ut גּוֹלֶה gole, ideſt, reuelans, idem fit in ſecunda perſona præteriti ſingularis maſculini generis, & in prima perſona utriuſque generis, & numeri, ut פָּקַדְתָּ pacadta, ideſt, utſitaſti ecce ſecunda perſona ſingul. maſculin. ſequitur prima perſona ſingul. & pluralis maſculini, & femin. generis פָּקַדְתִּי pacadti, ideſt, uiſitaui פָּקַדְנוּ uiſitauimus, niſi adſit aliquando vau uerſiuum, quod ſcilicet uertit præteritum in futurum, de quo

Accẽtus in penultima in tertia p̃r. plu. maſ. & tertia ſin. fem. in verbis quorum ſecunda aut quieſcit, aut duplicatur. Idem in participiis quieſcẽtium lamed & in aliis quibuſdam tẽporibus.

de quo ſuo loco dicemus, quoniam tunc accentus in vltima ponetur.

Accent⁹ in penultima in futuris, & Imperatiuis.

Sexto eadẽ accentus collocatio obſeruanda eſt in futuris in ſecunda, & tertia plurali feminea vt תִּפְקֹדְנָה *tisphkodona, i. viſitabitis, & viſitabunt, & idem fiet in imperatiuis in ſecunda perſona plurali generis fem. vt* פְּקֹדְנָה *pekodna, ideſt viſitatæ feminæ.*

Accentũ ponit in lr̃a puncti principalis, quando poſt ipſum immediate ſequitur ſceua, ſecus ſi ſit punctũ correptum.

Septimo in omnibus locis, in quibus poſt punctum principalem immediate ſequitur ſceua, in eadem dictione, accentus fere ſemper collocari debet in vltima, vt פָּקְדוּ *packedu, ideſt viſitauerunt,* יָשְׁבוּ *iaſceuu, ideſt habitauerunt. Niſi fuerit accentus pauſatiuus per ea quæ ſupra annotati quart. [a] diximus.*

[a] lib. 2. cap. 5.

Nomina quoque formæ ſiue proportionis, hoc eſt nomina verbalia, de quibus ſupra, vt פֶּסַח *peſach, ideſt, paſcha,* שֵׁבֶט *ſceuet, ideſt baculus habent accentum in penul. Reliqua omnia iis regulis non contenta habent accentum in vltima, ſiue ſint nomina ſiue verba.*

Quãdo duo accent⁹ in eadẽ dictione concurrunt, prior eſt rethoricus, poſterior grãmaticus.

Octauo quando duo accentus in eadem dictione concurrunt, prior eſt rethoricus, ſiue מֶתֶג*, metheg, ideſt retinaculũ, vt videbis apud Aggę. [b] ibi* הָרִאשׁוֹן *hariſoon, ideſt primus, poſterior vero eſt grammaticus.*

[b] Agg. vlti. 10.

Nono & vltimo Notandum Nullum accentum Regium abſque vno aut altero miniſtro reperiri, vnuſquiſque etenim Rex ſuos peculiares habet accentus & ſatelites, excepto Zacheph gadol, iethib, & ſcialſcieleth, qui ſolitariè ſemper ambulantes miniſtrum numquam admittunt. Ex ijs vero Regibus qui miniſtrantes ſolent admittere; aliquando ſine illis etiam aliqui inueniuntur: præſertim cum ante ſoph paſſuk ponuntur aut poſt athnah, omnes tamen Reges (excepto ſegulah & ſoph paſuck) in initio verſuum collocantur. Nunquam vero inuenies accentum miniſtrum ſine accentu Regio, nec miniſter eſt vnquam loco Regis, aut è conuerſò: excepto munah, qui interdū vti Rex præcedit accentum legarmè: & ſcialſceleth, qui interdum regnat, interdum vero miniſtrat. Quibus vero Regibus ſeu dominis miniſtris ſubſeruiant, ex notatiunculis ſuperioris tabellæ facile colliges. Hæc de accentibus grammaticis. de rethoricis in ſequenti ca. dicemus.

De Re-

De Rethoricis accentibus. Cap. XXIII.

Ethoricus accentus eſt artificioſa quædam retentio ſpiritus, unde nomen retinaculi, ſeu habenæ apud hebræos obtinuit, & ideo eum מתג *metheg (quod retinaculum dicitur) nuncupārūt. Verſatur autem circa dictionis ornatum, & ſonus ſuauitatem ut ſciamus utrum ſyllaba longe aut breuiter ſit proferenda. Appellatur à quibuſdam* געיא *gaghia, ideſt mugitus, quod lector in eo mugire videatur, ab alijs* הַעֲמָדָה *hanghamadah, ideſt ſtatio, uel ſubſiſtentia, nam in ea aliquantulū ſubſiſtimus. ſignatur iſte accētus virgula perpēdiculari ſub ſyllaba producēda ad dexterā, ut* הָאִשָּׁה *haiſcia ideſt illa mulier, mugitus eſt ſub he* ה *accētus vero ſub ſcin. Qua in rē Elias germanus aduertit non eſſe idē metheg & nghaia, quoniam metheg tunc ſolum vocatur mugitus, quādo ſcribitur iuxta uocalē illic enim lector vocem mugitu quodam retinet & tunc ad ſiniſtram: virgula ſcribenda eſt. Quibus duo addenda ſunt primum quod retinacula tripliciter dicuntur, primaria quæ ſcilicet iam vocē occupant, gutturalia quæ ob gutturalem litteram chatephatam ſignantur, & regalia quæ propter voces aut vocales longas ſignantur.*

Accētus rethoricus vnde dicatur, & circa q̄ verſetur

gahia, ideſtmugitus ſe dein vulgari luctus hebræorū: vulgariter dicitur guaia.

Vide Iſacum lib. 3. pag. 159. cū ſeq.

Secundum eſt quod prolatio ſceua vbi eſt mugitus profertur iuxta vocales ſubſcriptas litteris gutturalibus vti aliàs diximus ſupra cap. de ſceua. Et quando ponitur ante iod migrat ſceua in chirek. Ante reliquas litteras profertur, vt patach. Vnde omne ſceua notatū gahia legitur vt patach, exceptis locis vbi ipſum ſequitur littera gutturalis. Gaaia autem nunquam venit niſi ante ſceua, & puncta rapta ſecundum doctiores & peritiores grammaticos, & aliquando ſupra litteram gutturalem, vt apud Leui.[a] ibi, vt וְהַבָּשָׂר vehabaſar, ideſt & caro.

[a] Leu. 7. 19.

Accētus rethorici, quatuor & ſingularem officia.

Accentus rethorici ſunt quatuor, videlicet Machaf. Ganghia. MaZZe. Metheg.

Machaf.	Ganghia.	MaZZe.	Metheg.
בּ־	בְּ	בּ	בְּ

Officium metheg iam quale ſit diximus, & idē habet MaZZe. Ganghia vero eſt retinaculum ſolius ſceua, cum metheg, & maZZe alijs punctis iunguntur.

Macaph ad quid deſerniat.

Machaf deſeruit ad connectendam vnam ſyllabam cum alia, vt Gen.[b] ibi, וַיִּפְתָּר־לָנוּ vaiphtor lanu, ideſt & ſoluit nobis. Vul. autē habet ſic, audiuimus quidquid poſtea rei probauit euentus; & recte quidem, quia rei euentus fuit ſomni ſolutio; & tunc temporis prima dictio deſtituitur accentu.

[b] Gen. 41. 12.

Quando vero rethoricis accentibus dictiones,

nes, vel ſyllabæ affici debeãt ex Io. Phocenſi hac tantum accipito.

Metheg accẽtus retinens collocatur vbi dictio incipit à vocali lõga, niſi immediatè ſequatur accẽtus.

Primo, quando dictio incipit à vocali longa (niſi immediatè ſequatur accentus,) illa vocalis longa habet מָתָג *metheg, ſi vero ſequatur non habebit metheg, vt* שָׁמַר *ſciamar custodiuit vbi ſcin non habet retinaculum, quia immediate ſequitur accẽtus, ſed* שָׁמְרָה *ſcamerah, ideſt custodiuit ſcim habet retinaculum, quia non immediatè ſequitur accentus.*

Accẽtus metheg ponitur vbi dictiò incipit à vocali magna, & ſequitur ſceua.

Secundo, ſi dictio incipit à vocali magna, & ſequatur ſceua illa habet metheg, & non ſequitur dagheſch vt in exemplo propoſito.

Tertio quando est Makaph, prima ſyllaba, primæ dictionis habet metheg, vt יִקַּח־נָא *iuccahc na, idest accipiatur nunc.*

Accẽtus prædictus ponitur in prima dictione habente machaf.

Quarto omnis litera accidẽtalis, aut ſeruilis, notatur metheg, ſequente chateph, aut ſceua mobile & abſque dagheſch, vt הַמְכַסֶּה *hamchaſſe idest nunquid celare debeo Gene.*[a] *& Ezech.*[b] *ibi* וָאֲכַסֶּה עֶרְוָתֵךְ *vaachaſſe heruathech; idest, operui turpitudinem tuam.*

Iſte ponitur in oĩ litera accidentali, niſi incipiat à ſceua quãtũc tranſit ad ſequẽtem literam.

Quinto ſi incipiat à ſceua, & ſequatur gutturalis litera, notatur etiam metheg, vt בֶּהָרֵי *beharere, ideſt in montibus* שְׂאוּ *ſeù, ideſt tollite. Quando vero dictio incipit à ſceua, & ſequitur*

[a] Geneſ. 18. [b] Ezech. 16. 8. Accentus prædictus ponitur quando litera incipit, a, ſceua ſequente gutturali.

Sceua boatus.

tur gutturalis ſceua huiuſmodi appellatur שְׁבָא הַגָּעְיָא ſceua hagaia, ideſt, ſceua boatus.

Accẽtus metheg non ponitur vbi poſt primam ſyllabã ſequitur dagheſc

Sexto ſi primam ſyllabam ſequatur dagheſc non notabitur retinaculo, hoc eſt, ſonus eius, tunc nec producitur aut prolongatur, niſi dagheſc per interuallũ ſequatur, vt מֵחַטָּאתוֹ mechatatho, ideſt de peccato ſuo הַחַטָּאה hic propter interuallũ ponitur metheg. Hæc nobis pro rethoricorum accentuum notitia ſufficiant.

Accentibus muſicis quomodo hebręi in lectione ſcripturę vtũtur.

a Primo Parilip. Cap. 2.

Vltimus Accentus eſt muſicus, qui נְגִינָה neghinia, ideſt carmen appellatur, his muſicis accentibus hebræi in lectione ſcripturæ vtuntur, nam eam per modum cantus legere ſolent. unde vt Burgenſis in additio. ad lyranum[a] ait alio cantu vtuntur in pſalterio, alio in prophetis, alio in libro Iob, alio vero in libro prouerbiorum. Sed cum muſici accentus pro ratione accentuum grammaticorum exorti fuerint, illiſque grammatici deſeruiant non eſt opus, vt in præſentiarum de illis dicamus. Qui eorum ſonum et varietatem ſcire deſiderat Reuclinum conſulat, qui in libro tertio accentuum muſicales tonos hebræorum ſtudioſè deſcribit

סְלִיק

Finis primi libri.

LIBER

LIBER SECVNDVS

DE NOMINE.

De tribus partibus orationis. Cap. I.

Similitudo.

Mundana architectura tribus ſubſtantiarum differentiis conſtat.

QVemadmodum omnis mundana architectura tribus ſubſtantiarum differentijs conſtat; ſpiritualibus nempe ſubſtantijs ab omni prorſus viciſsitudine alienis, ac ſemotis, & cœleſtibus corporibus, quæ hac illac mouentur, & inferioribus demum creaturis alterationi, & motui obnoxijs: ita etiam vniuerſa hæc grammaticalis architectura, tribus potiſsimum baſibus firma, & integra manet.

Grámatica vniuerſa tribus conſtat.

Nomen ſpiritualib. ſubſtátijs cóparant.

verbum corporibus cœleſtibus.

NOMINE, VERBO, DICTIONE. Nomen, ſpiritualibus ſubſtantiis comparant, quoniam per ſe ſubſiſtit, denotatque ſubſiſtentiam. Verbum cæleſtibus corporibus, quippe, quia motui, & actioni ſubiicitur. Dictio vero creaturis inferioribus, quoniam nec permanet, nec ſubſiſtit. Vnde merito hebræi, tres haſce duntaxat orationis partes præcipuas aſſumunt. Nomen quod שֵׁם *ſcem dicunt vt in Gen.* [a] *ſub nomine, pronomen comprehendunt, quicquid alij*

Dictio creaturis inferioribus comparatur.

vnde nomen.

[a] Gen. 4. 25.

Sub nomine ꝓnomé com prehéditur.

vellint

verbum panghal ſub quo participium.

verbum omne actionem cum tẽpore ſignificat.

Dictio ab hebreis quomodo appellat.

Vnde dictio deriuitur.

Diſcrimen inter milla, & teua.

velint. Verbum appellant פָּעַל *paghal, ideſt operari, ſeu agere; omne namque verbum operationem, ſeu actionem cum tempore ſignificat. Sub verbo, participium quoque comprehendunt, & ſi alij aliud opinentur. Dictionem quam nos dicimus vocem conſignificantem proprie appellãt* מִלַּת טַעַם *milath, tagham, ideſt dictionem rationis ſiue rationalem, aut potius dictionem guſtus, quippe, quæ orationem quodammodo condire videatur. Et breuitatis cauſa dicitur ſolum* מִלָּה *milla à verbo* מָלַל *malal ſignificante reſecari, & præſidi. Hæ namque dictiones conſignificatiuæ præcidi videntur cum præciſe proferuntur. Differt* מִלָּה *à* תֵּבָה *teua, nam teua ſignificat dictionem ſcriptam, milla vero dictionem prolatam. Sub dictione, omnes partes indeclinabiles comprehenduntur, vt ſunt præpoſitiones, coniunctiones, & aduerbia, de quibus omnibus ſuis locis dicetur, haſce tamen tres partes orationis non ſolum arabes, ſed & etiam omnes linguæ orientales habere certũ eſt. Arabes appellant dictionem, Herph, Nomen, Iſmi, verbum phcal.*

De no-

De nomine, eiuſque multiplici, partitione. Cap. II.

NOmen Definiri ſolet, quod ſit dictio ad placitum ſignificans, ſine tempore per modum ſubſtantiæ, vt אָדָם Adam, ideſt, homo אִישׁ iſc ideſt, vir. שׁוֹר ſcior, ideſt, bos, ſumma autem nominis diuiſio trimembris conſtituitur; eſt namque nomen rei, quod dicunt שֵׁם דָּבָר ſcem dauar, & שֵׁם הַתֹּאַר ſcem hattoar, ideſt, nomen formæ, & שֵׁת הַפּוֹעַל ſcemhapohal, ideſt, nomen operationis, vel originis operationum: ſub nomine rei comprehendũtur omnia nomina ſignificantia, aut ſubſtantiã vt lapis, aut accidens, vt albus, aut relationem, vt Pater & filius, aut priuationem, vt cecus, obſcurus, & etiam ens rationis: vt genus, & ſpecies, & nomina abſtracta, vt סִכְלוּת ſichluth, ideſt, ſtultitia שַׁחְרוּת ſciahruth, ideſt, nigredo. Non deriuatur nomen rei, à verbo, nec verbum deriuatur ab ipſo, vt אֶרֶץ erets, ideſt, terra, שָׁמַיִם ſciamaim id eſt, cœlum אֶבֶן, euen, lapis, עֵשֶׂב heſeu ideſt, herba, & ſimilia; vt tradit Elias leuita in ſuo capite ſpecierum, ſpecie tertia, ſecundum quem nulli licet vlla uerba ex nominibus fingere, niſi in ſcri-

nominis definitio

nominis ſumma diuiſio.

Nomen hadauar ideſt rei, quæ cõprehendat.

Nomen rei non deriuatur à verbo nec verbum ab ipſo.

verba ex nominibus conficere nõ licet, niſi in ſcriptura eius abſtracta reperiantur.

in ſcriptura ſacra eorum abſtracta inueniantur, & ſi ſecundum aliquos à verbis poßit quodcunque nomẽ deriuari, etiam ſi in ſcriptura non inueniatur, ſecundum eundem Leuitam loco ſuperiori.[a]

Nomen toar dicitur à forma, vt in Eſai.[b] וְתוֹאֲרוֹ *vetoaro, ideſt, forma eius, & ibi* לֹא תוֹאַר לוֹ *lotoarlo i. non forma ei, & ideo dicitur nomen formæ. Alij nomen concretum dicunt. Eſt igitur nomen formæ, omne nomen ſignificans illud, quod ſubſtantiæ, vel accidenti formã tribuit, ſiue ſit qualitas, ſiue quantitas, ſiue qualitatis ſpecies, vt* מְדַקְדֵּק *medakdak, ideſt, grammaticus* צַדִּיק *tsaddik, ideſt, iuſtus,* רוֹפֵא *rophe, i. medicus,* בָּרִיא *bari, ideſt, pinguis* חוֹלֶה *chole, i. infirmus* רַחוּם *rachum, ideſt, miſericors.* יָשָׁר *iaſciar, rectus. Et nota aliud eſſe nomen toar, ſiue formæ, & aliud participium: quia participium, (vt bene aduertit Elias loco ſuperiori)*[c] *ſignificat actu habentem qualitatem, vel aliud ſimile; toar vero habentem formam, ſeu qualitatem habitu, vel potentia, vt* גּוֹנֵב *goneu, ideſt, fur, actu furans; ecce participium, & in toar dicemus* גַּנָּב *gãnau, ideſt, eum, qui poteſt furari, vel habitum furandi habet. Et ſi plerunque ſcriptura ſacra participio pro nomine toar, vti ſoleat,*

ſicut

[a] Cap. 5.
Nomen toar vnde.
[b] Eſa. 52. 14. & 53. 2.
Nomen formæ idem, quod toar.
Definitio nominis toar.
Diſcrimen ponitur inter nomen toar, & participiũ.
[c] In ſuo electo o rat. prima, elemen. 5.
Participium ſignificat habere qualitatẽ actu.
Toar ſignificat habitu, vel potẽtia habẽtem qualitatem.
Participium frequenter vſurpat ſcriptura pro nomine toar.

ſicut in Geneſ.[a] לְסוֹחֵר laſſocher eſt namque benoni ſignificans mercantẽ ſeu negotiantẽ, & accipitur pro negotiatore, ſiue mercatore, & in Pſalm.[b] omnium iniquitatum tuarum propitiator הַסּוֹלֵחַ haſoleahc, ideſt, propitians in benoni, & in toar propitiator. Vtitur etiam ſcriptura ſecundum aliquos participio paſsiuo, quod habet, actiui ſignificationem loco nominis toar, vt in Prouerb.[c] עָשֻׁק nghaſciuc, ideſt, calumniantẽ, pro calumniatore, ſeu raptore, vel oppreſſore. Eſt tamen aduertendum quod huiuſmodi participia, quæ vicem horum nominum toarim habent, ſolent apud rabinos notari littera nun, in fine addita, vt חַמְסָן chamſan, ideſt, raptor ſeu fraudator, & כַּעְסָן cahaſan, ideſt, iracundus. Dicitur etiam hoc nomen toar nomen adiectiuum. Multa vero nomina adiectiua apud hebræos appellantur, quæ tamen à latinis ſubſtantiua dicuntur, & ſumuntur in hac lingua, ſubſtantiua pro adiectiuis, vt in Apocal.[d] ibi nomẽ Angeli exterminatoris; vide in theſauro pagnini.[e] Solent autem ſubſtantiua ad adiectiuum ſuppleri, licet non exprimantur, quoniam ſubintelliguntur, vt in theſauro videbis latius[f] Vnde nomen toar eſt nomen adiectiuum, vt omnes tradunt,

quia

[a] Geneſ. 23.16.

[b] Pſalm. 103.3. vide theſau. pagnini in dictione ſalach.

[c] Prouer. 28.17.

Participia toarim vicem habentia, quo ſigno ſoleant notari.

Nomen toar dicitur nomen adiectiuũ.

nomina ſubſtantiua pro adiectiuis ſumũtur.

[d] Apoc. 9.11.

[e] col. 8. & 158. & 1894.

[f] col. 2837. & 2472.

quia omne nomen tranſiens de maſculino in femininum dicitur nomen adiectiuum, vt אִישׁ *iſc, ideſt, uir* אִשָּׁה *iſcia mulier,* מֶלֶךְ *melech, ideſt, rex* מַלְכָּה *malca, ideſt, regina* טוֹב *tou, i. bonus* טוֹבָה *toua, ideſt, bona, hic ergo toar tranſit de maſculino in femininum, vt vides, vt apud theſ.* [a] *quibus adiunge ex huiuſmodi nomine toar, poſſe verbum formari, vt* חָכָם *chacham. Proue.* [b] *quo tamen nomine chacham, poteſt formari verbũ,* חָכַם חָכַמְתָּ *chacham, chachamta, ipſum tamẽ toar vbicunque in ſcriptura reperitur, ſemper deriuatur à verbis abſolutis, vt Elias leuita tradit* [c]. *Ex quo collige tria potiſſima ſigna, quibus facile agnoſci poteſt an ſit nomen toar, vel participium.*

Primum ſignum eſt, quando aliqua ex litteris, quas dicimus בְּכְלָם *bichclam inſeruierit participio, tunc non erit participium, ſed nomen toar, ſiue adiectiuum, cum illæ litteræ non ſeruiant verbis, ſed nominibus & infinitiuis, vt in 2. lib. Reg.* [d] *ibi* בְּקוֹשְׁרִים *bakoſcerim, ideſt, in conſpiratis, vel cõiurationibus, aut colligatoribus, vel potius in ſingulari in coniuratione, ſicut transfert. Vulg. Et in Eſai.* [e] *ibi* כַּנֹּשֶׁה *canoſce, ideſt, ſicut fenerator, & ibidem ver. 2.* כַּלֹּוֶה *caloue, ideſt, ſi ſicut mutuum accipiens. Et in pſal.* [f] *factori cœ*

lorum

Nomen tranſitiuum de maſculino in fœmininũ dicitur adiectiuum.

[a] co. 1103 & 1389.

[b] Prouerbior. 23. 15.

Nomen toar, ſemper deritur á verbis abſolutis. & ex eo nomine poteſt verbum formari.

[c] in ſuo il lo. c. ſpecierum, ſpecie quarta. et in electo orat. prima elemen. 3

Oẽ toar participio diſtingui & agnoſci ſolet tribus ſignis.

Nomen toar eſt vbi aliqua ex literis biclam ſeruit participio.

[d] Reg. 15. 31.
[e] Eſai. 24. 2.
[f] Pſal. 136. 5. ſeu pſal. 181. tamen latinæ numerum.

lorum לְעֹשֵׂה הַשָּׁמַיִם le nghoſe haſciamaim, ideſt, facienti cœlos, vel qui fecit cœlos.

Nomen toar eſt quando verbo adiungitꝰ genitiuꝰ.

Secundum ſignum quando cum participio reperieris genitiuum, tunc nomẽ toar erit adiectiuum, quoniam verba non regunt poſt ſe genitiuum, ſed Nomina: vt in Gen.[a] ibi רֹעֵה צֹאן ronghetſon, paſtor ouium, ſiue pecudum. Idem in Pſal.[b] ibi גְּאוּלֵי יְהוָה gheule iehoua, ideſt redempti domini, vel à domino.

[a] Ge.4.2 [b] Pſalm. 107.2.

Nomen toar eſt cum verbo adiungitur pronomini primæ aut ſecundæ perſonæ

Tertium ſignum, quando verbo adiungitur pronomen primæ, aut ſecundæ perſonæ, tunc eſt toar, vel ſi participium fuerit, ſubintelligi debet verbũ ſubſtantiuũ, vt in Geneſ.[c] הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי haſciomer achi anochi, ideſt, nunquid cuſtos fratris mei ego: & eſt toar. Et in Exod.[d] & Eſai.[e]

[c] Ge.4.9. [d] Exod. 18.6. [e] Eſa.25. 16.

Nomen toar non eſt quando poſt participium ſequitur dictio אֶת

Aduerte etiã, quod quãdo poſt participium uideris dictionẽ אֶת tunc fore participium, nõ autẽ nomen toar, ut patet apud Ier.[f] ibi הָרֹעִים אֶת עַמִּי haronghim eth ngãmi, paſcẽtes populum meum, ſiue qui paſcunt populum, ut vulgata habet. Et idẽ vbi adiũgitur pronomẽ ſecũdæ & tertiæ perſonæ, ut פּוֹקֶדְךָ & פּוֹקְדוֹ uiſitãs te, et uiſitãs eũ, quibus addendum eſt, quod nomina duplicata, hoc eſt deriuata à uerbis duplicatis, cum monoſyllaba ſint, non eſſe participia, ſed dici nomina toarim, ſiue cum kamets, ſiue cum pathach ſint ſub

[f] Ier.25. 2.

Noĩa duplicata quando monoſyllaba ſunt dicũtur toarim.

[a] 2. Reg. 2. ca. 25. 18. [b] Amos 2. 14.

ſcripta, ut in li. Reg.[a] *ibi* קַל *cal, i. leuis, uel uelox pedibus. Et Amos*[b] *ibi* מִקַּל *mikal, ideſt, à uelo ce. Vide in theſauro, uerbo* קָלַל.

Nomen infinitiuum. Macor. [c] Lib. 3. cap. 4. [d] Libr. 2. inſt. heb. c. p. 6. Nominũ ſpecies plures. Nomina Monoſyllaba & Biſſyllaba.

Nomen פֹּעַל *ponghal eſt infinitiuus, quoniam ſignificat indeſinita, ſiue ſimpliciter, et abſolute, abſque ulla temporis differentia omnem operationem interiorem, & exteriorem, ut amare, legere, uiſitare, & ſimilia. Dicitur hanc ob cauſam,* מָקוֹר *Makor, à uena, ſiue fonte, ut inferius uidebimus*[c]*. Nam eſt uena, & fons omnium aliarum operationum, & temporum. Hoc nomẽ* פֹּעַל *ponghal, ſiue makor, in ſcriptura ſolet poni uice aliorum nominum, & temporum, ut uidere poteris apud Sanctem Pag.*[d]

[e] Cap. 31 & 32. [f] Orat. 4. elem. 13. Dictio habens quatuor aut quinque litteras non eſt hebraica ſed Aegyptiaca vel Perſica.

Porro nomina, quædam ſunt monoſyllaba, alia biſſyllaba, alia quadrata, et quinque etiam litterarum, de quibus ultimis legere poteris pagninum loco ſuperiori,[e] *poſt leuitam ubi ſupra*[f] *ubi pro uniuerſali regula tradit, omnem dictionem habentem quatuor, aut quinque litteras nõ eſſe hebraicam, ſed Aegyptiacam, ſeu Perſicã.*

Sed ego illi non aſſentior, cum plures dictiones huiuſmodi reperiantur quæ ſunt hebrææ ut in omni uerborum radice uidere eſt.

Nomina ſynonima.

Sunt etiam nomina, quæ dicũtur, ſynonima, & appellantur נִרְדָּפִים *nirdafim i. ſe conſequẽtia*

quæ

quæ quidem habent diſtinctam uocem, & unã, & eandem diffinitionem: hoc eſt in prolatione ſunt diuerſa, et in ſenſu eadẽ, ut Iob[a] עֵדִי וְשָׂהֲדִי id eſt teſtis meus, & conſcius meus in cœlis, & חֶרֶב hereu ideſt gladius, שַׂכִּין ſachin i. ſpata. מַאֲכֶלֶת maacheleth, ideſt mucro.

[a] Iob 16. 19.

Nomina voce, & ſenſu diuerſa.

Alia nomina ſunt prolatione, & ſenſu diuerſa, quæ ſunt nomina diuerſorum entium, ut אָדָם Adam i. homo שׁוֹר ſcior ideſt bos, & ſimilia, quæ נִבְדָּלִים nibdalim, ideſt diſtincta nuncupantur.

Nomina communicata dicta vniuoca, & pluribus indiuiduis cõmunia.

Alia nomina ſunt, quæ dicuntur communicata, & ab hebræis nuncupantur מִשְׁתַּתְּפִים meſciutaphim. Et dicuntur communicata, quia ſunt pluribus indiuiduis communia, ut homo, bos, Aſinus. Et hæc aliquando dicuntur vniuoca hoc eſt; ſunt eſſentialia his, de quibus dicuntur, vt חַי chai, i. viuum, ſeu viuens, בְּהֵמָה behema, i. Beſtia אָדָם Adam homo. Et ſimiliter omnia ſimilia generum, & ſpecierũ nomina dicentur vniuoca. Alia ſunt æquiuoca abſolute, & ab hebræis dicũtur שִׁתּוּף גָּמוּר ſcituph gamur, i. æquiuocũ abſolute, hoc eſt nomẽ in quo cõmunicãt multa nõie, nõ vero ſignificatiõe: vt עַיִן nghain, qđ de ſuperficie terræ, occulo, & fõte dicitur ut in Nu.[b] ibi אֶת עֵין הָאָרֶץ eth nghẽ baarets, i. ſuperficiẽ terræ, ſiue oculũ terræ, et [c] זְקַן בֵּיתוֹ Zecã betho i.

Nomina generũ, & ſpecierum. nomina æquiuoca abſolute, i. in q̃b. multa communicãt nomine, ſed non ſenſu.

[b] Nume. 22. 5.

[c] Geneſ. 24. 1.

[a] Pſalm. 133.2. *ſenex domus ſuæ , & Pſalm.*[a] זְקַן אַהֲרֹן *Zecan aharon , ideſt , barba Aaron , ubi Zecan ſignificat barbam , & ſenem. Quę Nominum æquiuocatio , paßim in ſcriptura ſacra occurrit , & in cognitione ſignificatuum ipſorum plures ſæpe difficultates occurrunt. Aliud uocatur* מְסֻפָּק *meſuppak, hoc eſt æquiuocum commune pluribus, ſed eius ſignificatum , eſt accidens commune, aut omnibus, aut uni ex his, de quibus dicitur ; vt* אָדָם *Adam homo , qui dicitur de homine , picto , viuo , & mortuo. Sed cum de homine dicitur, ſignificat ipſius figurã, & alia omnia hominis accidentia. Aliud præterea eſt nomen , quod dicitur* נֶאֱמַר בִּכְלַל וְיָחִיד *neemar bichlal veiachid , i. dictum de vniuerſali, & particulari, quod nomen collectiuum appellatur, vt* עַם *ngham , ideſt , populus* יִשְׂרָאֵל *Iſrael* יְהוּדָה *Iehuda , quæ dicuntur de Iacob , & Iuda eius filio , & de populo Iſrael. Vltimo eſt aliud nomẽ, quod dicitur* מוּשְׁאָל *muſal, ideſt, accommodatum, vel Metaphoricum, dictum per tranſlationem , vt* אֲרִי *Ari , leo , qui dicitur de leone viuo , & homine forti , vt Regum*[b] קַלּוּ מֵאֲרָיוֹת *callu mearaioth, ideſt, leues fuerunt præ leonibus. Et* יָם *iam, mare, dicitur enim de homine liberali, & de corde cœli, & ſimilibus.*

Nomen æquiuocum cõmune plurib. cuius ſignificatum eſt accidens

Nomen collectiuum.

Nomen Metaphoricũ.

[b] Reg. 2. cap. 1. 23.

Qui-

Quibus etiā accedunt nomina gentilia, et patronimica quæ hebræi appellāt שֵׁם הַיַּחַס *ſcem haiahcas, i. nomen cognationis, ſiue genealogiæ, & hæc ſunt nomina nationum, proſapiæ, familiæ, vel tribus. Formantur vero à ſuis primitiuis addito kirek vltimæ litteræ, & poſito iod ocioſo in maſculinis. In fœmininis autem vltra iod additur* ת *& ita patronymica maſculina terminantur in iod ocioſo, & fœminina in ith, vt in exemplis ſequentibus verbi gratia* אֲרַמִּי *arammi, ideſt, Arameus.* אֲרַמִּית *aramith Aramea.* עִבְרִי *nghiuri, hebræus* עִבְרִית *nghiurith, hebræa* יִשְׂרְאֵלִי *Iſraelites,* יִשְׂרְאֵלִית *Iſraelitis, & ſimilia, de quibus vide Zamor.*[a] *Pagn.*[b] *& quinquarb.*[c] *Poſſeſſiua nō reperiūtur, & ſi reperirentur eandē cum prædictis formā haberent: dicuntur poſſeſsiua, quæ rei poſſeſsionem denotant, vt* סִפְרְךָ *ſifrecha, ideſt, liber tuus.*

Nomina gentilia & patronimica ſiue cognatione.

[a] 2. ca. 5.
[b] Libr. 2. cap. 16.
[c] Pag. 25.

Nomina poſſeſſiua non reperiuntur.

De nomine proprio & appellatiuo. Cap. III.

NOmina propria ſunt nomina indiuiduis impoſita, ſiue maſculina, ſiue feminina ſint, vt מִרְיָם *Miriā Maria &* דָּוִד *Dauid, & ſimilia*

Nomen propriū quid eſt

Sarchi continet quatuor nominis proprie-tates.

Quod idem eſt de nominibus ciuitatum, terrarum, montium, & fluuiorum marium, & ſolitudinum; ſunt etenim nomina propria. Propria vero nomina habent quatuor proprietates, quas hebræi hac dictione comprehendunt סַרְכִּי *ſarchi: ſumẽdo litterã pro parte ſeu dictione. Nã* ס *ſignificat* סְמִיכוּת *ſemichuth, i. regimẽ.* ר *ſignificat* רִבּוּי *ribui, ideſt, pluralitatem:* כ *denotat* כִּנּוּי *chinui pronomen* י *iod vero* יְדִיעָה *iediha, ideſt, notificatiuum. Igitur nomina propria ſecundum vſum huius linguæ, non regunt poſt ſe genitiuum. Vnde non dicetur* מִרְיָם יַעֲקֹב *Maria Iacobi; ſed bene,* מִרְיָם בַּת יַעֲקֹב *vel* אֵשֶׁת יַעֲקֹב *Maria filia aut vxor Iacobi. Plura uero nomina propria immediate iuncta in eodẽ caſu erũt, ut in Exo.*[a]

Nomina propria non regũt poſt ſe genitiuum. Plura nomina ꝓpria in eodẽ caſu ponuntur. [a] Exod. 1.1.

Secundo carent plurali, non enim dicemus אַבְרָהָמִים *abrahamin.*

Nomina propria carent plurali.

Tertio non componuntur cum pronomine, vt ſi diceremus דָּוִדִי *dauidi, ideſt, Dauid meus, debet namque nomen proprium coniungi cum alio alterius naturæ, vt* דָּוִד עַבְדִּי *Dauid ngabudi ideſt, Dauid ſeruus meus.*

Nomina propria nó componuntur cum pronomine.

Quarto non recipiunt ה *he demonſtratiuum, etiam ſi illud nomen habeat affixum, ſeu notificatiuum de quo, & inferius.*[b]

Nomina propria non recipiunt he demonſtratiuũ. [b] li.6.c.8

Quinto, & vltimo non poſſunt ex illis verba

Nomina propria non formãt verba.

formari,

ſormari, non enim à Dauid, dicimus dauidaſti nec ab Abram Abraamaſti, ſicuti ab alijs nominibus formari poſſunt.

Nomen appellatiuum eſt nomen, quod, quidem (vti ex traditis præcedenti cap. conſtat) pluribus conuenit ſpeciebus, vt ſunt genera, & ſpecies rerum, & oppoſitam habent naturam, & alias à proprijs nominibus regulas patiuntur. Quoniam primo regimen admittunt. Secundo plurale habēt, et recipiunt ה he demōſtratiuum. Quarto cum pronomine componūtur. Et demū poſſunt ex illis verba formari vt dictū eſt & patet apud Eſai.[a] ibi decaudabitis, i. interficietis à nomine enim זָנָב Zanau, i. cauda, exurgit, & formatur verbum וְזִנַּבְתֶּם veZinautem, ideſt, decaudabitis eos.

Nomen appellatiuū plurib. conuenit ſpeciebus.

Nomen appellatiuum admittit regimen & ה demōſtrariuū & compoſitionem. & ex illis verba formantur.

[a] Eſa. 10. 19.

De nominibus perfectis, & imperfectis. Cap. IIII.

VAſta & ingens hebræorum nominum moles diſtribuenda adhuc eſt in quatuor claſſes, perfectorum videlicet, & imperfectorum quieſcentium duplicatiumque, ſiue geminatorum. Perfecta nomina ſunt illa, quæ radicales omnes litteras habent ſuorum primitiuorum, ſiue verbo-

Nomina alia perfecta alia imperfecta, alia quieſcētia, alia vero duplicata.

De quibus late pagnin[9] lib. 2. ſuarum inſtit. c. 16. Quinquarbo. pag. 123. cum ſeq. & Iſaacris libro 1. à pag. 41. & libro ſecundo à pag. 114. Nomina perfecta quę ſunt.

verborum, à quibus deriuantur, vt גָּדוֹל gadol, idest, magnus גָּמָל gamal, idest, Camelus, & ſimilia congeſta per Pagninum[a], & hæc perfecta ſimplicia vocātur, ad differentiam, eorum quæ ſunt etiam perfecta & compoſita, nempe illa, quæ præter litteras radicis adhuc habent aliquas litteras ſeruiles, ſiue à capite ſiue à fine; vt מִשְׁפָּט miſcpat, iudicium, מַחְמָד machmad, idest, deſiderium, ſiue habeant daghesc, ſiue non, ſiue habeant nun à capite, ſiue à fine, licet hæc ſint pauca, & vt plurimum propria nomina, vt נִמְרוֹד Nimbrod מְגִדּוֹן Meghiddō nomē loci. Imperfecta, ſeu defectiua ſunt illa, in quibus deficit aliqua ex litteris ſuæ radicis, vt tradit Elias leuita in ſuo electo[b] vt שִׂיא ſſi, i. eleuatio à verbo נָשָׂא naſa, מַטָּע, idest planta; deficit enim in iſtis, & ſimilibus nun, prima littera ſuarum radicum. Et ſic ſimiliter de aliis dicendum eſt.

[a] Libr. 2. ſuarum inſt. cap. 16.

Nomina perfecta ſimplicia.

Nomina perfecta compoſita.

Nomina imperfecta.

[b] Orat. 4. elem. 1.

Nomina quieſcentia.

Quieſcentia dicuntur illa in quibus aliqua littera radicis quieſcit, ſiue habeant litteras, quæ nomen conſtituunt ſiue non, vt מוֹשָׁב moſciau, idest, ſedes à verbo יָשַׁב iaſciau, ſedere, quieſcit enim prima littera verbi, quæ eſt iod, & habet mem litteram conſtitutiuam, & ſic de aliis. Quas latiſſimo ſermone proſequitur Pagninus vbi ſupra[c] poſt Eliam ſuper ius citatū ab elemē to ſecun-

[c] cap. 24. vſque ad cap. 29.

to ſecundo vſque ad elementum decimum. Ea tamen nomina facilius (cum neceßitas occurrerit) videre poteris in tabula copioſißima appoſita principio nouſsimi theſauri linguæ ſanctæ.

Nomina duplicata ſeu gemina.

Nomina Geminata, ſiue duplicia ſunt illa, quæ à verbis geminatis, ſiue duplicatis deriuantur, ſiue habeant litteram aliquam conſtitutiuam, ſiue non, vt צִלְצַל *tſilZal, ideſt, vmbroſus à verbo* צָלַל *tſalal obumbrari & ſimilia, de quibus late Pagninus ſuperius citatus* [a] *poſt Eliam.* [b] *Et hæc dagheſc recipiunt, ſicut, & defectiua, vt* תֻּמָּה *tumma, ideſt, puritas vel integritas.*

[a] cap. 30.
[b] elemento 11.

Nomina duplicata recipiunt dagheſc.

Sunt etiam aliqua nomina, quæ, etſi ex radicibus duplicatis minime deriuentur: duplicata tamen ſunt, aliquando enim habent quatuor litteras, aliquando quinque, vt שִׁלְשׁוֹם *ſcilſciom, ideſt, nudius tertius. Alia proſequere cum Pagnino loco citato* [c] *poſt Eliam leuitam latè quinquarboræus, & Iſaacus locis præcitatis.*

Nomina duplicata ſunt et aliqua, quæ non deriuantur à radicibus duplicatis.

[c] cap. 31. & ſeq. elem. 10. dicta orat. 4.

De

De formatione ſeu deriuatione nominum ex verbis. Cap. V.

Nomen deriuatiuum.

PRoximæ tractationi, conſequitur alia de nominum ex verbis formatione. Dicũtur autem huiuſmodi nomina deriuatiua quia ipſa à verbis deriuantur. Ab omni tamen verbo poteſt deriuari nomen, & ſi in biblijs non omnia inueniantur ſecundum Eliam:[a] *vbi etiam docet aliqua eſſe nomina, à quibus verba fiunt explicantia contrariũ actionis, vt ab illo nomine cinis, excinerabũt altare;*[b] *de nomine ramus, deramificans ſeu præcindens frõdẽ. Eſa.*[c] *et de radix eradicare, ut in pſal.*[d] *& Iob*[e] *De primitiuis, quæ non ab alijs, ſed alia ab ipſis deriuantur iam ſuperius*[f] *diximus. Formãtur igitur ſiue deriuantur nomina ex verbis, vel ſola mutatione pũctorum, vt à verbo* צָדַק *tſadak, ideſt, iuſtificare: deriuatur nomen* צֶדֶק *tſedek, ideſt, iuſtitia punctis duntaxat mutatis: vel mutatione punctorũ, & accentus, vt à verbo* חָלַק *chalak, diuidere, formatur nomen* חֵלֶק *chelek, ideſt, pars vbi mutatio ſit punctorum, & accentus ſimul & cum aliquando dagheſc, adijcitur: vt à verbo* שָׁבַת *ſciauath, ideſt, quieuit* שַׁבָּת *ſciabath, ideſt, requies, ſabbatũ, in quibus exemplis:*

[a] In libro ſpecierũ ſpecie ſecunda.
[b] Nume. 4.13.
[c] Eſa. 10. 33.
[d] Pſalm. 52.7.
[e] Iob 31. 12.
[f] Cap. 2.

Nominum formatio à verbis quæ trupliciter fiat.

Nomina formantur à verbis mutatione punctorum.

pliſ:nomini additur dagheſc, vel ſit punctorum; & accentus mutatio. Vel etiam adiectione alicuius ex his litteris, quæ dicuntur הֶאֱמַנְתִּי heemanti, ideſt, credidi, à verbo אָמַן aman, ideſt, credidit, ex quo format primam perſonam præteriti tertiæ coniugationis הֶאֱמַנְתִּי alij vocant litteras iſtas, conſtitutiuas, quia nomē conſtituunt & litteras ornamenti, quia dictionem ornant. Litteræ hecmanticę nominorũ conſtitutiuę. Litterę conſtitutiuæ & ornamẽti.

Formantur, ergo aliquando nomina adiectione alicuius ex litteris prædictis, aut in principio, aut in fine. Et aliquando ipſæ litteræ heemanti & in fine & in principio reperiuntur. ה *he à capite eſt formatiuum nominis, vt* הַצָּלָה *hatſala, ideſt, defenſio, à verbo* נָצַל *natſal, ideſt, euaſit.* ה a capite formatiuũ contra quoſdã. *Nõ deſunt qui credãt* ה *he à capite nõ eſſe formatiuum nominis, quorum ſententia procederet ſi loquerentur, de verbis perfectis, quoniam in ijs vt tradit Elias vbi ſupra* [a] *littera* ה *he, à capite non eſt conſtitutiua, ſiue formatiua: uno tantum nomine perfecto excepto, videlicet* הַשְׁמָעוּת *haſmanghuth, ideſt, auditus Ezech.* [b] *Reg.* [c] *Eſai.* [d] *à verbo* שָׁמַע *ſciamang, ideſt, audiuit. In nominibus vero imperfectis à capite eſt conſtitutiua, & copioſius in his inuenitur, vt* הַרְוָחָה *haruachah, ideſt, dilatio à verbo* רָוַח *rauahc, ideſt, dilatauit. Plura huiuſmodi nomina reperies in prædicta*

[a] Orat. 3. clem. 12

[b] Ezech. 24. 26.

[c] 1. Reg. 2. 29.

[d] Eſa. 11. 3.

dicta tabula heemantica diligentiſsima congeſta.

ה he autem in fine aliquando eſt ſuperaddita, & formatiua nominis, aliquando ſignum generis feminæi, aliquando radicalis. Superaddita eſt, quando accentus ponitur in penultima, vt לַיְלָה Gene.[a] Laila, ideſt, nox. Signum feminini eſt, quando accentus eſt in vltima præcedente camets vt צְדָקָה tſedaka, iuſtitia, חָכְמָה, ideſt ſapientia, & in regimine mutatur he in tau, & kamets in pathah. Et in his omnibus in quibus ה, in fine eſt feminini ſignum, ſæpe videbis מ mem, vel ת tau in principio, ſecundum Eliam leuitam in ſuo electo.[b] vt מִצְוָה miZua, ideſt, præceptum מִנְחָה mincha, ideſt, munus, punctuaturq; cum chirec ſequente ſceua quieſcente, vt vides. Radicalis vero eſt ה in fine quando præcedit ſegol, vt מִקְנֶה mikne, ideſt, poſſeſsio. Et quando eſt in regimine, & cõpoſitione pronominis, mutatur ſegol in tſere vt מִקְנֵהוּ mitnehu, ideſt, pecus eius מַחֲנֵה דָן mah cane dan, ideſt, turma Dan. Sed eſt aduertendum, quod quando he in fine fuerit radicale, nũquam nomen habebit in capite tau, quia cum ה he radicale (ſecundum Eliam vbi ſupra) nunquam inuenitur. Præterea aduertendum, quod ea, quæ

ה à fine quæ munera repreſenter.

ה quando ſuper addita.

[a] Ge.1.4.

ה quando ſignũ fœ.

ה quando in fin. eſt ſignũ fœ: ſemper vt plurimũ hẽt מ mẽ vel ת tau in principio.

[b] Ora.4. elem.6.

ה quando radicalis.

Quæ habẽt ה radicale in fine ſunt de quieſcentibus Lamed he.

he radicale in fine nõ inuenitur cum ת ĩ primo.

ea, quæ in fine habent he, radicale ſunt de quieſcentibus lamed, he, ideſt, deſcendunt à verbis, quæ habent tertiam litteram radicis ה *he, quieſcentem, & de his etiam videre poteris Eliam, vbi ſupra*[a]*. Reliqua vide inferius*[b] א *Aleph à capite ſemper cum ſegol, aut pathah eſt nominis cõſtitutiua, vt infra adnotabimus;*[c] *vt patet in dictione* אֶצְבַּע *etſbang, ideſt, digitus à verbo* צָבַע *tſauang, intingere,* אַבְנֵט *abnet, ideſt, balneus,* אַכְזִיב *ideſt, mendax; & ſimilia, in quibus ſceua poſt litteras ehemanticas ſemper quieſcit, authore Elia*[d] *ſecundum quem*[e] א *à capite non eſt radicale, ſed conſtitutiuum: & ſi iudicio meo hæc ſententia non ſit perpetuo vera, cum videamus* א *à principio, eſſe radicale, vt* אֲנָחָה *anacha, i. gemitus, à uerbo* אָנַח *gemere, et ſimiliter* אוֹמֶר *omer ideſt, ſermo à verbo* אָמַר *Amar, ideſt, dixit, &* אוֹצָר *otſar, ideſt, theſaurus, à verbo* אָצַר *atſar, i. theſaurizare ſeu recondere.* א *Aleph in fine denotat nomen eſſe chaldaicum, inueniuntur autem huiuſmodi nomina chaldaica, cum* א *aleph in fine radicali, vt* בְּכָא *bacha, ideſt, ſolium* פֶּלֶא *pele, ideſt, miraculum, ego tamen non facile admitterem regulam illam, quando Aleph in fine denotat nomen eſſe chaldaicum, cum plura ſint hebræa in* א *deſinentia, quæ paßim occurrũt in ſcri-*

Quæ habent ה radical: in fine ſunt de quieſcẽtibus lamed he.

[a] Orat. 4. elem. 9.

[b] Lib. 6. cap. 8.

א à capite quomodo ſit nominis conſtitutiua.

[c] Libr. 6. cap. 8.

Sceua poſt litteras heemãticas ſemper quieſcit

[d] Ora. 3. elem. 13

[e] Orat. 4. elem. 13

א in fine denotat nomen chaldaicum.

Nomina chaldaica inueniuntur cum א in fine radicali.

in ſcriptura, & late videri poterunt in illa tabula ehemantica nouiſsimi theſauri. מ Mẽ, à capite (vti etiã videbimus)[a] eſt formatiua, ſeu cõſtitutiua: & ſubſcribitur cum chirik ſequente ſceua quieſcẽte, & kamets in fine, vt מִקְדָּשׁ micdaſc, i. ſanctuarium, à verbo קָדַשׁ kadaſc, ideſt, ſanctificauit, & מִשְׁכָּן miſcan, ideſt, tabernaculum. Aliquãdo cum holem, vt מִזְמוֹר mizmor, ideſt, pſalmus, & מִכְלוֹל mihclol, i. ornatus. Si uero poſt mem veniat littera gutturalis, tunc cũ pathah ſubſcribitur, vt מַאֲכָל maahcal, i. cibus מַחֲשָׁבוֹת machaſciauoth, ideſt, cogitationes. In aliquibus autem in compoſitoine pronominis & in formatione pluralis, ponitur dagheſc, in vltima radicali ut מַטְעַמִּים matnghãmim, i. cibi. Etiã ſi habeant chirik in fine, vt מִשְׂגַּבִּי miſgabbi, ideſt, protectio mea, niſi quando in ſine habuerint kamets, vel holem, quoniam tunc non dagheſcabuntur vt מִשְׁפָּט miſcpat, ideſt iudicium in plu. מִשְׁפָּטִים Aliquando reperitur מ mem conſtitutiuum cum he, in fine et ſubſcriptum cum patahc, vel ſegol, vel hirik vt מִלְחָמָה prælium, & מֶמְשָׁלָה dominium, & מַמְלָכָה impertum [b] Mem in fine eſt ſeruilis in paucißimis tamen, ſecundum Eliam, vbi ſupra: eſt etiã conſtitutiua, ut פִּתְאוֹם pithom, ideſt, ſubito שִׁלְשׁוֹם ſcilſciom; ideſt nudius

Mem à capite eſt formatiua nominis

[a] Lib. 6. cap. 8.

Mem in fine cũ he aliq̃do requiritur cõſtitutiuum.

[b] Vide Eliã ſuperius. Dicta Orat. 3. ele. 12.

Mem in fine eſt ſeruilis in pauciſſimis.

dius tertius.

נ *Nun propriis nominibus præponi communiter ſolet, ut* נַפְתָּלִי *Naphtali* נִמְרוֹד *Nimbrod. In fine additur ſemper aliis nominibus, & prima littera ſubſcribitur cum hirek, et finitur in* און *vel* אִין *& habet etiã in principio ſciurec, chibuts vel cateph camets: ut in exemplis patet,* זִכְרוֹן *Zichron, ideſt memoria* שִׁלְטוֹן *ſcilton, ideſt poteſtas. Aliquando cũ kamets chatuph, vel tribus punctis, ut* קָרְבָּן *korbã, ideſt, oblatio* שֻׁלְחָן *ſciulchan, menſa, quæ tamen in plurali formant, ut plura lia fœminina videlicet* קָרְבָּנוֹת *korbanoth, i. oblationes* שֻׁלְחָנוֹת *ſciulhcanot, ideſt menſæ.*

Nũ præponi ſolet nominibus propriis In fine additur aliis nominibus ſubſcripta prima littera cum chiric.

In nominibus autem quatuor litterarũ, nun in fine eſt radicalis, & non hæmantica, ut מִשְׁמָן *Miſcmã, ideſt pinguendo, ut in Eſai.*[a] *à radice* שָׁמַן*, &* חַשְׁמָן *cheſcmã, ideſt legatus, cuius plurale habetur in Pſalm.*[b] חַשְׁמַנִּים *haſcmanim,* דָּרְבָן *darban, ideſt, ſtimulus, ab eadem radice, quæ eſt quatuor litterarum,*[c] *reliqua inferius*[d].

Nun in fine addita nominibus quarta litterarum eſt radicalis

[a] Eſa. 17. 4.
[b] Pſalm. 67. 52.
[c] 1. Reg. 13. 21.
[d] vide d. li. 6. c. 8.

ת *Tau sẽper præponitur, et plerumq; cũ patach ſequẽte ſceua immobili, & ſciurec, ut plurimũ in fine, ut* תַּלְמוּד *talmud, i. doctrina* תַּמְרוּק *mũdũ muliebre* תַּעֲנוּג *tãghanug, i. voluptas. Aliqua ẽt cũ tſere ut* תַּשְׁבֵּץ *taſcbets, i. ocellatũ, vel cũ hirik ĩueniũtur, ut* תַּלְמִיד *talmid i. diſcipul⁹ à uerbo* לָמַד *lamad*

Tau in prĩcipio &in fine nominis eſt conſtitutus, & variæ ſubſcribitur.

docere תַּרְשִׁישׁ tarſciſc,inſula uel Mare. Aliquā-
do tau cum chirec in principio, ut תִּדְהָר tidhar,
ideſt,abies,& cū he fœminina in fine, ut תִּפְאָרָה
tipharah, ideſt, decor. Tau vero in fine e-
tiam eſt formatiua cum patahc in prima litte-
ra,et ſciurec in penultima littera,ut מַלְכוּת mal-
chut,ideſt,Regnum גַּבְהוּת gaubuth, ideſt, alti-
tudo. Aliquando cum hirek,ut רִפְאוּת riphuth, id
eſt, ſanitas שִׁפְלוּת ſciphluth,ideſt,humilitas. Ali-
quando cum ſceua mobili ſequente chirik, ut
יְדִידוּת iediduth, ideſt, dilectio שְׁרִירוּת ſceriruth
ideſt prauitas. Aliquando tau additur utrinque,
& principio, & fini, ut תִּפְאֶרֶת tiphereth, i. Co-
rona. Iod præpoſitum,eſt nominum propriorum,
ut יִצְחָק iZhcac, יַעֲקֹב Ianghacou. Aliquando a-
lijs nominibus præponitur, ut יַלְקוּט ialcut, ſaccus,
& יַנְשׁוּף ianſciuf Noctua. In fine eſt nominum
gentilium, ut עִבְרִי nghiuri, ideſt hebræus, & no-
minum numeralium ordinalium, ut שֵׁנִי ſceni, i.
ſecundus. Et primæ perſonæ pronominis, ut דְּבָרִי
deuari, ideſt, verbum meum. In medio vero exi
ſtimant quidam reperiri contemptus gratia, ut
quando Abſalon fratrē ſuum Amōn vocabat,
pro אַמְנוֹן Ammon אֲמִינוֹן Aminō, i. Amonulus
ut in lib. Reg.[a] id, quod alijs exēplis cōfirmat San
ctes Pagninus.[b] quod ſi uerū foret cōſequēs etiā
eſſet

Tau in fine eſt formatiua cum pathach in litera prima.

Iod nominibus propriis præponitur & aliis, in fine vero gentilibus nominibus apponitur.

Iod in medio non contemptus gratia ponitur. nec diminutiua cōſtituit.

[a] 2.Reg. 13.20.

[b] Libr.2. ſuaū inſti.ca.8.

eſſet diminutiuum dari in lingua ſancta, at non dari, & certius, & verius eſt, in qua ſententia eſt Camorenſis[a] *& alij citati in theſauro linguæ ſanctæ, uerbo aua* אָבָה [b] *ſecundũ quos, Aminõ et Ammon ſunt duo nomina, uiri vnius, ſicut, Salma, & Salmon, Abiſciai, et Abſciai, Abner, & Abiner. Nec illud nomen* אִישׁוֹן *iſcion eſt diminutiuum hoc eſt paruus, cum ſit nomen ſubſtantiuum, ſignificans pupillam oculi, à nigredine dictam, vt videre poteris in theſauro*[c] *& eadem ratione non eſt diminutiuum* שַׁבָּתוֹן *ſciabathon Exod.*[d] *& Leuit.*[e] *quibus in locis* שַׁבָּתוֹן *ſignificat requiem & magnam quietem, & excellentẽ ſolennitatẽ. Vnde falſum eſt ſignificare ſabbatulum. Eodem etiam pacto Pſalm.*[f] *ibi Dij gentium demonia cuius loco in hebræo eſt* אֱלִילִים *elilim perperam, explicatur pro dij culi, cum magis elilim ſignificet, vana idola ſculptilia, & rem nihili, & vt ita dicamus ipſam nihilitatem, quæ nomine dæmonis in noſtra. Vulgata optime exprimitur, vide Theſaurum linguæ Sanctæ verbo* אָלַל *alal.*[g] *Nec illud nomen* נְחֻשְׁתָּן *nehcuſctan vt in libr. Reg.*[h] *eſt diminutiuum, hoc eſt (vt ipſe Pagninus putat) ſignificans ænulum, dicitur namque æneum, vt LXX. tranſtulere, Chaldaica, Vulgata, & ea ipſa Pagnini*

Diminutiuũ nõ datur in lingua Sancta.

[a] Lib.2. ſra'um inſt.c.5.

[b] Col. 10 & ſeq. & col. 87. & 2850.

Iſciõ eſt nomen ſubſtantiuum.

[c] Col.87 & 205. & 288. & 1913.

Scabatõ non eſt diminutiuum.

[d] Exod. 16.23. 35.2.

[e] Leuit. 23.3.

[f] Pſalm. 96.5.

Elilim ſignificat vana Idola.

[g] Col.99

[h] 4.Reg. cap. 18. 4.

tranſlatio habent Nebcuſtan, ideſt, æneum, quidquid alij dicant eſſe affixum fœmineum.

Diminutiuum quomodo componatur

Si tamen diminutiuum nomen volueris componere, per alias dictiones illud ſupplebis, ut ſi dicas, סֵפֶר קָטָן ſefer catan, liber paruus אָדָם קָטָן Adam katan, homo paruus, uel homuntio: nunquam tamen diminutiuum vnius dictionis (ſicuti apud Latinos) reperies. Poſtremo, vt hanc tractationem heemanticarum abſoluamus, ex ſuperioribus colligere poſſumus,

Mem in pricipio cum pathach demōſtrat deſcendere à verbo defectiuo nun, vel iod.

Mem in principio cum pathach ſignum eſſe, quod deſcendit à verbo defectiuo nun, vt מַטַּע mattang, ideſt, plantatio, deſcendit à verbo נָטַע natang, ideſt, plantare & מַצָּב maZZau, ideſt ſtatio, à verbo יָצַב iaZau, ideſt ſtetit: & ſi aliquando etiam deſcendant à verbis quieſcentibus tertiæ radicalis ה he, vt ſtatim dicemus. Et quæ habent mem, vel tau à capite cum holem, ſignant ſuam deſcenſionem eſſe à verbo cuius prima littera eſt iod, vt מוֹשָׁב moſciau, ideſt habitatio, & תּוֹשָׁב toſciau, ideſt, incola à verbo יָשַׁב iaſciau, ideſt, ſedere.

Mem in cap. vel tau cum holem oſtendit quòd deſcēdit à verbo cuius prima littera ē iod.

Quando vero mem à capite ponitur cum kamets, certum erit tale nomen deſcendere à radice, cuius ſecūda littera eſt vau, vt מָקוֹם macom à verbo קוּם kum ſurgere, aliquādo erit tau in initio, ut תְּבוּנָה aliquādo he, in fine, vt מְנוּחָה.

Quæ

Quæ habent mem cum pathach aut hirek in capite à verbis habentibus tertiam litteram he, deſcendunt, vt מַרְאֶה mareh, ideſt, viſus, à uerbo רָאָה raa uidere, & מִקְנֶה mikne, ideſt, emptio, uel poſseſsio à uerbo קָנָה kana, ideſt, poſſidere. Denique cum uideris mem cum kamets, aut tſere intellige, huiuſmodi nomen originem trahere á uerbis geminatis quorum ſecunda, & tertia littera ſunt ſimiles, ut מָסָךְ maſahc, ideſt, tentorium, ſeu tegmen, aut operimentum, à uerbo סָכַךְ ideſt operire, vt in Exod. [a] *& meſau מֵסַב ideſt, circuitus à uerbo סָבַב ſauau, ideſt circuire, vt in Nehem.* [b]

Mem in prícipio cum pathach aut chirek deſignat ſe deſcendere à verbis habentibus tertiá litterarũ he. Mem à capite cũ camets aut zere à verbis geminatis originem trahere deſignat.

[a] Exod. 26.36.
[b] Neem. 2.5.

Quæ diligenter adnotanda ſunt, ut facilius nominum deriuationes percipias.

De comparatiuis, ſuperlatiuis, & relatiuis. Cap. VI.

Comparatiua nõ ſunt apud hebræos, ſed per ſuum primitiuum ſubſtantiuum, et literam mẽ, aut מִן (qui ſunt

Comparatiua nõ ſunt apud hebræos.

 articuli

articuli) ad iunctam nomini ſequenti, efficies comparatiuum, vt כֵּיפָא גָדוֹל מִיּוֹחָנָן *chepha gadol hu mi iohcanan, ideſt Petrus eſt Ioanne maior. Alia exempla vide Prouerb.*[a] *& Reg.*[b] *& Eccl.*[c] *& Cant.*[d]

Poteſt etiam ſecundo conſici comparatiuum adiectione aduerbij יוֹתֵר *iother ante mem, & ſignificat ea dictio apud hebræos, magis, vt ſi dicamus* יוֹחָנָן צַדִּיק יוֹתֵר מֵאֲבִיָּה *Ioannes iuſtus magisq́ Abia hoc eſt iuſtior Abia.*

Aliquando verba ipſa(vt quidam exiſtimarunt) habent vim comparandi, vt יָמַי קַלּוּ מִנִּי אָרֶג *dies mei velociores fuerunt, radio textorio. vt in lib. Iob*[e] *ſed falſum eſt cũ in eo loco iob: verbũ minime afficiat cõparationem: ſed littera mem appoſita dictioni* מִנִּי *præ radio textorio: & Pſalm.*[f] *aut ibi molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, ideſt magis, quam oleum eſt enim ibi littera mem dictioni appoſita* מִנִּי *Pſal. Idem in*[g] *i. præ oleo, vel magis. Sic etiam Pſal.*[h] *ibi melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.*

Superlatiua fiunt, cum aduerbio מְאֹד *meod ideſt, nimis, ſeu ualde, ut Gene.*[i] וְהִנֵּה טוֹב מְאֹד *& ecce bona ualde. Exod.*[k] *multiplicati ſunt* מְאֹד מְאֹד *meod meod, ideſt ualde ualde*

Comparatiua quando fiunt.

[a] Prouerbior. 3. 14. & 15

[b] 1. Reg. 24 18.

[c] Eccleſ. 7. 2.

[d] Cant. 1 2. & 4.

Per (magis) fiũt comparatiua.

[e] Iob 7. 6.

[f] Pſalm. 54. 21.

[g] Pſalm. 62. 4.

[h] Pſalm. 63. 4.

Superlatiua cũ aduerbio meod fiũt.

[i] Geneſ. 1.

[k] Exod. 1. 7.

valde ideſt, copioſiſſime, & ſi plus dici poſſet, nã verba geminata denotant ſuperlatiuũ excellentiam, vt Ier.[a] ibi bonas, bonas valde, i. optimiſſimas ſi dici poſſet. Apponitur autem præpoſitio, mem, nomini ad quod fit comparatio, vt in libr. Numerorum[b] מְאֹד מִכֹּל הָאָדָם Meod miccol haadam, i. maſuetiſſimus, ſeu mitiſſimus inter omnes homines. Sic etiam in Pſalm.[c] ibi latum mandatum tuum מְאֹד meod, i. valde, ſeu nimis, hoc eſt latiſſimum.

Relatiua ſunt tria, vnum ſeparabile, & duo inſeparabilia. Separabile אֲשֶׁר aſcer quod valet pro toto pronomine quis, vel qui, in omnibus caſibus, vt ſi dicamus, Beatus vir qui non abijt.[d] אֲשֶׁר לֹא aſcer lo, i. qui non. Pariter poſſumus vti eodem relatiuo, qui, in omnibus caſibus, numeris atque generibus. Inſeparabilia relatiua ſunt שֶׁ cum ſegol, dagheſc poſito in littera ſequenti, vt שֶׁבָּא ſceba, i. qui venit. Aliud relatiuum inſeparabile eſt ה, vt ſi dicas הַשָּׂם haſſam, ideſt, qui poſuit. Si tamen ה he fuerit ſubſcriptum chateph pathach non erit relatiuum, ſed interrogandi aduerbium, ideſt, nunquid, vt ſi dicas הֲיֵשׁ haieſc ideſt, nunquid eſt: vt inferius dicemus.[e] Quibus addendum eſt, relatiuum accidentis, qualis, vel quale, minime reperiri apud

[a] Ierem. 24.3.
[b] Nume. 12.3.
[c] Pſalm. 119.96.
Relatiua tria.
Relatiuum ſeparabile valet ꝓ toto pronomine quis, vel qui in omnib. caſibus.
[d] Pſalm. 1.1.
Relatiuum inſeparabile cũ ſegol poſito dagheſc in litera ſequenti.
Relatiuum inſeparabile ה
ה ſubſcriptũ cum ... eſt aduerbiũ interrogandi.
[e] Lib. 6. cap. 8.
Relatiuum accidentis non eſt apud hebręos.

hebræos, ſed eius loco ſeruire כְּמוֹ chemo, i. ſicut. Reliqua vide loco præcitato.[a]

[a] Lib.6. ca.1. no tab.13.

De nominibus numeralibus. Cap. VII.

[b] Lib.1. cap.8.

SVperius[b] adnotauimus peculiares notas, quas hebræi habent in Numerando per litteras alphabeti. Nunc ſupereſt, vt de nominibus numeralibus agamus. Qua in re, ſciẽdum, apud hebræos reperiri nomina numeralia, quæ numerationi deſeruiunt. Et dicuntur הַשְׁמוֹת מִסְפָּר ſcemoth hammiſpar, i. nomina numeri. Quæ quidẽ in duplici differentia reperiuntur. Nã quædã ſunt numeralia Cardinalia, quia ſunt veluti Cardines reliquorum numerorum, & ideo primitiua etiam dicuntur. Ordinalia, quoniam ordini numerorum deſeruiunt, vt primus, ſecundus, &c. Ea tamen omnia, & adiectiua, & irregularia ſunt, quia non ſeruant generales normas aliorum nominum. Vnde in his nominibus ſunt notanda ſequentia.

Numeralia cardinalia quę dicantur.

Numeralia cardinalia, & ordinalia irregularia ſunt quoniã non ſeruant normã aliorũ nominum.

Primum Cardinalia, et ordinalia diuerſam habere formam, nam Cardinalia maſculina, à tribus, vſque ad decem, terminantur in he, præcedente kamets, ac ſi eſſent fœminina, & in regi-

Cardinalia maſculina quomodo terminẽtur.

mine

mine, mutant he in tau, & kamets in ſegol vt à שְׁלֹשָׁה *ideſt, tres fit* שְׁלֹשֶׁת *et in pathach vt* אַרְבָּעָה *fit* אַרְבַּעַת. *Sed aduerte in his numeris nō poſſe proprie dari regimen ſecundum R. D. Kimhi libro michlol; habet tamen illam mutationem vice regiminis. Fœminina, vero contrariam normam habent.*

Cardinalia fœminina quomodo terminantur.

A viginti nāque & deinceps, ſunt communis generis; fiuntque à ſingulari addito ים. *im vt à* עֶשֶׂר *nghaſar decem* עֶשְׂרִים *ngheſrim viginti. A* שְׁלֹשָׁה *tres, dicimus* שְׁלֹשִׁים *ideſt, triginta, & ſic de alijs. Ordinalia vero maſculina deſinūt in iod. Fœminina in* ית., *aut* יָה: *vt ſceni'* שֵׁנִי *id eſt, ſecundus* שֵׁנִית *ſcenith, aut* שְׁנִיָּה *ſceniia, ideſt ſecunda. Hoc autem diſcrimen inter cardinalia, & ordinalia ſolum pertingit vſque ad decimum ordinem ordinabilium, à quo non tranſit vlterius.*

Nomina ordinalia maſculina, & fœminina quomodo deſinant.

Secundo notandum, in ſcriptura ſacra ab ijs nominibus numeralibus formari verba quædam, vt, vnire, ſecundare, tertiare, decimare, &c.[a]

A nominibus numeralibus verba, quædam formantur.

Tertio notandum, quod huiuſmodi nomina numeralia, ab vno uſque ad quinque, ſolent improprie accipi ad ſignificandam diminutionē, vt in libr. Reg.[b] *ibi* שְׁנַיִם עֵצִים *ſcenaim ngheZim duo ligna, ideſt, pauca. Idem Eſai.*[c] *ibi*

[a] Vide Iob. 3. 6. Gen. 41. 32. 1. Regum 18. 34. Nehe. 10. 38.

[b] 3. Reg. 17. 12.

[c] Eſa. 17. 6.

בְּנִקֹף זַיִת שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה גַרְגְּרִים בְּרֹאשׁ אָמִיר אַרְבָּעָה חֲמִשָּׁה *chenocheph Zaith ſcenaim ſceloſcia gargherim beroſc amir arbangha hamiſcia, ideſt ſicut excuſsio duarum, vel trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor, aut quinque. A quinq; vero vſque ad decem ſignificare ſolent multiplicationem, vt in Prouer.*[a] כִּי שֶׁבַע יִפּוֹל *ideſt, ſepties cadet, nempe iuſtus, ideſt, frequenter.*

A quinque vſq; ad decẽ mulupli catio ſignificatur.

[a] Prouer. 24.16.

Quarto aduertendum, hebræos ab vndecim, & deinceps, ita numerare: vndecim homo, viginti annus; pro vndecim homines, & viginti anni, & ſæpe incipiunt à minore numero, vt וַיְחִי קֵינָן אַרְבָּעִים שָׁנָה וּשְׁמֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה, *ideſt, & vixit chenan quadraginta annis, & octo centum annus, ideſt, octigenta, & quadraginta annos.*[b] *Et in ſumma numeralia cardinalia ſi pluralia ſunt, & præcedant, ſingulare ſibi aſciſcunt vt* שְׁלֹשִׁים *ſceloſcim iſc, ideſt, triginta homo, pro homines ſi ſingularia; plurali iunguntur, vt* שְׁלֹשָׁה *ſceloſcia anaſcim, ideſt, tres homines. Niſi in nomine duorum, nã dicimus* שְׁנַיִם אֲנָשִׁים *ſcenaim anaſcim duo homines. Vide theſaurum nouiſſ.*[c] *verbo* אִישׁ *iſc & abrahamum de balmis in ſua grammatica ſtrata 26. Omnes alij grammatici idem dicunt. Cæterum ipſi, (ni fallor) numeralia cardinalia à duobus vſque*

Numeratio hebręos ab vndecim & deinceps..

Aliquando nõ incipiunt à minore vt Gen. 9. ver. vlti. & pe.

[b] Gen. 5. 13.

Numeralia cardinalia ſi præcedant in plurali ſingulare poſtulant & è contra.

[c] col. 83.

ad de-

ad decem improprie & incongrue ſingularia dicunt. Cum reuera tres quatuor & deinceps, ſint pluralia. Nec dici poteſt denarium eſſe ſingulare, ob idque ſubſtantiuum ſingulare illi adiungi, vti Abrahamus de balmis loco citato ſubtiliter exiſtimabat dicẽdo duodecim dies, vel tredecim dies, diem in ſingulari ponendo. Quippe quia videmus idem ſubſtantiuum ſingulare cum viginti, triginta & quadraginta et reliquis vſque ad nonaginta, poni; vt in exemplis citatis & alibi[a]
[a] 1. Reg. 9. 21. & 1. 17. 17
vnde ſicuti nõ eſt verũ dicere, ſubſtantiuum ſingulare cum denarij numero aggregato, ideo poni quia eſt ſingulare, ita à vero procul eſt; numeralia cardinalia vocare ſingularia. Quamobrem potius eſt diſtinguendũ inter terminationes numeralium cardinalium. Nam ſi habẽt terminationes pluralis; coniungi debent cum ſingulari. Si vero habeant terminationes ſingularis (cum tamen pluralia ſint) coniungentur pluralibus: & ita regula ſuperior omnium grammaticorũ intelligenda eſt. Poſtremo aduertendũ he notificatiuũ iũgi numeris, vt in li. Re.[b] *ibi* הַשָּׁלִישׁ *tertiarius, uel inter illos duos tres. Et in Ge.*[c] *ibi* הַשֵּׁנִי *i. ſecũdo. Et ita ſimiliter reperies in quã plurimis alijs locis adnotatis per Pagni.*[d] *vt igitur hæc omnia nomina numeralia apertius diſtinguamus ſingulorum tabellas hic ſubiungimus.*

[b] 2. Reg. cap. 23. 23. 8.
[c] Gen. 7. 11.
[d] Lib. 2. inſt. cap. 10.
ה Notificatiuum iungitur numeris

De iſto numero qui reperitur, ſine א more chaldęorum vide Iſaacum in ſuis inſtit. Pag. 135.

NVMERALIA CARDINALIA.

Fœminina.		*Maſculina.*	
Vna	אַחַת	אֶחָד	Vnus
Duæ	שְׁתַּיִם	שְׁנַיִם	Duo
Tres	שָׁלשׁ	שְׁלשָׁה	Tres
Quatuor	אַרְבַּע	אַרְבָּעָה	Quatuor
Quinque	חָמֵשׁ	חֲמִשָּׁה	Quinque
Sex	שֵׁשׁ	שִׁשָּׁה	Sex
Septem	שֶׁבַע	שִׁבְעָה	Septem
Octo	שְׁמוֹנֶה	שְׁמוֹנָה	Octo
Nouem	תְּשַׁע	תִּשְׁעָה	Nouem
Decem	עֶשֶׂר	עֲשָׂרָה	Decem
Vndecim	אַחַת עֶשְׂרֵה	אֶחַד עָשָׂר	Vndecim
Duodecim	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה	שְׁנֵים עָשָׂר	Duodecim
Tredecim	שְׁלשׁ עֶשְׂרֵה	שְׁלשָׁה עָשָׂר	Tredecim
Quatuor-decim	אַרְבַּע עֶשְׂרֵה	אַרְבָּעָה עָשָׂר	Quatuor-decim
Quinde-cim	חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה	חֲמִשָּׁה עָשָׂר	Quinde-cim
Sexdecim	שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה	שִׁשָּׁה עָשָׂר	Sexdecim
Septende-cim	שְׁבַע עֶשְׂרֵה	שִׁבְעָה עָשָׂר	Septemde-cim
Octode-cim	שְׁמוֹנֶה עֶשְׂרֵה	שְׁמוֹנָה עָשָׂר	Octode-cim
Nouemde-cim	תְּשַׁע עֶשְׂרֵה	תִּשְׁעָה עָשָׂר	Nouemde-cim.

Deinceps communis generis, ſunt vſque in infinitũ.

REGIMEN.

Fœminina.			*Maſculina.*
Vna	אַחַת	אַחַד	Vnus
Duæ	שְׁתֵּי	שְׁנֵי	Duo
Tres	שְׁלשׁ	שְׁלשֶׁת	Tres
Quatuor	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	Quatuor
Quinque	חֲמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	Quinque
Sex	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	Sex
Septem	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	Septem
Octo	שְׁמֹנֶה	שְׁמוֹנַת	Octo
Nouem	תְּשַׁע	תִּשְׁעַת	Nouem
Decem.	עֶשֶׂר	עֲשָׂרָה	Decem.

Hæc eſt amplius differentia inter ſtatum abſolutum & regimen.

Alia Cardinalia à uiginti vſque ad centum, & viginti millia.

Viginti	עֶשְׂרִים
Triginta	שְׁלֹשִׁים
Quadraginta	אַרְבָּעִים
Quinquaginta	חֲמִשִּׁים

Sexaginta	שִׁשִּׁים
Septuaginta	שִׁבְעִים
Octuaginta	שְׁמוֹנִים
Nonaginta	תִּשְׁעִים
Centum	מֵאָה & מְאַת
Ducenntũ	מָאתַיִם
Trecenti, &c.	שְׁלֹשׁ מֵאוֹת

Aduertendum tamen eſt hæc in ים. *finita, toties decem ſignificare, quoties numerus ille à quo origi nẽ ducunt cõtinet unitatem, ut* שְׁלֹשִׁים *importabit tres decades, hoc eſt 30. quia* שְׁלֹשָׁה *à quo deriuatur tres cõtinet unitates.*[a] *vide Iſaacũ in ſua gramm.*

[a] Pag. 183.

Mille	אֶלֶף
Duo millia	אַלְפַּיִם
Tria millia &c.	שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים
Decem millia	רְבָבָה & רִבּוֹא
Viginti millia	שְׁתֵּי רִבּוֹת
Quadraginta millia	אַרְבַּע רִבּוֹת
Duodecies decẽ millia, ideſt Centum, & viginti millia.	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רִבּוֹא

Aliqua

Aliqua nomina quæ dicuntur multiplicia & hæc ſunt tantum.

Quadruplum.	אַרְבַּעְתָּיִם
Septuplum	שִׁבְעָתַיִם
Decem millia	רִבּוֹא vel רְבָבָה
Multa millia	רִבֹּאוֹת vel רְבָבוֹת

De numeralibus denominatiuis ſeu ordinabilibus.

A Prædictis nominibus numeralibus, deriuantur ordinalia, pro quibus paßim ſcriptura vtitur cardinalibus; vt in Gen. [a] *ibi fuit mane dies* אֶחָד *ehcad, ideſt vnus, pro dies primus, de qua re latius videre licet in theſauro, dictione* אֶחָד [b].

[a] Gen. 1. 5. & 13. Pro ordinalibus paſſim ponũtur cardinalia.
[b] col. 55.

Fœminina.			*Maſculina.*
Prima	רִאשׁוֹנָה & רִאשׁוֹנִית	רִאשׁ	Primus
Secunda	שֵׁנִית & שֵׁנִיָּה	שֵׁנִי	Secundus
Tertia	שְׁלִשִׁית & שְׁלִשִׁיָּה	שְׁלִשִׁי	Tertius

Fœminina.		*Maſculina.*	
Quarta	רְבִיעִית	רְבִיעִי	Quartus
Quinta	חֲמִישִׁית	חֲמִישִׁי	Quintus
Sexta	שִׁשִּׁית	שִׁשִּׁי	Sextus
Septima	שְׁבִיעִית	שְׁבִיעִי	Septimus
Octaua	שְׁמִינִית	שְׁמִינִי	Octauus
Nona.	תְּשִׁיעִית	תְּשִׁיעִי	Nonus
Decima.	עֲשִׂירִית aut עֲשִׂירִיָּה	עֲשִׂירִי	Decimus.

Non tranſit vlterius diſcrimen inter cardinalia, & numeralia. Conſiderandum autem ordinalia generis fœmin. dici שֵׁם הַחֵלֶק *ſcem haehelek, ideſt nomen partis: quia ſicut dicitur primus, ſecundus, tertius, &c. ſic dici poteſt, ſecunda pars, tertia pars, vſque ad decem.*

De genere nominum. Cap. VIII.

Genus nominũ duplex.

GEnus nominum, etſi multiplex videatur, ad duplex tantum reducitur. Maſculinum, quod זָכָר *dicunt, & fœmininum, quod* נְקֵבָה *necheua uocant. Nam ambigua, ſeu communia nunc maſculei, nunc fœminei ſunt ſexus. Neutro genere carere hebræos certum eſt, pro*

Neutro carẽt hebręi, & maſculino, ſeu fœmineo vtũtur.

quo

quo maſculinum ſeu fœmineum uſurpant ut in Geneſ.[a] *ibi non eſt bonum hominem eſſe ſolum, & in hebræo non bonus; & in Pſal.*[b] *ibi unam petÿ, pro unum uti D. Hier. tradit ad caput ſeptimum eccleſiaſtæ ſub finem: & optime proſequitur Doctiſsimus Martinus Martin.*[c] *Pro apertiori tamen huius capitis intelligentia aliquæ regulæ proponendæ ſunt.*

Prima regula, omnia nomina quæ maſculis conueniunt, ſiue propria, ſiue communia ſint, maſculina ſunt, vt אִישׁ *iſc. Vir* אַבְרָהָם *Abrahã. Et pari modo, nomina, quæ fœminis conueniunt, ſiue propria, ſiue communia ſint fœminea ſunt, ut* אִשָּׁה *iſcia, ideſt mulier,* שָׂרָה *Sara* אָמָה *ama ancilla. Si ambobus conueniant, erunt communia utriuſque, vt* חַיִל *chail fortis.*

Secunda regula, nomina fluuiorum maſculina ſunt, vt פְּרָת *euphrates* גִּיחוֹן *ganges.*

Tertia regula, nomina urbium, regionum, et ſignificantia dualitatẽ fœminea ſunt. Voco dualitatẽ, quando ſunt res, quæ inueniũtur natura binæ, vt יָד *iad, i. manus* רֶגֶל *reghel, pes, & ſimilia.*

Quarta regula nomina generum & ſpecierum, in quibus inuenitur maſculinum, & fœmininum, ſub quocunque genere, aut terminatione veniant, ſunt ambigui generis,

vt

a Geneſ. c. 2. 18.
b Pſalm. 27. 4.
c In li. 6. ſui hypotip. c. 1. col. 417. in Magnis.

Nomina maſculis cõuenientia, maſculina ſunt.

Nomina fœmineis conuenientia fœminina ſũt.

Noĩa fluuiorum maſculea.

Noĩa vrbium regionum & dualitatem ſignificantia, ſunt fęminea

Nomina generum ſpecierũ ambigui generis ſunt.

Scriptura exprimit genus maſculinũ, aut fœmininũ, quando illud intendit.
[a] Leui.4 23.

ut בְּהֵמָה *behema, animal* עוֹף *nghof, volatile,* צאן *Zon, pecus,* יוֹנָה *iona, columba* שׁוֹר *ſcior, ideſt bos,* חֲמוֹר *chamor, ideſt Aſinus* עֵז *nghez capra. Quæ omnia, & ſimilia pariter maſculum, & fœminam comprehendunt. Vbi autẽ ſcriptura ſpecialiter maſculinum, aut fœmininum genus ſpecificare intendit, manifecte illud exprimit, ut patet in Leuit.* [a] *ibi hircum caprarum immaculatam pro immaculatũ. Hinc fit, ut etiam ſi huiuſmodi nomina ambigua, habeant aliquam terminationem fœmineam, non ideo erunt fœminea, niſi terminatio huiuſmodi ponatur nominibus contentis ſub prædictis ſpeciebus, ut inferius regula ſexta dicemus. Inueniuntur tamen frequenter nomina maſculea, fœmineis adiuncta, & uice uerſa, quorum indicem tradit Pag.* [b] *ſed ſi iungantur nomini, aut terminationi maſculinæ erunt maſculina, ſi fœmininæ fœminea. Præſertim in ambiguis, ut* שֶׁמֶשׁ *ſcemeſc ſol, eſt ambigui generis, ſi dicamus* שֶׁמֶשׁ גָּדוֹל *ſcemeſc gadol, ſol magnus, erit generis maſculini, ſi dicimus* שֶׁמֶשׁ גְּדוֹלָה *ſcemeſc ghedola, ſol magna, erit generis fœminini.*

nomina fœminea maſculeis alimenta, & è cõtra reperiũtur
[b] Pagni. li.2.c.3.
Terminatio attendenda eſt.

Ob plurale, vel ob ſingulare, nomina aliqua hebrea ſexum variant.

Quinta regula, plura nomina hebræa, ob plurale, uel ſingulare, ſexum uariant. Nam aliqua ſunt in ſingulari maſculina, quæ in plurali fœminea ſunt

nea ſunt, & e contra, ſed de iјs capite ſequenti videbimus.

6 *Sexta regula; nomina, quæ finiuntur in* א *aut* ה *præcedente ſegol, cum accentu in penultima, vt* קֶשֶׁת *cheſceth, ideſt arcus, vel præcedente chirek, & accentu in vltima, vt* גָּפְרִית *ghophrith ideſt ſulphur, vel præcedente ſciurek, vt in exemplo hic poſito, aut in* ה *præcedēte Kamets, & accentu in vltima, ſunt fœminea. Si aliter deſinunt ſunt maſculea, vt* צָבָא *Zaua, militia, vel exercitus* מַלְכוּת *regnum* תּוֹרָה *tora, lex, quæ ſunt fœminea.* בַּיִת *Baith tamē, i. domus, licet in* ת *tau finiatur & terminetur, erit maſculini generis, uti ſcripſi lib. I. Tob. Maſculina uero ſunt quā do aliter terminātur ut* סֻלָּם *ſullā, ſcala* מִקְנֶה *mikne, grex,* גַּנָּב *gannau fur (excipio nomina numeralia cardinalia à tribus vſque ad decem) de quib. ſuperius cap. 7. tradidimus. Sunt ēt aliqua fœminea ſine terminatione fœminea, vt cap. ſequenti dicemus. Poſtremo addendum eſt ſuperioribus, terminationē fœmineam adiunctā nominibus contētis ſub ſpeciebus, nomen fœmineū efficere; licet ſi ipſis ſpeciebus adiјceretur, non ideo remanerent fœminea, vt ſuperius diximus regula quarta. Exempli gratia, aſſume nomen bos, quod quidem eſt nomen ſpeciei continens*

Signa, & terminatiōes nominū maſculinorū & fœmin.

Nomina finita in ת aut א aut ה præcedētibus varijs punctis.

Nomina cardinalia excipiuntur.

Nomina fœm. ſine fœminea terminatione.

Nomen fœmineum efficitur terminatione fœminea adiuncta nominibus contentis ſub ſpecieb.

ſub ſe iuuencum, & iuuencam, vitulum, & vitulam: ſi habeant hæc nomina terminationem fœmineam, fœminea erunt, ut פַּר *par, iuuencus &* פָּרָה *para, iuuenca. Simili modo homo ſub ſe continet infantem puerum, adoleſcentem, iuuenem, & ſenem: ſi hæ ſpecies habēt fœmineam terminationem, in ijs etiam hæc ſexta regula obſeruanda erit.*

De numeris nominum. Cap. IX.

Numeri nominū Singulare vnde.

NVmeri omnium nominum ſunt tres, ſingulare, quod vocant לְשׁוֹן יָחִיד *leſcion iachid, hoc eſt lingua vnius, quoniam eſt tantum de vno, vt* אִישׁ *iſc ideſt vir.*

Plurale vnde.

Plurale, quod appellant לְשׁוֹן רַבִּים *leſcion rabim, ideſt lingua plurimorum, quoniam de pluribus dicitur, vt* אִישִׁים *iſcim, ideſt viri.*

Duale.

Omnia nomina exceptis propriis habent vtrunq; numerū ſingulare & plurale.

Duale, quod dicunt לְשׁוֹן שְׁנַיִם *leſciō ſcenaim, i. lingua duorum, quoniā duale ſignificat (vt cap. præcedenti diximus) res natura binas, ut* אֹזֶן *ozen, auris,* אָזְנַיִם *oznaim, duæ aures,* אַף *af, naris,* אַפַּיִם *appaim, duo nares. Sed eſt aduertendum, quod licet omnia nomina (proprijs exceptis de quibus hoc eodem libro* [a] *iam diximus) habeant regulariter ſingulare, & etiam plurale, nihilo-*

[a] Cap. 3.

hilominus tamen reperiuntur aliqua, quæ habent ſingulare tantum, vt ſunt nomina locorum, ciuitatum, regionum, & omnes ſpecies metallorum, vt זָהָב *Zahau aurum,* בַּרְזֶל *barzel ferrum,* בְּדִיל *bedil ſtannum, excepto argento, quod tam in ſingulari, quam in plurali reperitur, vt ex ſententia aliquorum aduertit Elias proprietate ſexta, & Pagnin.* [a] *idque aſſerunt ex authoritate Geneſ.* [b] *ibi, & redderent* כַּסְפֵּיהֶם *caſpehem argenta ſua. Sed quicquid ipſi dicant, hanc exceptionem non admitto, cum eo in loco argentum in plurali minime ponatur pro metallo argento, ſed pro pecunia, quomodo D. Hieronymus tranſtulit. Sic etiam ſtannea in plurali reperiuntur, vt in Eſai.* [c] *pro ſcoriis, vel impiis. Vulgata habet ſcoriam, nec obeſt illud Iob* [d] *ibi* בְּצָרֶיךָ *bezarecha, i. aurum tuum quod quidã propter iod, in plurale accipiunt, ibi namque non eſt plurale: quia in correctis exemplaribus ſecundum R. Dauid Kimki non eſt iod, & ſignificat, aut ſilicem ſecundum D. Hieronymum, aut munitionem ſecundum R. Moſem, aut aurum ſecundum Kimki vbi ſupra. Vide theſaurum* [e] *quibus chaldaica paraphraſis conſentit.*

Nomina locorum ciuitatũ, regionũ & metallorum ſolum habent ſingulare.

Argentum licet ſit nomen metalli in ſingulari, & plurali reperitur ſecũdũ quoſdã, ſed fallũtur

[a] Lib. 2. cap. 1.

[b] Ge. 42. 25.

Stãnum pro ſcoriis vel imperiis

[c] Eſai. 1. 25.

[d] Iob 22. 25.

[e] Col. 305.

Nomina habētia ſingulare tantum.

Secundo adnotandum, nomina ſpecierum in animalibus, vt אָדָם *Adam homo,* צאן *Zon, pecus, pluralem numerũ non habere, & nomina ſolis, panis, vini, lunæ, & alia, quæ Elias*[a] *enumerat, & Pagn. dicto cap. primo: et Zamorenſis*[b]. *Nomina vero in vth finita, ſecundũ Zamoren. vbi ſupra, nõ habent in vſu plurale, licet bene formari poſſit in illis, ſicuti in præcedentib. vt* יַלְדוּת *iuuentus, & in fœmi. pluralis formabit,* יַלְדֻיוֹת *ialduioth, ideſt iuuentutes.*

[a] Proprietate 6.
[b] Lib. 2. cap. 3.

Nomina, quæ tantum in plurali reperiuntur.

Tertio adnotandum, alia nomina reperiri, quæ tantum plurale in maſculino & fœmino habent, vt נְעוּרִים *nengurim, ideſt pueritiæ etiã cum pronomine, vt in Pſal.*[c] *& Hierem.*[d] *Quibus locis vulgata noſtra in ſingulari transfert, à iuuentute, & ab adolſcentia, quia latine non ſolet dici, á iuuẽtutibus, & ita ſumit ſingulare pro plurali, vt eſt frequentiſſimum in ſcriptura. Habet tamen ſingulare in alia forma, vt Ezech.*[e] *ibi* בַּנֹּעַר *bannongar, i. in iuuentute, ſeu puertia, etſi in tempeſtate habeat noſtra vulgata, vt ſignificaret, iuuentutem tempeſtatẽ periculoſam fore. Adde etiam pro eodem exemplo in ſinglari Pſalm.*[f] *ibi, à iuuentute mea, vbi eſt nomen nongar. Similiter dicim⁹ in plurali virginitates*[g] *et nõ uirginitas. Similia exẽpla require à Pagn.*

[c] Pſalm. 128.1.
[d] Hiere. 32.30.
[e] Ezech. 36.14.
[f] Pſalm. 87.16.
[g] Leuit. 21.13.

ſuperius

perius citato, etſi authore Elia proprietate quinta ſingulare formari poſſet; vt à בַּרְבּוּרִים *barburim, capones, poſſumus formare ſingulare* בַּרְבּוּר *barbur, ideſt capo, & ſic de alijs.*

Nomina ſingularia cũ terminatione plurali.

Præterea notandum eſſe aliqua nomina habentia terminationem pluralem, vel dualem, in ים *vel in Ain, & tamen ſingularia eſſe, vt* תָּמִים *tamim, ideſt innocens,* קָדִים *kadim, ideſt ſubſolanus ventus,* מִצְרַיִם *mizraim, ideſt Aegyptus. Aliquando illud* ם *mem finale aufertur, & eius loco recipit terminationem primæ perſonæ pronominis ſiue ſingularis, ſiue pluralis, & tunc iuxta R.D. Kimhi habet ſignificatum plurale: vulgata tamen ſingulare ſignificatum illi tribuit. vide theſaurũ in radice* עָם *gham, & in Pſal.*[a] *ibi,* עַמִּי *pro* עַמִּים*, ideſt populus, &*[b] הַשָּׁלִישִׁי *hauſcialiſci, pro haſcialiſcim, ideſt ducum. Aduertendnm tamen, quod ibi* הַשָּׁלִישִׁי *ſignificat tertiarius, ideſt inter tres, & tamen loco illius terminationis debebat eſſe terminatio* ים*. Aliquando illud idem* ם *mutatur in nun, vt Ezech.*[c] חִטִּין *chitin, ideſt tritica, ſeu frumenta pro frumento. Et in Dan.*[d] *ibi,* הַיָּמִין *haiamin, ideſt dierum, loco* ם *eſt* ן *nun. Quibus tamen eſt addendum, in his nominibus pluraliter declinatis, etiam numerum ſingularem intelligi, niſi illis adiungatur*

[a] Pſalm. 143 3.
[b] 2.Reg. 23.8.
[c] Ezech. 4.9.
[d] Danie. 12.13.

Nomina pluraliter declinata ſingularia ſunt niſi illis adiungatur verbũ, aut participiũ certum tẽpus.

Determinans. *tur adiectiuum verbum, aut participium, certum tempus determinãs, vt* מַיִם רַבִּים *maim rabbim, ideſt acqua multa, in Cant.*[a] *& ſimilibus.*

[a] Cant. 8.7.

Nomina in ſingulari maſculina; & in plu. fœ. & vice verſa.

Quinto adnotandum aliqua nomina in ſingulari eſſe maſculina, & in plurali fœminina, vt בור *bor, puteus, in plurali* בורות *boroth putei. Alia in ſingulari maſculina ſunt, & in plurali maſculina, & fœminina, vt* דור *dor, ideſt generatio, in plurali* דוֹרִים *dorim, & in plurali fœmineo doroth* דורות *ideſt generationes. Alia ſunt, quæ in ſingulari non habent terminationem fœmineam, & tamen fœminea ſunt, vt* אֶבֶן *euen lapis, &* רוּחַ *Ruach ſpiritus, vt videre poteris in pluribus exemplis adductis per Zamorem.*[b] *Alia ſunt, quæ in ſingulari fœminea ſunt, ſed in plurali maſculina, vt* שָׁנָה *ſciana, ideſt annus, et in plurali* שָׁנִים *ſcianim, ideſt anni. Alia in plurali fœminea, & in ſingulare nuſquam reperiuntur, vt* נְקֻדּוֹת *necuddoth puncta, in ſingulari autẽ non reperitur* נְקֻדָּה *nekudda pũctus. Harũ omnium varietatum, in numeris, & ſexibus, peculiares tabulas ſubijciemus, ne antiquiorum codices cum opus fuerit reuoluere cogamur.*

Nomina quæ in ſingulari carent fœminea terminatione & tñ ſunt fœmineæ.

[b] Lib.2. cap.2.

Nomina in plurali fœmin. ſed in ſingulari non reperiũtur.

Tabula

Tabula nominum ſingulare tantum habentia.

Ghezel	Rapina	גָזֵל
Cheſeph	Argentum	כֶּסֶף
Zahau	Aurum	זָהָב
Nechoſceth	Aes	נְחֹשֶׁת
NgoſceK	Calumnia	עֹשֶׁק
Ngofereth	Plumbum	עוֹפֶרֶת
Scemeſc	Sol	שֶׁמֶשׁ
Lechem	Panis	לֶחֶם
Ghera	Granum	גֵרָה
Chom	Calor	חוֹם
Choreu	Siccitas	חֹרֶב
Tſon	Pecus Ouis	צֹאן
Chaits	Ver	קַיִץ
Barzel	Ferrum	בַּרְזֶל
Iareahc	Luna	יָרֵחַ
Iain	Vinum	יַיִן
Hin	Menſura	הִין
Chomets	Acetum	חֹמֶץ
Pul	Eaba	פוֹל
Cor	Frigus	קוֹר
Teuel.	Mundus.	תֵּבֵל

Nomina plurale tantum habentia.

Methim	Viri	מְתִים
Panim	Facies	פָּנִים
Nengurin	Pueritiæ.	נְעוּרִים

Zahoraim	Meridies	צָהֳרַיִם
Sciamaim	Cœli	שָׁמַיִם
Rehcaim	MolE	רֵחַיִם
Aſere	Beati	אַשְׁרֵי
ZeKunim	Senectutes	זְקוּנִים
Bethulim	Virginitates	בְּתוּלִים
Chaim	Vitæ	חַיִּים
Milluim	Plenitudines	מִלּוּאִים
Maim	Aquæ	מַיִם
Chilaim.	Mixta	כִּלְאַיִם
Michneſaim	Brachæ	מִכְנְסַיִם
Moznaim	Statera	מאֹזְנַיִם
Melcachaim	Forcipes	מֶלְקָחַיִם

Nomina in vtroque genere vtrumque numerũ habentia ſing. & Plur.

Chacham	Sapiens	חָכָם
Chachamim	Sapientes	חֲכָמִים
Chachama	Induſtrioſa	חֲכָמָה
Chachamoth	Induſtrioſæ	חֲכָמוֹת
Nghiuri	Hebræus	עִבְרִי
Nghiurim	Hebræi	עִבְרִיִּם
Nghiurith	Hebræa	עִבְרִית
Nghiurioth	Hebrææ	עִבְרִיּוֹת
Scir	Canticum	שִׁיר
Scirim	Cantica	שִׁירִים
Scira	Cantilena	שִׁירָה

Sciroth	Cantilenæ	שִׁירוֹת
Or	Luminare	אוֹר
Orim	Luminaria	אוֹרִים
Ora	Lux	אוֹרָה
Oroth.	Luces.	אוֹרוֹת

Nomina in vtroque numero ſingulari, & plurali duntaxat maſculina.

Heuel	Vaniras	הֶבֶל
Haualim	Vanitates	הֲבָלִים
Cheuel	Funis	חֶבֶל
Chaualim.	Funes.	חֲבָלִים

Nomina in ſing. maſc. ſed in plu. fæm.

Bor	Puteus	בּוֹר
Boroth	Putei	בּוֹרוֹת
Chiſſe	Tronus	כִּסֵּא
Chiſoth	Trõ:Cathredę	כִּסְאוֹת
Luach	Tabula	לוּחַ
Luchoth	Tabulæ	לוּחוֹת
Sciulchan	Menſa	אוֹרַח
Sciulchanoth	Menſæ	שֻׁלְחָנוֹת
Corban	Munus	קָרְבָּן
Corbanoth.	Oblationes.	קָרְבָּנוֹת

Et hæc ſufficiant, ad exactam huius capitis tractationem. Plura alia in oth finita, et terminata in plurali videre poteris apud Zamo.[a]

[a] Lib. 2. c. 2. & alios.

De

De declinatione. Cap. X.

Declinationes hebręorũ due.
Nomina maſculina, & fœminina quomodo formentur.
Nomina quæ terminãtur in ית vel ות mutant ת vltimum in יות
Nomina ĩ iod terminata in plurali habent ים & aliqñ duo iod in vnũ contrahuntur.
Nomina dualia à ſingulari formantur addito aim.

DVæ tantum ſunt declinationes apud hebræos. Vna maſculinorum alia fœmininorum: formant plurale iuxta regulas ſequentes.

Prima regula; nomina maſculina formant plurale à ſingulari addito ִים: *fœminina addito* 1
ות *ſi finiantur in he illud mutant in* ִים: *aut* ות *quia he nunquam quieſcit in medio, vt* מַשְׁקֶה *pincerna,* מַשְׁקִים *pincernæ, & à* תּוֹרָה *tora, lex, non formabimus plurale* תורהות, *ſed* תורות *toroth, ideſt leges. Et ſic dicemus à ſingulari* אִישׁ *in plurali* אִישִׁים *iſcim, ideſt viri.*

Secunda regula, quæ terminantur in ִית: *vel* 2
in ות *mutant tau vltimum, in* יות *vt* מַלְכוּת *malchuth regnum* מַלְכִיוֹת *malchuioth regna. Sic etiã* עִבְרִית *nghiurith hebræa, in plurali* עִבְרִיוֹת; *nghiurioth hebreæ.*

Tertia regula; nomina, quæ deſinunt in י *iod* 3
in plurali habent ִים*. Et aliquando duo iotim cõtrahuntur in vnum, vt* עִבְרִי *nghiuri hebræus,* עִבְרִים *&* עִבְרִיִּים *hebræi in plurali: dicemus etiam* כְּלִי *cheli vas* כֵּלִים *chelim, Vaſa.*

Quarta regula; nomina ſignificantia duali- 4
tatem non habent plurale, ſed duale quo, v-

tuntur

tuntur vt plurali : Et formant illud à ſingulari addito aim , vt יָד *manus* , יָדַיִם *iadaim duæ manus* עַיִן *nghain , ideſt oculus* עֵינַיִם *nghenaim oculi.*

De articulis. Cap. X I.

CVm nomen ſignificet per modum ſubſtantiæ (vti iam dictum eſt) in principio huius libri, hinc fit vt non varietur per caſus, vti apud Grecos & Latinos, ſi quidem caſus non coguoſcuntur terminatione , ſed præpoſitis articulis, aut præpoſitionibus. Vnde vnica terminatio hebræis ſeruit toti ſingulari : & alia toti plurali. Ad caſuum vero diſtinctionē, articulos vt diximus aſſumunt. Hos articulos in duplici conſtituunt differētia. Nam alij ſunt ſeparabiles, alij inſeparabiles, ſeparabiles dicuntur, qui per ſe dictionem efficiunt, vt אֶל *el, ideſt ad. Inſeparabiles dicuntur, qui non per ſe, ſed ſimul cum nomine dictionē efficiūt, vt* הַשִּׁירִים *haſcirim cantica, vbi* ה *he eſt articulus inſeparabilis . Rurſus ſeparabiles ſunt,* שֶׁל *genitiui, qui raro reperitur in ſacra ſcriptura , & ſi in nominib. cū pronomine cōpoſitis reperiatur, ut ī Cāt.* כַּרְמִי שֶׁלִּי *Carmi ſcelli, i. uinea mea, quæ eſt mihi, vel uineam meam.*[a]

Nomen variatur per cas°. Vnica terminatio ſeruit toti ſingulari: & alia toti plurali. Articuli alij ſeparabiles alij inſeparabiles. Separabiles articuli. Articulus ſcel ſeparabilis reperitur in nominibus cōpoſitis cum pronomine

[a] Cant. 1.6.

Et apud

Et apud Ionā[a] ibi בְּשֶׁלִּי beſcielli, ideſt propter me. אֶל datiui, אֶת accuſatiui communitér notans perſonam patientem vide theſ.[b] מִן min, ideſt à, vel ab, עִם nghim, ideſt cum, ablatiui. Inter hos articulos, & nomen ſequens ſemper ponitur makaph cū ſegol, ut אֶת־הָאָדָם eth haadā ideſt hominē. Aliquando ponitur אֵת cum tſere etiam ſi habeat makaph vide theſau.[c] Tres primi articuli ſeparabiles nempe אֶל el, שֶׁל ſcel et אֶת eth, habēt ſegol. Nominatiuus vero, & vocatiuus non habent articulos ſeparabiles, ſed ſolum inſeparabiles, vt inferius videbimus. Cognoſcitur tamen vocatiuus aliquando in ſcriptura, per dictionis geminationem, vt in Gen.[d] Abraham Abraham, & Hier.[e] terra terra. Præterea notandum, quod cum his articulis ſeparabilibus, poteſt ſimul poni articulus he, inſeparabilis per omnes caſus; ita tamen quod ſemper poſtponatur vt שֶׁל הָאִישׁ ſcel haiſc, ideſt viri אֶל הָאִישׁ el haiſc viro, & ſic de aliis. Aliquando articulus אֶל ſubſtituitur pro אֶת eth, vti R. Dauid Kimhi notat ex Pſalm.[f] ibi אֲסַפְּרָה אֶל חֹק Aſaperah el chok, ideſt prædicās ſeu recitans, aut annunciabo, ſeu recitabo illud præceptū: cui, 70. conſonāt: Dicentes διαγγέλων τὸ πρόσταγμα, ideſt prædicabo illud præceptū, vide theſaurum pagnini nouiſſimum in radice חָקַק chakak

[a] Ionæ 1. 12.
[b] co. 191
makaph ponitur inter articulos ſeparabiles, & nomen cui adiunguntur cum ∴ aliquando cū ··
[c] co. 191
Nominatiuus & vocatiuus nō habent articulos ſeparabiles, ſed ſolū inſeparabiles.
[d] Geneſ. 22. 11.
Vocatiuus aliquando cognoſcitur per dictiōis geminationem.
[e] Hiere. 22. 19.
Cum articulis ſeparabilibus ſimul poni poſſunt inſeparabiles, ſi tamen poſtponantur.
[f] Pſal m. 2. 7.

kak[a] *&* *in dictio.* סִפֵּר *ſaphar*[b] *et in radice* אָלָה *ala*[c]. *Alia loca in quibus* אֵת *pro* אֶל *ſumitur, adducit Io. Froſterus in ſuo diction.*[d] *Videri poſſunt quæ ſcribimus in noſtra anticenturia tertia*[e] *Vnde cũ noſtra vulgata habet, prædicans præceptũ eius, debet explicari, nõ de quolibet præcepto; ſed de ſingulari & excellenti præcepto, quod per emphaſim præceptum dicitur. Articuli inſeparabiles ſunt* ה *he,* ל *lamed,* מ *mem, et* ב *beth. Primus* ה *he ſeruit nominatiuo, & genitiuo, interdum omnibus caſibus. Sed tunc per ſeparabiles cognoſcitur nomen cuius ſit caſus, vt* אֶל הָאֱלֹהִים *el haelohim, ideſt Deo: quo in loco, haelohim, eſſe datiui caſus, per articulũ* אֶל *ſeparabilem cognoſcimus; qui quidẽ* אֶל *eſt datiui. Articulus* ל *lamed eſt datiui; aliquando genitiui, & accuſatiui, vt videbis inferius*[f] *de litteris ſeruilib.* ל *Lamed, Mẽ et beth, ablatiui caſus ſunt. Sciendum tamẽ hos articulos aliquando eſſe præpoſitiones, & relatiua, vt ſuperius hoc eodem libro*[g] *dictum eſt, & omnes fere id adnotare ſolent. Pro punctis aũt quos hi articuli habere debent, notandæ ſunt ſequẽtes regulæ.*

1 *Prima regula, à quauis littera nomen incipiat, articuli inſeparabiles* הלב *ſubſcribuntur cũ pathach, & mem cum hirek, & ponitur dagheſc in litte-*

a Pagin. 784.
b Pagin. 1832.
c Pagin. 102.
d Pagin. 31.
e Cap. 2. confutatio. 3.

Articulus he ſeruit interdum omnib. caſibus.

Articuli inſeparabiles.

f Lib. 6. cap. 9.
g Cap. 6.

Articuli הלב ſubſcribunt cũ pathach & mem cum hirek poſito dagheſc in littera ſequenti, vt denotet præcedentem eſſe articulum.

in littera ſequenti, vt oſtendat præcedentem lit-teram eſſe articulum additum nomini. Et ideo ſubſcribuntur cum pathach, quoniam littera prima nominis venit cum puncto daghesc, quem nō poteſt præcedere punctus principalis, vt הַמֶּלֶךְ *hāmelehc, ideſt Rex:* לַמֶּלֶךְ *lammelech, ideſt regi:* בַּבַּיִת *babbaith, ideſt in domo, & ſic de aliis ſimilibus, tam in ſingulari, quam in plurali.*

Gutturales litteræ faciunt, vt prędicti articuli cum camets & tſere ſubſcribantur.

Secunda regula; quia gutturales non recipiunt daghesc, neque ר *reſc, quando ab illis nomen inceperit, loco pathach recipiunt Kamets, et loco hirek tſere, quia daghesc eſt punctum: & additum pathach efficit Kamets: additum vero hirek fit tſere. Exemplum huius regulæ accipito.* 2

Plur.	à עִתִּים Tempora dicemus הָעִתִּים בְּעִתִּים מֵעִתִּים	Sing.	à עֵת Tempus dicemus הָעֵת בְּעֵת מֵעֵת

Quando vero lamed vice propoſitionum ponitur, etiam ſi ſequatur gutturalis, cum ſceua ſubſcribitur, vt videbis in exemplis adductis per Pagninum[a] *& videnda ſunt etiam quæ ſcribimus libro primo Tobiæ.*

[a] Lib. 1. cap. 19.

Tertia

3 *Tertia regula; duo articuli* ל *lamed &* ב *beth recipiunt ſceua tribus in locis. Primo in regimine genitiui, vt cap. ſequenti explicabitur, & eſt exemplum apertum* בְּדֶרֶךְ הַיָּם *bederehc haiam, ideſt in uia maris* לְקוֹל שָׂרָי *lekol ſarai, ideſt Saræ. Secũdo quando iunguntur nominibus propriis aut locorũ, vt* לְנֹחַ *Noe,* בְּמֹשֶׁה *bemoſceh i. cũ Moſe, ut in Ge.*[a] *Et in Nu.*[b] *dummodo illa nomina propria, non incipiant à ſceuà, vt in regula ſequenti. Tertio, quãdo poſt nomen ſubſtantiuum ſequitur adiectiuum, dũmodo ſit, abſque articulo he, vt* לְגוֹי גָּדוֹל *legoi gadol, ideſt in gentẽ magnam. Nam quando habet articulum he, ſequitur regulas ſuperiores, vt* בְּקֶבֶר הָרָחָב *bacheuer harachau, ideſt in ſepulchro lato, vel longo.*

Articuli ל & ב recipiunt ſceua in tribus locis.

a Gen. 7. 1.
b Num. 12. 1.

4 *Quarta Regula, tres articuli, lamed, beth, & mem, quando præponuntur & adijciuntur nomini incipienti à litera habente ſceua, ſubſcribuntur cum chirek, vt* בִּגְבוּל *biguul, ideſt in termino, vel in confinio,* לִגְבוּל *liguul, ideſt termino, ſeu confinio,* מִגְּבוּל *Miggheuul, ideſt à termino, vel à confinio. Sed ſi prima nominis littera erit iod, cum tamen alias ex natura ſua ſceua eſſet habitura, tunc illud ſceua amittitur, & iod qeſcit in chirek, ut* בִּיהוּדָה *bihuda, i. ĩ Iuda* בִּיהוֹשֻׁעַ *biboſciuang, i. in Ioſue. Aliquando tamen illud*

Articuli lamed mem & beth quomodo ſubſcribantur vbi nomen incipit à ſceua.

ſceua

ſceua remanet, & littera articuli ſubſcribitur pathach, vt in nomine Dei Ieoua, tunc enim cũ articulis dicemus, בַּיְהוָה *Baihoua, i. in domino,* לַיְהוָה *laihoua, ideſt domino. Et cũ articulo mem dicemus* מֵיְהוָה *meiehoua cũ tſere ſub litera mem ideſt à domino. Et ratio eſt, quia cum mem ſtet loco præpoſitionis* מִן *min, & illud nũ ex min auferatur, cuius cauſa littera ſequens deberet affici dageſc, ut illum defectũ nun deſignaret: & tamẽ propter nomẽ Iehoua nõ ſoleat addi daghesc: ideo illud dagheſch ponitur ſub littera mem cum chirek, & ſic efficitur tſere.*

daghesc ponitur in littera poſt mem Articulus ב recipit in ſe. ל nec in ſe, nec poſt ſe.

Quinta regula, quando articuli habent pathach, in littera ſequenti ponitur dagheſc, vti iã dictum fuit regula prima. Beth vero articulus recipit dagheſc in ſe & poſt ſe. Lamed cum eſt articulus nullum neque in ſe neque poſt ſe recipit dagheſc. 5

De Regimine. Cap. XII.

Regimẽ conſtructum, & coniunctum dicitur, & ſtatus ſintacticus. Regimẽ quid.

NOmini adhuc accedit regimen, quod & conſtructum, & etiam coniunctum, & ſinctaticus ſtatus appellatur. Id quod eſt, quando veniunt duo ſubſtanitiua nomina, nam tunc vltimum ſemper eſt in genitiuo,

uo, & primum illorum ſiue in plurali, ſiue in ſingulari ſit, dicitur regere ſecundum, & ideo appellatur regimen. Genitiuus vero, qui regitur dicitur שֵׁם הַנִּסְמָךְ ſcem haniſcmahc, ideſt nomen coniunctum à verbo סָמַךְ ſamach, quod quidem ſignificat cõiungere. In ſingulari maſculino non habet diuerſam formam litterarum ab ea, quã habet in ſtatu abſoluto, ſed punctorum duntaxat, vt pote mutando longa puncta in breuia, ſicuti loco ſuo dicemus. In fœminino ſingulari, cum finitur in he præcedente kamets, mutatur he, in tau, & kamets in pathach, vt תּוֹרָה tora, lex, in regimine dicemus תּוֹרַת. In alijs vero nominibus nulla mutatio fit, nec etiam in plurali fœmineo. In plurali vero maſculino regimen formatur à ſuo plurali, mem excluſo & chirek verſo in tſere, vt ex שִׁירִים ſcirim cantica, dicemus שִׁירֵי ſcirè, & ſic iod præcedente tſere eſt nota regiminis pluralis. In duali, quia finitur in aim, ferè nulla eſt diuerſitas, ſed mutatur pathach in tſere; & punctum chirek cum mem vltimo, excluditur, remanente iod quieſcente vt à שָׁמַיִם ſciamaim, ideſt cœli, dicemus שְׁמֵי ſceme, & à יָדַיִם iadaim manus, dicemus etiã יְדֵי iede manus, & à יָמִים יְמֵי ieme dies, vide tamen theſaurum

Nomen coniunctum dicitur genitiuus, qui regitur,

In fœm. ſing. finito in ה præcedente camets mutatur ה in ת & camets in pathach.

Regimẽ quomodo fiat in plurali maſc.

Iod præcedente tſere eſt nota regiminis pluralis maſculini.

Regimẽ in duali quomodo formetur.

nouiſsimum Pagnini [a] *quibus omnibus adhuc eſt addendum, quod regimen non admittit articulum* ה *& quod in ſacra ſcriptura reperiuntur aliqua nomina coniuncta, quæ tamen veniunt inſtar abſolutorum: quoniam licet ſint in genitiuo, cenſentur eſſe in ſtatu abſoluto, vt in Pſalm.* [b] *ibi manſuetudinem iuſtitiæ: & Deut.* [c] *ibi non plantabis tibi lucum omnis arboris, & Eſai.* [d] *ibi iram indignationis ſuæ. Et aliquando vice verſa abſoluta veniunt inſtar coniunctorum, vt in Eſai.* [e] *plantationes fideles, & in Reg.* [f] *& fecit feneſtras obliquas, & Eſai.* [g] *ibi vitulam triennem. Aliquando Regimen habet poſt ſe plura coniuncta in genitiuo, vt in libro Iob* [h] *ibi non videat riuulos fluminis torrentis mellis, & Butyri. Et in Pſalm.* [i] *ibi filij Ephraim armati mittentes arcum. Et Eſai.* [k] *ibi conuiuium pinguium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ de fecatæ. Et in fine ibi monumenta ſublimium Murorum, &c.*

Præterea notandum, quod forma regiminis genitiui habere ſolet, quædam ſubſtantiua, non ſequente genitiuo, ſed litteris ſeruilibus. vt Eccleſ. [l] *ibi* מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל *ideſt locus quo cadet. Et in libro Reg.* [m] הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *ideſt montes in Gelboe.*

Sic

a Pagin. 928.
Regimẽ non admittit articulum he.
Nomina, quæ licet ſint in genitiuo abſoluta cenſentur.
b Pſalm. 45. 5.
c Deute. 16. 21.
d Eſa. 42. 25.
Nomina abſoluta aliquando cenſentur coniũcta & in genitiuo.
e Eſa. 17. 10.
f 3. Reg. 6. 4.
g Eſa. 36. 5.
Regimẽ habet aliquãdo poſt ſe plura cõiũcta genitiuo caſu.

h Iob 20. 17. i Pſal. 78. 9 k Eſai. 25. 12. Regimen habere ſolet quędam ſubſtantiua ſine genitiuo cum ſeruilibus loco eius. l Eccle. 11. 3 m 2. Reg. 1. 2.

Sic etiam Iob [a] fines ſermonibus. & inferius [b] aliquid repetetur. Reliqua circa regimen ad ſcripturæ intelligentiam, vide latius apud ſantes Pagninum libro ſecundo ſuarum inſtitutionum [c] & in theſauro linguæ ſanctæ verbo נָחַל *nahcal [d] & verbo mana* מָנָה [e]

[a] Iob 18. 2.
[b] Lib. 6. cap. 2.
[c] Ca. 14.
[d] Colũ. 1578.
[e] Colũ. 1415.

De pronomine. Cap. XIII.

PRonomen authore Iſidoro [f] vice nominis ponitur, ne faſtidium generet dum iteratur. Nam cum dicimus Moſes ſcripſit geneſim, addimus pronomen; & ipſe ſcripſit leuiticum; ſicque varietas ſignificationis tollit faſtidium, & ornatum inducit. Pronomẽ ab hebræis dicitur כִּנּוּי *chinnui, i. cognominatio occulta, nam nomine Petri dico, tu, à verbo* כָּנָה *cana, quod eſt occultare nomen alicuius, & uocare noĩe occultò, et nõ proprio, ut in li. Iob [g] & Eſa. [h] vbi de Ciro dicitur, quod aßimilauit eum, ideſt cognominabit eum nomine occulto. Et Eſai. [i] vide latius nouißimum theſaurum. [k]*

Pronomen quare inuentum.
[f] Lib. 1. Ethym. cap. 7.
Pronomen ab hebræis vnde dicatur.
[g] Iob 32. 21.
[h] Eſai. 45. 4.
[i] Eſai. 44. 5.
[k] Colũ. 1188.

PRONOMINVM, aliud eſt primitiuum aliud deriuatiuum, aliud demonſtratiuum, & aliud relatiuum.

Pronominum diuiſio.

Pronomen primitiuũ quid ſit.

Primitiuum dicitur à latinis definitum; quoniam certam diffinit perſonam, vt אֲנִי *ego,* אַתָּה *tu,* הוא *ille,* זֶה *hic vel iſte, ab hebræis* נִפְרָד *niphrad, ideſt ſeparatum, ſiue ſimplex, quod non componitur cum nomine. Eſt enim dictio per ſe, ego, tu, ille, iſte, vel hic. Deriuatiuum dicitur* נִסְמָךְ *niſmahc, ideſt coniunctum ſiue compoſitum, & poſſeſſiuum: quippe, quia nos poſſidere aliquid oſtendit: vt cum dico, meus, diffinio aliquid eſſe meum: & ita verbum meum ſignificat, quod eſt meum, vel illius; quod non habet locum, quando pronomina verbis iunguntur: quoniam tunc actum ſignificant, vt viſitaui te, viſitaſti me. Sunt autem huius deriuatiui pronominis ſex termini. Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, & illorum: quæ in compoſitione reperiuntur, & inde caſus obliqui formantur. Dicuntur etiam huiuſmodi deriuatiua pronomina, affixa, quoniam vnam, & eandem dictionem conſtituunt cum nomine, cui adiunguntur ſeu affiguntur: Si enim à* דְּבָרִי *deuari, hoc eſt verbum meum, tollas illud iod, quod pronomen, conſtituit, nihil ſignificabit per ſe. Sed ſi illud iod affixum fuerit nomini, tunc ſignificat meum.*

Pronomen deriuatiuũ quid ſit.

Pronomen cõpoſitum ſeu deriuatiuũ ſignificat alicuius rei poſſeſſionem quando nominibus affigitur.

Deriuatiui pronominis ſex termini.

Pronomina deriuatiua affixa.

Prono-

Pronomen demonſtratiuum eſt duplex. Nam aliquando demonſtrat rem diſtantem, vt ille, illa, & aliud, quod demonſtrat rem propinquiorem, vt hic, hæc. Aliquando etiã hic, et hæc, demonſtrat rem longinquam, vt Pſalm.[a] ibi iſte Sinai, & in Deute.[b] ibi montem bonum iſtum, vide in theſau.[c]

Pronomen demõſtratiuum duplex.

Aliquando pronomen demonſtratiuũ rei propinquioris demõſtrat rem longinquá.

a Pſalm. 63.9.

b Deute. 3.25.

c Colũ. 561

Pronomen relatiuum dicitur infinitum ab Iſidoro ſuperius citato, quoniam non eſt certe perſonæ, ſed de abſentibus dicitur, & incertis, vt quis, quæ, quod. Et apud hebræos eſt אֲשֶׁר *aſcer, vtriuſque generis, numeri et caſus, & loco illius aliquando ponitur ſolus articulus* שֶׁ *hoc eſt ſcin ſegol annotata. Qua præmiſſa diſtributione, et partitione pronominum, de primitiuis, & aliis aliqua ſpecialius adnotãda sũt, de illis uero, quæ cũ verbis componuntur inferius[d] dicendum nobis erit, ſed nunc primum de primitiuis agendum.*

Pronomen relatiuum quid.

d Lib. 3. cap. 11.

De Pronomine Primitiuo. Cap. XIIII.

PRimitiua igitur pronomina ſunt quatuor, vt dictum eſt nempe, ego, tu, ille, hic, in quibus primæ perſonæ pronomen, tam in ſingulari, quam in plurali eſt commune vtrique

Pronomen primæ perſonæ eſt commune vtrique generi, & vtrique numero

generi. Pronomen vero ſecundæ perſonæ diſtinctas voces habet pro vtroque genere, & in vtroque numero, ſingulari, ſcilicet & plurali. Nã in ſingulari, maſculina terminãtur in ה he ocioſa, fœminea vero in tau ſubſcripto ſceua cum dagheſc. In plurali autem maſculina in תֶּם & fœminina in תֶּן et תֶּנָה. Pronomen primitiuum tertiæ perſonæ, etiam habet voces diſtinctas, in ſingulari, & plurali, tam maſculino, quam fœmineo, nam in ſingulari deſinit in ſciurek ſequente aleph ocioſa, in fœmi. deſinit in vocali chirek ſequente iod, & aleph, vel ſequente vau & aleph ocioſis. In plurali maſcul. deſinit in הֵם vel הֵמָּה; fœmi. vero in הֵן vel הֵנָּה. Quartum pronomen quod reſpõdet nomini Latino, hic, hæc, hoc, habet etiam voces diſtinctas, in ſingulari enim maſc. זֶה vel זו; in fœm. זאת vel זו. In plurali eadem eſt vox vtriuſque generis, nempe אֵלֶּה eleh ideſt hi, & hæ. Diſcrimen autem inter maſc. & fœm. deſumitur & cognoſcitur in plurali ex nomine adiuncto: vt in libris numerorum,[a] vide ibi exempla, quæ ſequuntur.

Secundo notandum, quod licet primitiua pronomina habeant vnicam tantum terminationem pro ſingulari, & aliam pro plurali, vt ex prædictis colligitur, nihilominus tamen habent

ſuos

Pronomen ſecundæ perſonæ diſtinctas voces habet pro vtroque genere & in vtroque numero

Pronomen primitiuũ tertiæ pſonæ habet voces diſtinctas in vtroque genere, & numero

Pronomen reſpondẽs Latino hic hæc hoc habet voces diſtĩctas.

a Num. 26.27. & 35.

Pronomina primitiua habent ſuos caſus quos efficiunt cum articulis cuiuſque caſus.

ſuos caſus obliquos, quos efficiunt cum articulis cuiuſq; caſus iuxta formā pronominis. Vnde pro nomen primitiuū ego, deſeruit aliquādo pro omnibus obliquis, vt in lib. Reg. [a] *ibi* אֲנִי עַבְדְּךָ לֹא קָרָא *aningau decha lo kara, ideſt ego ſeruum tuum non vocauit, hoc eſt, me ſeruum tuum non vocauit. Et in Eccle.* [b] *ſicut accidit ſtulto etiam ego, ideſt mihi eueniet. Articuli, quibus obliqui caſus efficiuntur ſunt* בֵּת *pro accuſatiuo,* ל *et el pro datiuo,* שֶׁל *pro genitiuo,* מִן *&* מ *pro ablatiuo.*

[a] 3.Reg. 26.

[b] Eccle. 2.15.

Articuli obliqui primæ perſonæ

Vnde caſus obliqui primæ perſonæ ſequūtur terminationem ſui nominatiui, & ita in, i, terminātur, ut אֲנִי *; uel in, u, ut* אֲנַחְנוּ *ideſt nos. In ſingulari omnes caſus terminantur in i, vt* שֶׁלִּי *mei, & ſimiles: in plurali vero terminant in, v, vt* שֶׁלָּנוּ *noſtrum, & ſic de reliquis. Obliqui ſecundæ perſonæ terminantur in littera* ך *quæ in maſculino per kamets* ךָ *& fœm. per ſceua* ךְ *ſubſcribitur. In plurali vero maſculino omnes voces terminantur in* כֶם *& fœm. in* כֶן *. Obliqui caſus primitiui nominis tertiæ perſonæ, licet prima pluralis tam maſcul. quam fœmi. aliam terminationem habeat: nihilominus obliqui in maſculino deſinunt in, o, ſequente uau ocioſa, præter ablatiuum pluralem, vt* שֶׁלּוֹ *illius, & ſimilia: & in fœminino in, a, per Kamets ſequente he mapiccato,*

Caſus obliqui primæ perſonæ ſequuntur terminationem ſui nominatiui.

Articuli obliqui ſecundę perſonæ terminatio.

Obliqui tertiæ perſonæ

to, vt שֶׁלָּהּ *illius fœmina vel ſua. In plurali autem maſculino, in* הֵם *omnes caſus terminantur: & in fœmin. in* הֶן. *Aliquando vox maſculina pluralis huius pronominis, quæ eſt* הֵמָּה *id eſt ipſi, accipitur pro fœmin. vt in lib. Ruth.*[a] וְהֵמָּה בָּאוּ *ideſt ipſe, ſeu illæ venerunt. Et etiam vice verſa, vt aliqui dicunt, ſed non reperitur in ſcriptura. Relatiui vero pronominis primitiui, obliqui caſus, fiunt cum additione prædictorum articulorum ad ſuum nominatiuum, vt* שֶׁלָּזֶה *ideſt huius & reliqua ſimiliter.*

Tertio notandum quod plurale huius relatiui pronominis in ſcriptura ponitur frequenter, ſine nomine ſubſtantiuo, & ſine verbum per modum ſuppoſiti, vel appoſiti, vt in Numer.[b] לָאֵלֶּה תֵּחָלֵק הָאָרֶץ *his diuidetur terra. Præterea aduertendum, quod licet iſta duo pronomina,* הוּא *et* זֶה *quæ ſunt ſecũdæ & tertiæ perſonæ, atq; demõſtratiua, cũ adiunguntur nominib. ſubſtãtiuis, poſſint recte in nominatiuo eiſdem ipſis nominibus præponi, & poſt poni, nihilominus tamen in caſibus obliquis, ſemper illis poſtponitur addito articulo* ה. *Peculiare enim eſt linguæ hebreæ, prius ſubſtantiuum proferre, quam eius adiectiuum, vel pronomen, aut participium vt* הָאִישׁ הַזֶּה *vir iſte* הָאִשָּׁה הַזֹּאת *mulier)*

iſta

Aliquando vox maſculina pronominis tertię, pro fœmin. accipit.

[a] Ruth. 1.22.

Relatiui Pronominis primitiui, caſus obliqui, fiunt cũ additione articulorũ ad ſuũ nominatiuum.

Primitiui relatiui plurale, ponitur in ſcriptura ſine nomine

[b] Num. 26.53.

Duo pronoĩa ſecũdæ & tertiæ perſonæ in caſib. obliquis ſemper nominibus poſt ponuntur. Hebræi prius ponunt ſubſtantiuum quam adiectiuum.

iſta , & in plurali הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה *viri iſti.* הַנָּשִׁים הָאֵלֶּה *mulieres iſtæ. Eodem modo in pronomine* הָאִישׁ הַהוּא *vir ille.* הָאִשָּׁה הַהִוא *mulier illa, ſic etiam dicemus* לָאִישׁ הַזֶּה *viro iſti,* לָאִשָּׁה הַזֹּאת *mulieri iſtæ: quæ habent etiam locum in nominibus adiectiuis & genitiuo, quoniam etiam illis hæc duo ſuperiora pronomina* הַזֶּה *&* הוא *poſtponentur, vt in Deute.*[a] *montem bonum iſtum. Et in libr. Geneſ.*[b] *ibi dominus ſomniorum iſte, quo loco Vulgata transferens (ſomniator venit) Omnia comprehendit. Reliquum eſt vt horum pronominum tabellas deſcribamus.*

Poſt nomina adiectiua prædicta pronomina poſt ponuntur.

[a] Deute. 3.25.

[b] Geneſ. 37.19.

Pronomen primæ perſonæ primitiuum.	
Ego	אֲנִי vel אָנֹכִי
Nos.	אֲנַחְנוּ נַחְנוּ אֲנוּ

אֲנוּ *Solum inuenitur Ierem.*[c] *Licet ibidem hebræa biblia in margine notet, variam lectionem.*

[c] Ierem. 42.6.

Prono-

Pronomen ſecundæ perſonæ primituum.

Tu maſc. gen.	אַתָּה
Vos maſc. gen.	אַתֶּם
Tu fœm. gen.	אַתְּ
Vos fœm. gen.	אַתֵּנָה vel אַתֵּן

vox hęc אַתְּ in ſcriptura cum ſit fœm. accepit maſculinæ trib. in locis.

Sed adnotandum eſt, quod hæc vox fœminea אַתְּ *accipitur maſculine; tribus in locis ſacræ ſcripturæ, vt in Nu.*[a] *ibi,* כָּכָה אַתְּ עֹשֶׂה *ſicut tu facis. Vulgata, ſin aliter tibi videtur Et in Deute.*[b] *ibi & tu loqueris nobis. Et Ezech.*[c] *ibi & tu cherub extentus & protegens vide in theſaur. latius*[d] *vbi etiam*[e] *leges hoc pronomen* אַתָּה *ſcribi pluribus in locis ſine he in fine.*

a Num. 11.15.
b Deut. 1.27.
c Ezech. 28.14.
d Colū. 197.
e Colū. 196.

Pronomen tertiæ perſonæ primitiuum.

Ille maſc.	הוא
Illi maſc.	הֵם vel הֵמָּה
Illa fœm.	הִיא vel הִוא
Ille fœm.	הֵן vel הֵנָּה

Pronomen primitiuum Relatiuum tertiæ etiam perſonæ ſingularis.

Hic maſc.	יָהּ vel ‖

‖ *Ali-*

זו *Aliquando eſt communis generis, vt in Eſai.* [a] *ibi* עם זו *ideſt populum iſtum, in quo maſc. & fœm. comprehenditur.*

[a] Eſai. 43.21.

Hæc fœm.	זו vel זאת

Plurale commune.

Iſti & Iſtæ.	אֵלֶּה

Recipit articulos ſeparabiles, vt alia nomina, & eſt commune maſc. & fœm. vt in Numer. [b]

[b] Num. 16.27. & 30.

Terminationes obliquorum.

Primæ ſing.	ִי
Primæ plur.	נוּ
Secundæ ſing. maſc.	ךָ
Secundæ ſing. fœm.	ךְ
Secundæ plur. maſc.	כֶם
Secundæ plur. fœm.	כֶן
Tertiæ ſing. maſc.	הוּ & ו
Tertiæ ſing. fœm.	הּ
Tertiæ plur. maſc.	הֶם
Tertiæ plur. fœm.	הֶן

Relatiui tertię perſonæ.

Sing. maſc.	זֶה vel זה
Sing. fœm.	זאת vel זו

Plurale

Plurale commune.

Iſti & Iſtæ	אֵלֶּה

Exemplum obliquorum primitiui pronominis primæ perſonæ ſing.

Genitiuus ſing. mei	שֶׁלִּי
Datiuo mihi	לִי
Accuſatiuo, me	אוֹתִי
Ablatiuo, à me	מִמֶּנִּי

Pluraliter

Geni. Noſtri	שֶׁלָּנוּ
Dat. Nobis	לָנוּ
Accuſ. Nos	אֹתָנוּ
Ablat. à nobis	מִמֶּנּוּ

Exemplum obliquorum primitiui pronominis ſecundæ perſonæ.

Geni. maſc. ſing. tui	שֶׁלְּךָ
Geni. fœm. ſing.	שֶׁלָּךְ
Dat. maſc. ſing. tibi	לְךָ
Dat. fœm. gen.	לָךְ

Hæc vox fœm. aliquando accipitur maſculine, vt inferius adnotatum videbis.

Accuſ. te maſc.	אֹתְךָ

Accuſ.

Accuſ. Te fœm.	אֹתָךְ
Abla. à te maſc.	מִמְּךָ
Abla. à te fœm.	מִמֵּךְ

Pluraliter.

Geni. Veſtri maſc.	שֶׁלָּכֶם
Geni. Veſtri fœm.	שֶׁלָּכֶן
Dati. Vobis maſc.	לָכֶם
Dati. Vobis fœm.	לָכֶן

Si iſte datiuus ſubſcriberetur cũ tſere ſub כ *, eſſet potius coniunctio illatiua, quæ dicitur propterea.*

Accuſ. Vos maſc.	אֶתְכֶם
Accuſ. Vos fœm.	אֶתְכֶן
Abla. a vobis maſc.	מִכֶּם & מִמְּכֶם
Abla. à vobis fœm.	מִמְּכֶן

Obliquà primitiui pronominis, tertiæ perſonæ ſingularis.

Geni. Sui maſc.	שֶׁלּוֹ
Geni. Sui fœm.	שֶׁלָּהּ
Dat. Sibi maſc.	לוֹ
Dati. Sibi fœm.	לָהּ
Accu. Se maſc.	אוֹתוֹ
Accuſ. Se fœm.	אוֹתָהּ
Abla. A ſe maſc.	מִמֶּנּוּ vel מִנֵּהוּ vel מֶנְהוּ

Ablatiui huius diſcrimen & ablatiui ſingularis primæ perſonæ.

מִמֶּנּוּ *hic ablatiuus eſt omnino ſimilis ablatiuo ſingulari primi pronominis primæ perſonæ, ſed ex lectione ſententiæ & contextura orationis eorum diſcrimen aſſequeris.*

Abla. A ſe, fœm.	מִמֶּנָּה

Plurale.

Geni. Illorum	שֶׁלָּהֶם
Geni. Illarum	שֶׁלָּהֶן
Dati. Illis maſc.	לָהֶם
Dati. Illis fœmi.	לָהֶן
Accuſ. Illos	אוֹתְהֶם vel אֹתָם
Accuſ. Illas	אֶתְהֶן vel אוֹתָן
Ablat. Ab illis maſc.	מֵהֶם
Abla. Ab illis fœm.	מֵהֶן

Obliqua pronominis relatiui tertiæ perſonæ ſingularis.

Geni. Huius maſc.	שֶׁל זֶה
Geni. Huius fœm.	שֶׁלּזֹאת
Dati. Huic maſc.	לָזֶה
Dati. Huic fœm.	לָזֹאת
Accuſ. Hunc,	אֶת זֶה
Accuſ. Hanc	אֶת זֹאת

Abla.

Abla. Ab hoc.	מִזֶּה
Ablat. Ab hac.	מִזֹּאת
Plurale.	
Geni. Horum.	שֶׁל אֵלֶּה
Iſtud plurale אֵלֶּה *Aliquando reperitur cum Zere ſine he, & aliquando vt hic, vide theſaurum Pagn.*[a]	
Geni. Harum	שֶׁל אֵלֶּת
Dati. His maſc.	לְאֵלֶּה
Dati. His fœm.	לְאֵלֶּה
Accuſ. Hos	אֶת אֵלֶּה
Accuſ. Has	אֶת אֵלֶּה
Abla. Ab his cõmune	מֵאֵלֶּה

[a] Colũ. 102.

Poſtremo notandum, quod in his obliquis ſecundæ perſonæ terminatis in ךְ *quando fuerit finis periodi, mutantur, & ponuntur fœmininæ terminationes, pro maſculinis, ut Deute.*[b] לָתֵת לָךְ *ideſt ad dandum tibi, & in Prouerb.*[c] תַּנְחֶה אֹתָךְ *ideſt reget te. Et idem fit quando componuntur Alij articuli, ſeu præpoſitiones, aut aduerbia, quæ ſub nõie* מִלָּה *comprehenduntur, cum eodem pronomine ſecundæ perſonæ ſingularis, vt pro* שֶׁלְּךָ *dices* שֶׁלָּךְ *ideſt tui: pro* לְךָ *dices* לָךְ *tibi ſimiliter* בָּךְ *In te pro* בְּךָ *in te &* עִמָּךְ *tecum, & hæc de pri-*

Pronomina obliqua ſecundę perſonæ terminata in ךְ in fine periodi licet maſculinæ ſint terminationis, commutanť pro fœmineis.

[b] Deute. 7.17.

[c] Prou. 6.22.

de primitiuis ſufficiant.

De deriuatiuis. Cap. XV.

Nominis compoſitio cum ꝓnomine eſt plus neceſſaria, quá verborũ compoſitio cũ pronominib.

a Lib. 3. cap. 11.

NOminum cõpoſitio cum pronominibus, plus cognitu neceſſaria eſt, quã cõpoſitio verborum cũ pronominibus, ut inferius dicemus.[a] *Quippe, quia nominis ſignificatio, ſiue ſententia aliter, quam per compoſitionem exprimi hebraice nequit, vt* תּוֹרָתִי *lex mea. Sententia vero verborum fit, & per additionem accuſatiui pronominis verbo factã, vt* הָאֱלֹהִים פָּקַד אֹתִי *Deus viſitauit me & per eandem compoſitionem, ut* פְּקָדַנִי *ideſt viſitauit me. Vnde oportet, vt de huiuſmodi compoſitione agamus, & circa pronomina deriuatiua, compoſita, aut affixa, adhuc adnotemus regulas ſequentes.*

Pronomina deriuatiua efficiuntur additis terminationibus.

Prima regula, hebræi cum uolunt deriuatiua pronomina, ſeu affixa, efficere, non utuntur aliis nominibus, vt in aliẏs idiomatibus fit, ſed additis quibuſdam duntaxat literis in terminationibus, pronomen formant: vt רוּחַ *ideſt ſpiritus, ſi volumus dicere ſpiritus tuus dicemus* רוּחֲךָ. *Fit autẽ pronomen ſeu affixum maſc. à ſingulari cuiuſuis nominis, addito iod punctato chirek'. & aliquando punctis permutatis, vt hoc eodem libro*[b] *dicemus*

Pronomen maſculinũ formatur à ſingulari addito iod & fœ. à ſuo ſingulari murato ה in ת. & iod.

b Ca:17.

dicemus. Fœminina ſimiliter formant à ſuo ſingulari; at quando deſinunt in ה he, mutant illud in tau, vt à צְדָקָה ideſt iuſtitia, fit, צִדְקָתִי ideſt iuſtitia mea.

Pronomina deriuatiua pluralia à pluralibus formantur.

2 Secunda regula: pluralia etiã à pluralibus formantur, ideſt poſt totam terminationem pluralis nominis, adduntur terminationes pluralis pronominis: vt apparet in fœmineis nominibus, quæ habent ſingulare maſculinum, & plurale fœminum, & è contra; vt אָב Pater, & in plurali אָבוֹת patres, iuxta uocem fœmineam. Et in compoſitione pronominis ſingularis facit אָבִי aui pater meus, et ĩ plurali אֲבוֹתַי patres mei. Quod pronomẽ quomodo in plurali cum ו vau poſt ב beth reperiatur, videre poteris theſau.[a] & infra ante caput ſextum decimũ. Ponetur eius compoſitio per omnes caſus cum compoſitione nominis בְּכֹר bechor, ideſt primogenitus, quod in plurali induit formam fœmineã, hoc modo בְּכוֹרוֹת bechoroth, ideſt primogeniti, & in compoſitione plur. facit בְּכוֹרוֹתַי primogeniti mei.

[a] Colũ. 12. & ſe.

Pronomen in plurali habet interpoſitũ iod ad decernẽdum ſingulare à plurali.

3 Tertia regula: in plurali pronominis ſemper ponitur י iod ante terminationem ipſius pronominis, vt inde intelligatur, diſcrimen, quod eſt inter ſingulare, & plurale huiuſmodi, vt דְּבָרֵנוּ deuarenu verbum noſtrum, in plurali vero dici

mus & deuarenu, ſed iod interpoſito, vt דְּבָרֵינוּ *verba noſtra.*

Terminationes deſeruiētes affixis, aliæ sūt à terminationibus deſeruientibus verbis, & aduerbiis.

Quarta regula, aliæ ſunt terminationes deſeruientes quando nomina pronominibus adiungun tur. Aliæ quando cum pronominibus, aduerbia, aut uerba cōponuntur. Quādo aūt nomē coniun gitur ꝓnomini, ſequētes terminatiōes deſeruiūt.

Terminationes variç deſeruientes affixis.

Terminationes primæ perſonæ tam maſcul. quàm fœmin.	
Singul.com. נִי & ' hoc eſt iod poſt chirech	Plur.com. נוּ & ' hoc eſt iod poſt pathach
Secundæ perſonæ.	
Singul.maſcul. ךָ	Singul. fœm. ךְ
Plur.maſculin. כֶם	Plur.fœmin. כֶן
Terminationes tertiæ perſonæ.	
Maſculin. ו	Fœmin. ה & הָ
Plurale.	
Pl.maſc. מוֹ et ם et הֶם	Plur.fœmin. ן & הֶן

Hæ terminationes deſeruiunt quando nomen coniungitur pronomini; cum uero uerbis, aut aduerbijs, deſeruient ſequentes.

Pri-

Primę ſing.com.	־ִי & ־י	Primę plur.	נוּ
Secundę maſc.ſin.	־ְךָ	Secundę fœm.ſin.	־ֵךְ
Sccundæ maſc.pl.	כֶם	Secundę fœm.pl.	כֶן
Tertię maſc.ſing. נוּ. הוּ. וּ. ו & מוֹ		Tertiæ fœm.ſingula. נָּה, הָ, ה	

Iſtud נוּ *cum dagheſc nota tertiæ perſonæ pronominis in ſingulari, vt patet Pſalm.*[a] *ibi* תַּעְטְרֶנּוּ *coronabis eum, ſcilicet iuſtum. Sine eo eſt nota primæ perſonæ pluralis, vt* צִפִּינוּ *ideſt expectauimus. Thren.*[b]

Nucum dagheſc eſt nota tertię pſonę ſingul. ſine eo ẽ nota primæ perſonę plural.

[a] Pſalm. 5. 13.
[b] Thren. 4. 17.

Tertię plur.maſcul.	הֶם & ם & מוֹ
Tertię plur.fœmin.	הֶן ן

Tabula præcedentium regularum. Affixum ſeu compoſitum pronomen primę perſonæ, quę eſt communis generis.

Verbum meum	דְּבָרִי
Verba mea	דְּבָרַי
Verbum veſtrum	דְּבָרֵנוּ
Verba veſtra.	דְּבָרֵינוּ

Secundæ perſonæ maſc.

Verbum tuum	דְּבָרְךָ
Verba tua	דְּבָרֶיךָ
Verbum noſtrum	דְּבַרְכֶם
Verba noſtra.	דִּבְרֵיכֶם

Fœmin.

Verbum tuum	דְּבָרֵךְ
Verba tua.	דְּבָרַיִךְ

Verbum veſtrum Verba veſtra.		דְּבַרְכֶן דִּבְרֵיכֶן
Tertiæ perſonæ maſc.		
Verbum ſuum Verba ſua Verbum eorum Verba eorum.		דְּבָרוֹ דְּבָרָיו דְּבָרָם vel דִּבְרֵיהֶם דְּבָרֵימוֹ
Fœmin. tertiæ perſonæ.		
Verbum ſuum Verba ſua. Verbum earum Verba ſua.		דְּבָרָהּ דְּבָרֶיהָ דְּבָרָן דִּבְרֵיהֶן

Pronomina quatuor tertiæ pſonæ formantur à regimine plurali.

ᵃ Ca. 18. regulà 8. in fin.

Singulare ſecundæ perſonæ hēt accentū in vltima & in fine periodi ſceua mutatur in ſegol cum accentu.

Singulare iſtud differt à plurali interiecto, iod

Sceua ſub gutturali mutatur in chateph pathach.

Gutturales amāt

Quatuor hæc pronomina הֵם *&* כֶּן *&* כֶם *&* הֶן *formantur à regimine plurali, de cuius forma ſcribemus inferius* [a].

Primo eſt aduertendum, quod illud ſingulare ſecundæ perſonæ דְּבָרְךָ *verbum tuum, habet accentum in vltima, & quando ponitur in fine periodi, ſceua mutatur in ſegol cum accētu: quia eſt aliquāto productior: & differt à plurali* דְּבָרֶיךָ *ſolo iod, quod eſt nota pluralis. Si tamen littera ſub qua futurum eſt illud ſceua fuerit gutturalis, mutatur ſceua in chateph pathach, quod punctum amant gutturales loco ſceua,*

vt à

vt à nomine רוּחַ ſpiritus, efficiemus in pronomine ſecundæ perſonæ רוּחֲךָ ſpiritus tuus, pro רוּחֲךָ & ita loco ſceua ponitur chateph patach ſub ח cheth

Nomina ſimplicia ad normã affixorũ terminãtur.

Secundo aduertendum, reperiri aliqua nomina ſimplicia, quæ terminantur ad normam horum affixorum primæ perſonæ, & ſolum litteræ contextu, & ſententia ab illis diſcernuntur: vt in Geneſ.[a] ibi בְּנִי אֲתֹנוֹ filius aſinæ, non bene diceretur ſecundũ Zamoren.[b] filius meus aſinæ ſuæ. Sed quidquid ille dicat illud בְּנִי beni, eſt pronomen & ita vult dicere fili mi aſinam ſuam alligabit. Ita transfert etiam noſter vulgatus dicens, o fili mi aſinam ſuam quantumcunq; Oleaſter luſitanus conſentiat Zamoren. item apud Hierem.[c] ibi וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנָי ideſt & aperuit ſibi feneſtras & non intelligamus aperuit ſibi feneſtras meas, ſed ut noſtra habet Vulgata, qui aperit ſibi feneſtras. Similiter nomina in iod terminata adiuncta genitiuo, licet habeant formam pronominis, vt ſimplicia nomina, ſunt accipienda. Sine genitiuo vero, vt compoſita cum pronomine: uerbi gratia, cũ dicimus אֲבִי יִשַׁי Aui Iſciai; i. pater Iſai אֲחִי אַבְרָם frater Abram. Tollentes enim caſum genitiui erunt affixa, uidelicet pater meus, frater meus. Habent tamen aliquam difficultatem hæc duo nomina, in cõpoſitione tertiæ

[a] Geneſ. 49.11.

[b] Lib. 2. cap. 6. ſuarum inſtit.

[c] Hiere. 22.14.

Nomina ſimplicia in iod finita geniti uo adiũcta quãdo ſunt pronomina.

perſonæ, ſi quidem nõ ſeruant normam aliorum. Vnde dices אָבִיו *idest pater eius, vel illius, & in ge. fœm.* אָבִיהָ *auiha. Similiter dicemus* אָחִיהוּ *uel* אָחִיו *i. frater eius, & in ge. fœm.* אָחִיהָ *frater eius fœminæ. Ex quibus colliges regulã generalẽ, nẽpe, pronomina nominibus affixa poſſeßionẽ ſignificare. Oſtẽdunt nãq; rem per nomẽ expreſſam, in poſſeßione et poteſtate eſſe illius, quæ habet affixum; ut veſtis illius, verbum illius. Hinc radicẽ trahit commune Iuriſtarum axioma aſſerentium, pronomina tuus, ſuus, dominium importare condictio.*

De compoſitione nominis fœminini cum pronomine.

Primæ perſonæ communis gener.

Lex mea	תּוֹרָתִי
Leges meæ	תּוֹרוֹתַי
Lex noſtra	תּוֹרָתֵנוּ
Leges noſtræ.	תּוֹרוֹתֵינוּ

Secundæ perſonæ maſc.

Lex tua	תּוֹרָתְךָ
Leges tuæ	תּוֹרוֹתֶיךָ
Lex veſtra	תּוֹרַתְכֶם
Leges veſtræ.	תּוֹרוֹתֵיכֶם

Se-

Secundæ perſonæ fœmin.	
Lex tua	תוֹרָתֵךְ
Leges tuæ	תוֹרוֹתַיִךְ תוֹרוֹתַיְכִי
Lex veſtra	תוֹרַתְכֶן
Leges veſtræ.	תוֹרוֹתֵיכֶן
Tertiæ perſonæ maſc.	
Lex ſua	תוֹרָתוֹ
Leges ſuæ	תוֹרוֹתָיו
Lex eorum	תוֹרָתָם
Leges eorum.	& תוֹרוֹתֵיהֶם תוֹרוֹתָם
	תוֹרוֹתֵימוֹ
Tertiæ perſonæ fœmi.	
Lex ſua	תוֹרָתָהּ
Leges ſuæ	תוֹרוֹתֶיהָ
Lex illarum	תוֹרָתָן
Leges earum.	תוֹרוֹתֵיהֶן

Similiter variabis nomina illa, quæ habent ſingulare maſculinum & plurale fœmininum, aut è conuerſo; vt à nomine בְּכוֹר *id eſt primogenitus, quod eſt ſexus maſculini in ſingulari, ſed in plurali obſeruat formam fœmineam uidelicet* בְּכוֹרוֹת *primogeniti. Sic efficies pronomen primæ perſonæ.*

Primogenitus meus	בְּכוֹרִי
Primogeniti mei	בְּכוֹרוֹתַי
Primogenitus noſter	בְּכוֹרֵנוּ
Primogeniti noſtri.	בְּכוֹרוֹתֵינוּ

Secundæ perſonæ maſc.

Primogenitus tuus	בְּכוֹרְךָ
Primogeniti tui	בְּכוֹרוֹתֶיךָ
Primogenitus veſter	בְּכוֹרְכֶם
Primogeniti veſtri.	בְּכוֹרוֹתֵיכֶם

Fœmin. ſecundæ.

Primogenitus tuus.	בְּכוֹרֵךְ
Primogeniti tui.	בְּכוֹרוֹתַיִךְ בְּכוֹרוֹתָיְכִי
Primogenitus veſter.	בְּכוֹרְכֶן
Primogeniti veſtri.	בְּכוֹרוֹתֵיכֶן

Tertiæ perſonæ maſc.

Primogenitus eius.	בְּכוֹרוֹ בְּכוֹרֵהוּ
Primogeniti ſui.	בְּכוֹרוֹתָיו
Primogenitus eorum.	בְּכוֹרָם
Primogeniti eorum.	בְּכוֹרוֹתֵיהֶם vel בְּכוֹרוֹתֵימוֹ

Tertiæ fœmin.

Primogenitus ſuus.	בְּכוֹרָהּ
Primogeniti ſui.	בְּכוֹרוֹתֵיהֶן

Eodem

Eodem modo ab hoc nomine אָב *pater for matur plurale ſecundum terminationem fæmin.* אָבוֹת *patres, & in compoſitione ſic dicemus, in prima perſona.*

Pater meus.	אָבִי
Patres mei.	אֲבוֹתַי
Pater noſter.	אָבִינוּ
Patres noſtri.	אֲבוֹתֵינוּ

Pronomen ſecundę perſonę maſc.

Pater tuus.	אָבִיךָ
Patres tui.	אֲבֹתֶיךָ
Pater veſter.	אֲבִיכֶם
Patres veſtri.	אֲבוֹתֵכֶם

Fœmin. ſecundæ perſonæ.

Pater tuus.	אָבִיךְ
Patres tui.	אֲבוֹתַיִךְ
Pater veſter	אֲבִיכֶן
Patres veſtri.	אֲבוֹתֵיכֶן

Pronomen tertiæ maſc.

Pater ſuus, vel illius	אָבִיו אֲבִיהוּ
Patres eius	אֲבוֹתָיו
Pater eorum.	אֲבִיהֶם
Patres eorum.	אֲבוֹתֵיהֶם אֲבוֹתָם &
	אֲבוֹתֵימוֹ

Tertiæ

Tertiæ fœmin.	
Pater ſuus.	אֲבִיהָ
Patres ſui.	אֲבוֹתֶיהָ
Pater earum	אֲבִיהֶן
Patres earum.	אֲבוֹתֵיהֶן

De mutatione punctorum. Cap. XVI.

Mutationes punctorum confuſe tradūtur ab authoribus.

MVtationes punctorum confuſè nimis pertractantur ab authoribus cum ea tractatio (ſummopere alias neceſſaria) dilucidiſſimam exigat traditionem. Idcirco materiam hanc, à prima radice exordientes, hoc capite adnotabimus loca in quibus puncta mutari debeant; & quæ mutationi huiuſmodi obnoxia ſint. Primo igitur ſciendum in quatuor locis unum punctum pro alio poni. In regimine genitiui, ī. formatione pluralis, in cōpoſitione pronominis, ſiue cum verbo, ſiue cum nomine: ultimo quando eſt finis periodi. Quid vero ſint, formatio pluralis, & compoſitio pronominis, & regimen, ſatis dictum manet ſuperius [a]*. Finis periodi dicitur quādo eſt media clauſula, ſiue comma, quæ ipſis hebræis eſt* ˆ *& appellatur* אַתְנַח *athnahc, aut quando clauditur integro puncto tota periodus, quam ipſi notant hoc ſigno* · *, cui cōmuniter adiungi*

Pūctum pro alio pūcto in quatuor locis ponitur.

a Cap. 9. 12. & 13 cum ſeq. hoc li. 2.

Quid finis periodi.

iungi

iungi ſolent duo pũcta, poſt dictionẽ prædicto accẽtu affectam, ut עַמּוֹ nghãmo, i. populus eius. Et notant סוֹף פָּסוּק de quibus ſatis diximus[a] ſuperius. Vicem periodi habent quidam accentus, nempe Zachef Katon, reuiah, ſegula, paſech, & ſcilſceleth; quorũ figuras require ſuperius.[b] Non tamen hi oẽs accentus mutant pũcta (excepto athnahc & ſoph paſſuch) qui ſẽper pũcta mutãt. Et mutatio eadẽ quæ ſub his duobus fit, in aliis ẽt facienda erit, vbi pũcta permutari cõtingerit. Vnde finis periodi hac in re exiſtimabitur, quãdo aliquis horũ accẽtuum dictionẽ afficit. Præterea adnotandũ eſt quod quãdo in fine periodi, fit mutatio (quia tũc fit pauſa) vocalis breuis trãſit in lõgã, & hoc in prima ſyllaba ex duab. vltimis, vt pro שֶׁמֶשׁ ſcemeſc, i. ſol, dices in fine clauſulæ: שָׁמֶשׁ Vnde ex ſegol breui, factũ eſt Kamets lõgũ. Cæterũ in regimine, quia duo noĩa quodãmodo fiũt vnũ: mutãt puncta lõga in breuia, & hoc in vltima ſyllaba primi noĩs, vt מִקְדָשׁ cum Kamets ſub ר, in regimine dicemus מִקְדַּשׁ יְהוָה ſanctuarium domini: loco Kamets ponitur pathach in vltima ſyllaba primi nominis. Regimen ergo, & periodus contrarias habent mutationes.

Secundo notandum ad vniuerſum mutationis negotium, tã in noĩbus, quam in verbis, quod

Kamets

[a] Libr. 1. cap. 20.

Accẽtus habẽtes vicẽ periodi.

[b] Libr. 1. cap. 21.

Finis periodi qñ exiſtimabitur.

Vocalis breuis fit longa in fine periodi in prima ſyllaba ex duab. vltimis.

Pũctum longum in breue mutatur in regimine in vltima ſyllaba primi nominis.

Pũctorũ contrarias mutationes habent regimen & periodus.

Kamets, tſere, ſegol: in omnibus nominibus, demptis monoſyllabis, quando ſunt in prima ſyllaba ſi debeat fieri mutatio, mutātur in ſceua, et cholē in chateph kamets, hoc in uniuerſum uerū inuenies, vt דָּבָר *verbum in plurali* דְּבָרִים *verba* מֶלֶךְ *Rex* מְלָכִים *reges* קֹדֶשׁ *Sāct' in plura.* קֳדָשִׁים *ſancti.*

Mutatio facienda in ſceua ſi ſub gutturalibus fiat dēt fieri in chateph pathach

Tertio notandum, quod omnis mutatio, quæ fit in ſceua, quando facienda fuerit, ſub gutturalibus loco ſceua ponitur chateph pathach, tam in nominibus, quam in verbis. Quare hoc ſemel ſit animaduerſum, ne in quauis regula illud idem repetere cogamur, ut חָכָם *ſapiens in plurali* חֲכָמִים *ſapientes pro* חְכָמִים, *& ſimiliter* עָנָן עֲנָנִים *nganànim, ideſt nubes, pro* עְנָנִים.

daghesc ponitur quando littera finalis mutatur in mediam niſi præcedat kamets.

Quarto notandum, quod quando littera finalis mutatur in mediā, ipſa media recipit daghesc niſi præcedat kamets, vt דְּרָכִים *derahcim viæ à* דֶּרֶךְ *via, quoniam tunc etiam ſi finalis mutetur in mediam, daghesc non ponetur propter præcedens kamets. Et quando amittitur aliqua littera, in remanenti ponitur, vt abunde demonſtrauimus*[a] *de daghesc forti. Hæc autem amiſsio, accidit quando ex verbo duplicato, ideſt quod geminat aliquam literam, nomen deducitur, ut ex* חָקַק *chakak, ideſt ſculpere, deducitur nomen,* חוֹק *chok, ideſt præceptum, in quo amiſſum eſt unum*

daghesc ponitur in littera remanenti quando littera amittitur & hoc cū littera ēt remanet i medio.

a Lib. 1. cap. 15.

ק *koph*

ק *kopħ & in remanenti ponitur dagheſc cum eſt in medio; vt* חֻקִּים *chukim, ideſt præcepta. Præterea, quando punctum longum mutatum eſt in breue, ponitur etiam dagheſc in ſequenti littera, quoniam punctum correptum cum dagheſciatur, eandem vim habet cum longo, vt* כַּף *caph id eſt palma ſeu manus,* כַּפַּיִם *capaim palmæ* לֵב *cor* לִבּוֹת *corda. Quod procedit in his in quibus punctum longum eſt mutatum in correptum: ſed vbi punctum mutatur in ſceua, prædicta locum non habẽt. Si quidem poſt ſceua mobile dagheſc minime ponitur in littera ſequenti, vt* [a] *dictum fuit, vt* דָּבָר *verbum* דְּבָרִים *verba. Vbi vero neceſſum fuerit ut ponatur dagheſc in aliqua littera præcedente vocali longa (cum illud poſt vocalem longam non ponatur) mutari debet tunc temporis, quæuis uocalis longa in breuem, ſuæ ſpeciei; vt kamets in pathach, & tſere in ſceua, & cholem in chibuts, vt clarius oſtendemus cap. ſequẽti in regulis monoſyllaborum. Exemplum accipe, à* דַּק *dak ſubtilis fit* דַּקִּים *dakim, ideſt ſubtiles: quoniam finalis Koph mutatur in mediam, ideo recipit dagheſc, et Kamets mutatur in pathach. Sic ex* תּוֹם *tom perfectio, fit* תֻּמִּים *perfectiones, hcolem in chibuZ mutato.*

dagheſc ponitur in littera ſeq. quãdo punctum lõgum mutatur in breue.

Pũctum correptũ cum dagheſc eãdem vim habet cũ longo.

dagheſc non ponitur in littera ſequent. etiã ſi pũctum lõgum in correptũ mutetur quando illud pũctum eſt ſceua.

[a] Ca. 15.

dagheſc neceſſario ponẽdo, vocalis longa debet mutari in breuẽ ſuæ ſpeciei.

De muta-

De mutatione monoſyllabarum.
Cap. XVII.

PRo huius capitis expeditiori intellıgentia, aliquæ regulæ præponendæ ſunt.

Prima igitur ſit. Monoſylla- 1
ba habentia Kamets in regimine mutant in pathach, iuxta naturam ipſius regiminis, de quo ſupra iam adnotatum eſt. [a] *In aliȷs locis, ſcilicet in plurali, pronomine & periodo; nihil mutant, vt ſequenti exemplo demonſtratur.* שַׂר שָׁלוֹם *ſar ſcialom, ideſt princeps pacis cũ pathach: pro* שָׂר *cum kamets quoniam in regimine Kamets conuerti debuit in pathach. Sed in plurali; in compoſitione pronominis, & in extremo periodi ſuum Kamets immutabile ſemper ſeruat; vt* שָׂרִים *ſarim principes:* שָׂרִי *ſari princeps meus.* רָאָה שָׂר *Raa ſar, ideſt vidit princeps. Sed* כָּל *ideſt omne; mutat Kamets in Kibbuts in compoſitione pronominis; vt* כֻּלָּנוּ *i. omnes nos:* כֻּלָּם *omnes illi;* כֻּלְּכֶם *ideſt omnes vos. Si tamen ſecunda littera fuerit gutturalis, etiam extra caſum regiminis poteſt cum pathach ſubſcribi, vt* אַח *ach frater* פַּח *pach laqueus.*

Secunda regula (quam recentiores quidam tradidere) tria nomina monoſyllaba habentia pa-

Regulæ monoſyllaborũ.
Monoſyllaba in regimine mutant kamets in pathach in aliis caſibus nihil.
[a] Lib. 2. cap. 16. not. 1.
כָּל Mutat Kamets In kibbuts in compoſitione ꝓnominis
Gutturalis monoſyllaba extra regimen. Mutat Kamets ĩ pathac.
Nomina tria monoſyllaba mutant ſuũ pathach ĩ chirek cum dagheſc in littera ſequen. in plurali & in compoſitione pronominis.

tia pathach illud mutant in chirek cum dagheſch in littera ſequenti, in plurali, & pronomine, vt גַּת torcular גִּתִּים ghittim torcularia, גִּתִּי torcular meū, בַּת filia, בָּנוֹת filiæ, בִּתִּי filia mea, Similiter ī monoſyllaba פַּת bucella panis, פִּתִּים bucellæ et פִּתִּי bucella mea. Sed tamen decipiuntur, cum vltra prædicta tria monoſyllaba, alia non pauca reperiantur, quæ etiā illud mutant in chirek, cum dagheſc in littera ſequenti: vt מַס ideſt tributum, vt in Geneſ.[a] in plurali format מִסִּים vt in lib. Reg.[b] & סַף ideſt poſtis, in plur. סִפִּים Amos[c] alia require, à R. Dauid Kim. in libro Michlol tract. de Monoſyll. Vnde verà regula eſt, quod monoſyllaba habentia pathach, in plurali & in affixo illud retinet vt plurimum cum dagheſc in littera ſequenti, ut סַל ideſt caniſtrum, in plur. סַלִּים, & דַּל pauper in plur. דַּלִּים pauperes & שַׂק ideſt ſaccus, in plur. שַׂקִּים ſacci, & in affixo שַׂקּוֹ ſaccus eius.

[a] Geneſ. 49. 15.
[b] 1. Reg. 5. 13.
[c] Amos. 9. 1.

3 Tertia regula monoſyllaba habentia tſere; in regimine mutant in ſegol, vt שֶׁם יְהוָֹה nomen domini. Aliquando tamen mutāt tſere in pathach vt קֵן i. nidus, et in regimine קַן צִפּוֹר nidus auis. In alijs locis fere nihil mutāt, vt גֵּר peregrinus, גֵּרִים peregrini. Multa tamen in plurali, & pronomine mutant tſere in chirik cum dagheſch in littera

Monoſyllaba habentia tſere mutant illud in chirek tſere in plura. & pronomine poſito dagheſc in littera ſequent.

littera ſequenti, vt קֵץ finis, in plurali קִצִּים fines, et קִצִּי finis meus. עֵת ngheth tempus, etiam format plurale, & pronomen eodem modo, vt עִתִּים tempora עִתִּי tempus meum. Quam normam ſeruãt alia ſimilia nomina vt חֵךְ palatum; חֵץ ſagita: לֵב cor: עֵט calamus, עֵז neghez capra, נֵס vexillũ: שֵׁן dens, אֵם mater. Sed אֵל el, Deus in plurali habet chateph ſegol אֱלֹהִים elohim. Duo tamen ſunt monoſyllaba, quæ ſemper cum ſegol ſcribuntur; articulus, nempe אֶל el, & dictio פֶּן ideſt ne forte & כֶּן chen ideſt ſic, & הֶן hen ideſt ecce, ſequente tamẽ machaph, aut dictione monoſyllaba. Vide Kimchi loco citato vbi reperies nomina & aduerbia mutantia tſere in ſegol intercedente makaph.

Monoſyllaba quæ ſemper cum ſegol ſcribuntur.

Monoſyllaba habẽtia chirik nihil mutant niſi עִיר

4 Quarta regula: nomina monoſyllaba habentia chirek nihil mutant, in plurali, nec in extremo periodi, regimine, & pronomine. Vnde à שִׁיר ſcir ideſt canticum dicemus, in plurali שִׁירִים ſcirim cantica, & in pronomine שִׁירִי canticum meum, & in regimine שִׁיר יְהוָה canticum domini. [a] Hanc eandem formam ſeruabunt nomina ſimilia, vt אִישׁ iſc vir, דִּין din iudicium סִיר ſir, olla: dempto עִיר nghir ciuitas: nã in plurali format עָרִים ciuitates. Et יוֹם iom dies, in plurali יָמִים iamim, dies, & ראש Roſc caput, et in plurali רָאשִׁים

[a] Pſalm. 13.7.

raſcim

raſcim, capita. Quibus adiungenda ſunt monoſyllaba habentia ſciurek, quia in nullo caſu aliquid mutant, ut אור *ticio,* גור *catulus, & ſimilia.*

Monoſyllaba habētia ſciurech nihil mutant.

Monoſyllaba habētia cholem nihil mutant niſi in duobus caſibus

Sexta regula monoſyllaba habentia cholem ut אור *lux,* אות *ſignum, & ſimilia nihil mutant niſi in duobus caſibus, uidelicet ſi deſinunt in littera finali, aut deſcenduut à verbo duplicato, quia in his mutant cholem in kibbuts in plurali, & pronomine, ſi quidem in his caſibus ultima littera ſingularis habet neceſſario dagheſc, et quia illud non ponitur poſt vocalem, longam merito cholem mutatur in kibbuts, quæ breuis eſt. In regimine, & periodo nihil mutant. Accipe ergo exemplum ex verbo* עָזַז *fortificare, nomen ex illo verbo deſcēdens eſt* עוז *fortitudo, monoſyllabum cum cholem, in plurali efficiet* עֻזִּים *fortitudines, in pronomine* עֻזִּי *fortitudo mea, & ſimiliter à verbo* תָּמַם *perficere dicitur* תּוֹם *perfectio, & in plurali* תֻּמִּים *perfectiones & in pronomine* תֻּמִּי *perfectio mea, & in regimine* תּוֹם אָדָם *perfectio hominis.*

De mutatione biſſyllaborum. Cap. XVIII.

Pro quorum explicatione ſunt etiam ſequentes regulę plurimum notandæ.

PRima regula nomina biſſyllaba habentia Kamets in prima & in ſecunda, vel aliam quamcunque vocalem longam, in periodi extremo nihil mutãt; quippe, quia ambæ vocales ſunt longæ, & periodus gaudet vocalibus longis, vt דָּבָר *verbum* נָחָשׁ *ſerpens,* רָשָׁע *impius. In plurali autem, pronomine, & regimine, prima vocalis mutatur in ſceua; ſecunda vero minime, niſi in duobus caſibus; nempe in regimine, & in pronomine plurali tam fœmin. quàm maſcul. ſecundæ perſonæ, vt* דְּבַרְכֶם & דְּבַרְכֶן *verbum veſtrũ, habet enim iſtud pronomẽ hac ĩ re regiminis naturã. In his igitur duobus caſibus et in regimine, ſecũda uocalis ſi eſt kamets, aut tſere, mutatur ĩ pathach, ſi fuerit alia vocalis non mutatur; vt* דָּבָר *verbum, in plurali* דְּבָרִים *verba, in pronomine* דְּבָרִי *verbum meum, in regimine* דְּבַר יְשַׁעְיָהוּ *verbum*

Biſſyllaba habẽtia kamets in prima & in ſecũda nihil mutant in fine periodi.

Period⁹ gaudet vocalib. longis.

Biſſyllaba mutant primam vocalẽ longam in ſceua in plurali pronominis & in regimine: ſecundam vero minime niſi ĩ duobus caſibus.

Biſſyllaba mutant ſecundam vocalem longam in regimine & in pronomine plurali ſecundæ perſonę deuarechẽ & deuarchen. Si fuerit alia vocalis quæ non ſit longa non mutatur.

bum Iſaiæ. Hæc regula ſemper eſt vera in maſculinis, & fœmininis ſubſtantiuis. Subſtantiua, uero, & adiectiua cognoſces ex ſuperius traditis hoc libro,[a] et etiam ex ſignificatione, vt קָמָה *i. excelſa, quod adiectiuum eſt, & nihil mutat in plurali ſuo,* קָמוֹת *excelſæ. At vero* שָׁנָה *annus ſubſtātiuum eſt fœ. & in regimine mutat Kamets primum in ſceua, & ſecundum in pathach, ut* שְׁנַת *in regimine plurali* שְׁנוֹת *anni.*

Secunda regula biſſyllaba, quæ habent tſere in prima, & Kamets in ſecunda, mutant omnino, ac ſi eſſent primæ regulæ. Et ideo in periodi extremo nihil mutant, quia ambæ ſunt longæ, vt לֵבָב *cor. In alijs caſibus tſere in ſceua tranſit immutata ſecunda, vt in plurali* לְבָבִים *leuauim, ideſt corda, & in compoſitione pronominis* לְבָבִי *leuaui cor meum. Secunda vero vocalis Kamets, in regimine mutatur in pathach, vt* לְבַב חָנֵף *ideſt cor hypocritæ. Si habent aliam vocalem in ſecundo loco, quæ non ſit Kamets, nihil mutant præter ea, quæ dicemus regula quarta.*

Tertia regula: biſſyllaba habētia in prima pathach, & in ſecunda iod cum chirek, in fine clauſulæ mutant pathach, in Kamets, in reliquis locis mutāt pathach in tſere excluſo chirek quod

Hæc regula ſēper eſt vera in maſculinis & fœmininis ſubſtantiuis.

[a] Cap. 2.

Adiectiuum intelligitur etiā ex ſignificatione.

Biſſyllaba habētia tſere in prima & kamets in ſecunda mutant omnino ac ſi eſſent primę regulæ.

Biſſyllaba habētia in prima pathach & in ſecunda iod cum chirek in fine clauſulæ mutant pathach in kamets & in reliquis mutant pathach in tſere excluſo chirek quod erat ſub iod.

erat ſub iod, ut אַיִל ail aries, אֵילִים elim arietes, אֵילִי aries meus, in regimine אֵיל, quamuis ſit punctum longum. Sic יַיִן vinum; format plurale יֵינִים vina, et in regimine יֵין ut in Geneſ.[a] Eſai.[b] & Cant.[c] לַיְלָה laila nox, in plurali לֵילוֹת leloth, noctes, ut in lib. Reg.[d] & Iob[e] & in regimine לֵיל Eſai.[f] Exod.[g] זַיִת Zaith oliua, in plurali זֵיתִים Zethim oliuæ, & in regimine זֵית & pronomine זֵיתִי oliua mea. Excipiuntur tria nomina, quæ in plurali uariant, ut בַּיִת baith. domus, בָּתִּים domus חַיִל fortitudo, et חֲיָלִים fortitudines, עַיִר pullꝰ aſini עֲיָרִים pulli, in affixis ſeu pronomine, regimine, & periodo mutant vocales ut dictum eſt בַּיִת domus בֵּיתוֹ domus eius.

Quarta regula: biſſyllaba habentia duplex ſegol, ideſt vnũ in prima, & aliud in ſecunda, aut ſegol & tſere, aut pathach & ſegol: in plurali mutant primum, in ſceua, ſecundum in kamets, ut דֶּרֶךְ via דְּרָכִים viæ, ſimiliter סֵפֶר i. liber, in plurali סְפָרִים libri, זֶרַע ſemen, זְרָעִים ſemina. In regimine ſingularis numeri nihil mutant. In periodo mutatur ſegol in Kamets. Alia puncta nihil mutant, ut שֶׁמֶשׁ ſol, in fine clauſulæ שָׁמֶשׁ. In affixis ſeu pronominibus, ſi prima uocalis eſt tſere, mutatur ĩ chirek, aut ſegol; ſi ſegol, mutatur in chirek aut pathach, ſecũda autẽ ſæpe

tranſit

a Geneſ. 19.32.
b Eſai. 5. 12.
c Cant. 7. 9.
d 1.Reg. 30.12.
e Iob 2. 13.
f Eſai. 16 3.
g Exod. 12.42.

Tria nomina in plurali variant.

Biſſyllaba habentia duplex ſegol aut ſegol & tſere aut pathach & ſegol mutant in plurali primũ ſegol in ſceua & ſecundũ in Kamets.

In affixis ſi prima vocalis eſt tſere mutatio fit in ſegol aut chirek, ſi prima eſt ſegol mutatur in chirek aut pathach.

tranſit in ſceua. Aliquando in kamets, vt סֵפֶר *liber* סִפְרִי *liber meus: ſi incipiant à* ח *vel* ע *obtinēt ſegol in prima, vt* עֵרֶךְ *ordo, in pronomine* עֶרְכִּי *ordo meus; ſic etiam* חֵלֶק *pars,* חֶלְקִי *pars mea. Quæ mutant ſegol, vt* מֶלֶךְ *Rex* מַלְכִּי *Rex meus* בֶּגֶד *veſtis* בִּגְדִי *veſtis mea, ſecunda vocalis in his omnibus ſemper mutatur in ſceua. Alia uero mutant ſecundam vocalem in Kamets, vt* עֶבֶד *ſeruus* עֲבָדִים *ſerui,* עֲבָדָיו *ſerui eius;* דֶּרֶךְ *via* דְּרָכִים *uiæ* דְּרָכֶיךָ *viæ tuæ.*

Biſſyllabahabētia cholem in prima & ſegol in ſecunda mutant in chateph kamets & ſegol aliquādo in ſceua aliquando in kamets.

Quinta regula: biſſyllaba, quæ habent cholem in prima, & ſegol in ſecunda, in plurali, & affixis mutant cholem in chateph kamets: & ſegol aliquando in ſceua, aliquando in kamets, ut קֹדֶשׁ *ſanctus,* קָדָשִׁים *ſancti* קָדְשׁוֹ *ſanctus eius,* חֹדֶשׁ *Menſis* חֳדָשִׁים *menſes* חָדְשִׁי *menſis meus. Si tamē littera, ſub qua eſt ſegol, ſit gutturalis, tranſmutantur puncta, nam in prima erit Kamets, in ſecunda chateph Kamets vt* אֹהֶל *ohel tentorium, & in regimine pluralis* אָהֳלֵי *tentoria* אָהֳלִי *aholi tentorium meum. Et ſi habeant aliud punctum poſt cholem, nihil mutant, vt* כּוֹכָב *ſtella,* כּוֹרֵם *vineator,* כּוֹבַע *galea.*

A Nominibus maſculinis formantur aliquando fœminina addito ה he in fine pręcedente & facta punctorum mutatione ſecundum regulas p̄dictas.

Sexta regula: à nominibus maſculinis formantur aliquando fœminina addito ה *he in fine præcedente kamets, & mutantur puncta*

ſecundum regulas præcedentes, ac ſi formaretur pluralis. Seruit tamen illa regula generalis Kamets, tſere, & ſegol, quãdo ſunt in prima mutantur in ſceua, et cholē in chateph Kamets. Nec ſere vnquam eſt alia mutatio, vt גָּדוֹל *magnus* גְּדוֹלָה *magna,* אִישׁ *vir, in fœminino* אִשָּׁה *virago ac ſi dicas vira.*

Regula generalis quod chateph kamets & tſere mutatur in ſceua.

Septima regula: omnia nomina triſſyllaba, aut quadriſſyllaba, per duas ultimas vocales regulãtur ac ſi eſſent biſſyllaba habentia duplex ſegol, vt מֶלֶךְ *rex, de quo in quarta regula. Quæ habent hcolem, et ſegol, mutant, vt* קֹדֶשׁ *de quo in quinta regula. Quæ habent duplex Kamets, primum illorum, in plurali, pronomine, & regimine mutant in ſceua. Et ſi in prima littera illius dictionis fuerit aliud ſceua, hoc ſceua primæ litteræ fit chirek, ne duo ſceuaim concurrant in capite dictionis; ſi non fuerit ſceua in prima illius dictionis, ſolum mutatur primum kamets in ſceua vt dictum eſt. Exempla eorum, quæ habent duplex ſegol, & mutant, vt* תִּפְאֶרֶת *corona* תִּפְאַרְתִּי *corona mea, ſimiliter* אַדֶּרֶת *magnificentia* אַדַּרְתִּי *magnificentia mea quæ mutant vt* מֶלֶךְ. *Exempla eorum, quæ habent duplex kamets & ſceua in prima* בְּרָכָה *benedictio* בִּרְכָתִי *benedictio mea, ſic etiam* צְדָקָה *iuſtitia,* צִדְקָתִי *iuſtitia mea. Exemplum*

Nomina triſſyllaba aut quadriſſyllaba per duas vltimas vocales regulantur.

Duo ſceuaim in capite dictionis non concurrant.

plum habentium cholem, & ſegol, ut קְטֹרֶת chetoreth ſuffimentum קְטָרְתִּי ſuffimentum meum. Omnia alia nomina, quæ in dictis non ſunt comprehenſa regulis, nihil mutant.

Octaua regula: quãdo in regimine plurali in prima littera eſt ſceua, et in ſecunda kamets, hoc Kamets tranſit in ſceua, & quia in prima erat etiam ſceua, ne duo ſceuaim concurrant in initio dictionis primum ſceua mutatur in chirek. In nominibus vero quartæ regulæ mutatur nõ ſolũ in chirek, ſed etiã in pathach, aut ſegol, vt דְּבָרִים uerba, in regimine ſic formare debet דְּבָרֵי mutato Kamets ſecũdæ litteræ, in ſceua; ſed quoniã duo ſceuaim non poſſunt cõuenire dicemus דִּבְרֵי. verba et nõ דְּבְרֵי Nomina quartæ regulæ, ut מֶלֶךְ Rex מְלָכִים Reges: in regimine non מְלְכֵי dicemus, ſed מַלְכֵי reges. Sic à חֲלָקִים partes חֶלְקֵי partes, à סְפָרִים ſepharim סִפְרֵי ſifre libri. Fœminea noĩa in regimine pluralis iuxta regulam generalem nempe Kamets, tſere, & ſegol in ſceua, Similiter etiã nomina monoſyllaba, quæ in plurali fiunt biſſyllaba mutant hoc modo, vt בָּנוֹת filiæ in regimine בְּנוֹת צִיּוֹן filiæ Sion דָּג dag piſcis דָּגִים piſces דְּגֵי in regimine. Ab hoc regimine formãt ut quatuor pronomina de quibus meminimus ſupra cap. decimoquinto.

De mutatione regiminis pluralis quñ prima littera eſt ſceua & ſecunda habet kamets.

Fœminina noĩa in regimine plurali mutant.

Monoſyllaba quæ in plurali fiunt biſſyllaba hoc etiã modo mutant.

Poſtremo aduertendum eſt, hebræos confuſionum ſtudioſiſsimos, metaphoras quaſdam, & confictas ponderum, trutinarum, & proportionum rationes adinueniſſe, ut difficilem hanc punctorum mutationem nobis traderent difficiliorem, & obſcuriorem, uti apud Leuitam, & plures alios videre eſt. Quæ quidem nominum pondera, nihil aliud ſunt, quam quædam generales regulæ ortographiæ, quibus ſanæ uniuerſam omnium nominum mutationem metiuntur, & põderant, ea reducentes ad duplex Kamets, uel ad Kamets, & tſere, vel ad duplex ſegol, & ſimiles formas, atque differentias punctorum. Nos vero metaphoricos hos terminos à noſtra hac pertractatione lubenter exploſimus, ne huius adunationis dilucidationem obſcurarent. Qua in re etiam recentiorum intricationes conſulto repudiauimus. Quantum vero hanc noſtram diligẽtiam boni conſulere debeas ſtudioſe lector, res ipſa facillime tibi demonſtrabit. Hæc igitur ſatis ſint vt ad uerborum regugulas & doctrinam ſequenti libro accedamus.

Pondera nominum q̃d ſint.

סָלִיק

LIBER

LIBER TERTIVS

DE VERBO.

De verbi diffinitione,& diuiſione. Cap. I.

VErbum eſt dictio cum tempore ſignificans actionem, vel paßionẽ, vel aliud quodpiam accidens. In quo differt à nomine, quod quidẽ li. præced.[a] diximus, eſſe dictionem ſignificantem ſine tempore. Dicitur verbũ apud hebræos, פֹּעַל deriuatum à verbo פָּעַל. Antiquitus namque, hoc ipſo verbo panghal coniugabant: & in verborum quoque exemplis, nominumque ſimilitudinibus dandis, eo vtebantur. Ac proinde ab eo coniugationes denominabantur. Eſt autem פָּעַל idem, quod operari, ſeu agere, atque ideo verbum, actionem, paßionem, & alia accidentia proprie complectitur. Tres vero literas, triplicis illius impariſque numeri myſterium (quo Deus ſane gaudet) et partitionem, ſectãtes: uerbo attribuerunt. A, tertia perſona præteriti ſingularis incœperunt, uel quoniam illa ſeruilibus carens litteris, eſt propria radix verbi

à qua

Verbũ quid.

Verbũ in quo differt à nomine

[a] Lib. 2. cap. 2.

Verbũ quare panghal dicebatur.

Verba quare à tertia perſona pluralis incipiant.

Verbũ primum in oratione incipit à tertia perſona.

Thema ſeu radix dicitur tertia perſona.

a qua quidem radice tanquã à prima fontis origine principium ſumũt. Vel forte, quia in ſacra conditi orbis hyſtoria prius uerbũ poſitum in tertia perſona reperitur, ut בָּרָא *bara, i. creauit, uti aduertit Pagninus.* [a] *Haſce tres litteras, tertiæ perſonæ* שֹׁרֶשׁ *ſcioreſc, ideſt radicem, ſiue thema uerbi appellarunt. De qua quidẽ radice inferius*[a] *radicitus pertractabimus.*

Primam litteram verbi, פ*, ſecunduam* ע*, ter tertiam* ל*, nuncupant, quia in præfato uerbo pãgal tres hæ litteræ hoc ordine diſpoſitæ ſunt. Quare ſi verbũ incipiat à nun dicitur* פֵּא נוּן *pe num quaſi dicat prima littera verbi eſt nun: ſi velis dicere ſecundam eſſe vau, dices nghain vau, ſi tertiam iod, dices lamed iod. Seruit autẽ iſthæc denominatio, imperfectis & irregularibus verbis. Quam ob rem aduertendum verbum bipartiri, in verbum perfectum, & in verbum imperfectum. Verba perfecta (quæ* שְׁלֵמִים *ſcelemim dicuntur) illa ſunt quæ ex tribus litteris thematis nullam amittunt inter coniugandum, vt* שָׁמַר *id eſt cuſtoduit* פָּקַד *uiſitauit. Imperfecta ſunt, quæ dicuntur* אַבְנֵי גָזִית *ideſt lapides ſecti. Et illa ſunt, quorũ aliqua thematis littera amittitur, aut quieſcit. Verba igitur imperfecta in triplici differentia reperiũtur defectiua, quieſcẽtia, et duplicata.*

[a] Lib. 3. hebraicarum inſtit. c. 6. [b] Lib. 6. cap. 5.

Pe nun ſignificat primam litterã verbi eſſe nun. nghaim vau ſignificat ſecũdam eſſe vau. Præcedens denominatio ſeruit verbis imperfectis & irregularib. verbum duplex perfectũ & imperfectum. verbum perfectũ quid. Verba imperfecta. verbum imperfectum triplex, defectiuum quieſcens, & duplicatum.

Defe-

Defectiua ſũt quæ incipiũt, à נ nũ, uel י iod, uel ל lamed, et dicuntur חֲסֵרִים chaſerim, i. defectiua. Quieſcẽtia (q̃ ẽt dicũtur נָחִים nachim) ſunt, in q̃b. aliqua ex literis eheui q̃eſcit, ſiue in principio, medio, aut fine. Aleph nãq; ĩ principio, et ſine, q̃eſcit, vt אָמַר amar, ideſt dixit מָצָא maza inuenit. He in fine tantum; vau ſolum in medio, iod in initio, aut medio quieſcunt, vt patet in verbo גָּלָה gala reuelare & in verbo בּוֹן aut בִּין bin intelligere, & in verbo יָשַׁב ſedere. Dicitur aleph & iod quieſcere in initio, non quod in themate, ſed quod inter coniugandum quieſcant. Si tamen verbum incipit à nun, & deſinat in quieſcente, vt נָטָה extendit, aut ſi incipiat, & deſinat in quieſcente ut יָפָה pulcruit, dicitur ordo compoſitus; ordo compoſitus ex duobus namque generibus verborum conflatur, vt videbimus inferius. [a]

Aleph & iod non in themate verborũ quieſcẽtium q̃eſcũt, ſed inter cõiugandum.

Verba duplicata (ab hebræis כְּפוּלִים chephulim) illa dicuntur in quibus geminatur aliqua litera, vt סָבַב circuire, vti repetemus inferius.[b] *Quibus accedit uerba monoſyllaba (vt בּוֹן) etiam imperfecta cenſeri. Si quidem inter coniugandum amittunt aliquam litteram thematis: quod quidem in illis eſt infinitiuus; vt paulo inferius* [c] *videbimus. Si tamen requiras, cur priſci authores verba illa magis perfecta, & imperfecta nun-*

Infinitiuus in monoſyllabis eſt thema verbi & nõ tertia pſona.

a Lib. 5. cap. 1.

b Lib. 4. cap. 25.

c Lib. 4. cap. 13.

cu-

cuparunt, quam omnia imperfecta, uel è conuerſo, nullum aliud quidam præſtarunt reſponſum, quam quod ſic priſcis magiſtris, ob varias verborum ſignificationes, et accidentia placuit. Sed propria ratio (vt puto) eſt quia inuenerunt verba quorum nulla littera thematis inter coniugandū amittebatur: & alia quorum littera thematis amittebatur, vnde merito prima perfecta dixerunt, cum illis nihil ex ſua radice deeſſe uidiſſent: poſteriora imperfecta, ob illam deficientiam vel quieſcentiam litteræ. Illa vero ratio, Pagnini.[a] de motu locali ſimpliciter & corruptione, aut priuatione magis ad Phyſicorum & Philoſophorum ſcholam, quam ad elemētariam hanc inſtitutionem pertinet.

[a] Pag. li. 3. cap. 2.

De alia verborum diſtinctione. Cap. II.

Verba tranſitiua & intranſitiua.

Conſideranda eſt adhuc alia verborum diſtinctio: nam quædam ſunt tranſitiua, alia intranſitiua (quæ & neutra à latinis tractatoribus grammaticalibus et hebræorum magiſtris dicuntur.) Alia nuncupātur actiua & alia communia, & deponentia, & alia paſſiua.

In tranſitiua neutra ſunt.

Verbum tranſitiuum, quod פֹּעַל יוֹצֵא *dicitur, i. verbum*

Verbum tranſitiuum qd

uerbum exiens, eſt cuius operatio extra proficiſcitur: ut שָׁמַר *cuſtodiuit,* פָּקַד *viſitauit. Cuſtodia enim & uiſitatio: ſunt operationes tranſeuntes, à cuſtodiente, & viſitante, in cuſtoditũ, & viſitatum, & ſic de alijs ſimilibus.*

verbum intranſitiuum quid.

Intranſitiuum nuncupatur פֹּעַל עוֹמֵד *i. verbum abſolutum, & immanens: operatio namque illius, non tranſit extra, in paſſum ab agente diſtinctum, vt* אָבַל *luxit,* כָּשַׁל *corruit,* הָלַךְ *ambulauit* עָמַד *ſtetit,* יָשַׁב *ſedit, & ſimilia. Quibus conſequũtur, uerba ſignificantia motũ, aut ſitum, intranſitiua fore, cũ ab agente in paſſum minime tranſeant: ſed in ipſo agẽte maneant, ut patet in proximis exemplis. Hac tamen in re ſunt adnotanda ſequentia.*

Duo officia verbi tranſitiui.

Primo, verba tranſitiua habere duo præcipua officia: nẽpe extra progredi ex natura ſua, licet oratione noſtra ſtare cogatur, ut cum loquimur, ſed ſubſiſtimus interloquendum vt dixit, locutus eſt, & ita transfert actionem ſuam in alterum tantum. Secundum officium eſt tranſire in alterum, & ab illo in tertium. Et ſic dicitur tranſitiuum tertij: vt cum facio te ſcribere litteras: nam illa actio, nõ ſolum tranſit in alterum, ſcilicet in ſcribentem, ſed & in litteras, quæ ſunt tertium, in quod tranſit actio. Vnde fit, quod licet in

Tranſitiuum tertij.

cet in duo patientia ſint verba tranſitiua, vt doceo te grammaticam, nihilominus in ſcriptura vnius tantum patientis ſit mentio, & interdum vtriuſque, vt aduertit Pagninus loco adducto[a]

Secundo notandum omne verbum, cui Iungitur dictio, quæ rem notat patientem, ut אֵת*, uel pronomen paßiuum, dici verbum tranſitiuum, vt* בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *i. creauit Deus cœlum, & terram, vt in Geneſ.*[b] *ubi Bara, ideſt creauit, eſt verbũ tranſitiuum, quoniam ei coniungitur eth, denotans rem patientẽ: et in Deut.*[c] *nonne eſt pater tuus, qui poſſedit te, vbi poſſedit habet pronomen patiens.*

Tertio notandum, quod verba abſoluta, & intranſitiua non ſuſcipiunt pronomina paßiua, ut me, te, ſe, non enim dicimus ſtetit te, ſtetit me, nec dictionem ſignificantem rem patientem, de qua ſecundo notab. diximus. Nec etiam habent participia paßiua, ſiue participium habitus, de quo inferius[d]*, & ita à verbo* עָמַר *ſtetit non deducemus* עָמוּר*; nec à verbo* נָפַל *cecidit, cõficitur participium* נָפוּל*, & ſimiliter à verbo* הָלַךְ *ambulauit, minus dicemus in partticipio habitus* הָלוּךְ*. Sunt tamen qui dicunt, uerba huiuſmodi intranſitiua paßiuam habere irregulariter, augendæ ſignifi-*

Verba tranſitiua ĩ duo patiẽtia. Earum quę ſũt tranſitiua in tertium, ſit mentio in ſcriptura vno tantum expreſſo interdũ vtroque patiente

[a] Pagn. 227. cũ ſeq.

Verbum cui iungitur dictio denotans rem patientem vel pronomen paſſiuũ eſt tranſitiuum.

[b] Geneſ. 1.1.

[c] Deute. 32.8.

Verba intranſitiua non ſuſcipiũt pronomen paſſiuum. Pronomina paſſiua. Dictio ſignificans rem patientem. [d] Ca. ſeq. Verba in tranſitiua non habent participia paſſiua. Verba intranſitiua habent paſſiuum participium irregulariter vt augeant ſignificationem.

ſignificationis gratia, ut הָלַךְ *ambulauit* נִהֲלֵךְ *ambulare celerius.*

Quarto notandum tranſitiuum, & intranſitiuum, in vna, eademque coniugatione reperiri, vt cap. ſequēti videbimus. Ac proinde ex intrā-ſitiuo, poterit uerbum tranſitiuum confici, ut יָשַׁב *ideſt ſedit, quod eſt verbum intranſitiuum, formatur verbum tranſitiuum* הוֹשִׁיב *ideſt ſtare fecit in cōiugatione tertia. Et de ea re ex veterum authoritate multa tradit Pagninus quem uide*[a]

Quinto aduertendum omnia verba tranſitiua, quorum operationem extra proficiſci diximus: eſſe quidem actiua: nam verbum actiuum eſt, quod operatur, & agit, נָכָה *verberauit,* פָּקַד *viſitauit, ſicuti paßiua ſunt, quæ patiuntur, vt* נִפְקַד *uiſitatus eſt, & etiam* נִכָּה *verberatus, aut percuſſus eſt, vt in lib. Reg.*[b]

Neutra dicuntur verba, quæ nec agunt, nec patiuntur, vt שָׁכַן *ideſt habitare, & manere,* דָּבַק *adhæſit, & ſimilia. Quo fit, vt ſicuti tranſitiua ſunt actiua: ita intranſitiua & abſoluta merito (vti in principio diximus) neutra appellantur. Reperiuntur tamen neutra, in voce actiua, & aliquando in paßiua, ſemper tamen manent intrāſitiua, cuius rei exēpla ſuperius ſunt adducta.*

verbum intranſitiuum & verbum tranſitiuum in vna eademque coniugatione poteſt reperiri.

Ex intrāſitiuo pōt confici tranſitiuum.

[a] Lib. 3. inſt. c. 2. pag. 211.

Verba tranſitiua ſunt verba actiua verba paſſiua quæ patiuntur.

[b] 2. Reg. 11. 18.

Neutra ſunt intranſitiua & è contra.

Neutra in voce actiua & aliquando in paſſiua reperiuntur, manent tamen ſemper intranſitiua.

Verba communia. a Pſalm. 119.90. b Pſalm. 37.24. Participia vocis actiuę & participia vocis paſſiue quomodo ſignificent. Verba deponētia quæ dicātur. c Eſa. 26. 3.

Porro verba communia ſunt, quæ agunt, & patiuntur, vt כּוֹנֵן *quod eſt verbum quadratū, & ſignificat parare aliquem & paratum eſſe, vnde legimus in Pſalm.* [a] כּוֹנַנְתָּ אֶרֶץ *ideſt firmaſti ſeu paraſti terram. Et Pſalm.*[b] *à domino greſſus viri* כּוֹנָנוּ *ideſt parati ſunt. Participia vocis actiuæ uerborum communium, aliquando ſignificant paßionē, & èconuerſo. Participia vocis paßiuæ aliquando ſignificant actionem: ut ex* בָּטַח *confidit, fit participium,* בָּטוּחַ *ideſt confiſus, qui confidit, ut in Eſai.* [c] *ibi,* בְּךָ בָּטוּחַ *i. in te fidit, quodcum participium paßiuum ſit, habet ſignificationē actiuam ſecundum aliquos. Quibus tamen accedit, alia eſſe apud hebræos verba, quæ latinorum more, deponentia dicuntur: quippe, quæ habent paßiuam, & actiua carent, & nihilominus actionem ſignificant, vt* נִשְׁבַּע *qui iurauit, &* נוֹתַר *remanſit. Sunt, & alia verba carentia participijs vtriuſque vocis tam actiuæ, quàm paßiuæ, loco quorum adiectiua nomina ponuntur, vt* קָרַב *carau, ideſt acceßit,* רָחַק *rachak, ideſt receßit, à quibus uerbis deriuantur hæc nomina adiectiua, videlicet à verbo* קָרַב *deriuatur nomen* קָרוֹב *propinquus, & à verbo* רָחַק *deriuatur* רָחוֹק *ideſt longinquus.*

Verba aliqua carent participiis vocis actiuę & paſſiuæ loco quorum ponuntur nomina adiectiua.

De his,

De his, quæ verbis accidunt. Cap. III.

VErbo, ſicut & nomini plura accidunt, quorum cognitio ad hanc noſtram tractationem per neceſſaria eſt. Septem igitur proprietates, uel accidentia verbo adueniunt nempe. Verbo plura accidunt ſicut & nomini Septem verbi accidentia

1.Vox	4.Numerus
2.Modus	5.Genus
3.Tempus	6.Perſona.
7.Coniugatio.	

Vox duplex actiua & paſſiua.

Vox eſt duplex, actiua, & paſſiua, ut בִּקֵּר uiſitauit, & נִבְקַר viſitatus eſt, actiua vox, ab Elia[a] parens vocatur, & paſſiua proles ab actiua, tanquam à parente producta & genita. Eſt tamen, aliqua vox, quæ parẽs, & proles (hoc eſt, actiua, et paſſiua) ſimul eſt; vt ſtatim in verbis, quæ & agunt, & patiuntur videbimus, & in quarta etiam coniugatione.

[a] Elia orat. 1. c. lem 1. Actiua dicitur parens. Paſſiua proles. Vox aliqua parens & proles ſimul.

Modus in triplici reperitur differentia, nam alius eſt indicatiuus, alius Imperatiuus, & alius infinitiuus. Indicatiuus apud hebræos non ſolet nominari, & quando nominatur per præteritũ (quod quidem eſt primum indicatiuum tempus) Modus triplex indicatiuus, Imperatiu9 & infinitiuus. Indicatiuus per præteritum nominatur

Indicatiuus vnde dicatur. *explicatur. Et dicitur indicatiuus* הַוָּה *à verbo* הָוָה *ideſt eſſe. Et ſyriace indicatiuus deriuatur à verbo* חַוִּי *ſyriaco, hoc eſt indicare, ſeu demonſtrare, vnde ſerpētem (quæ hebraice dicitur nahcaſc* נָחָשׁ*)* Serpens vnde ſecundum ſyros. *ipſi ſyri appellant* חִוְיָא *hoc eſt nuncius, quoniam Eua indicauit, nuntiauitq́ fructum vetitum, & ipſa Adamo, viro ſuo. Qua de cauſa etiam ipſam Euam* Eua vnde dicta ab hebræis & ſyris. *(quam hebræi* חַוָּה *à vita dicunt, eo quod ſit omniū viuentium rationis participum mater) ipſi ſyri ab indicando dictam putant, vti placuit Bart. Cephæ in libro de paradiſo, quem diligentiſſimus Guido Fabritius Boderianus in ſuo ſyro Chaldaico dictionario probat verbo chaue'* חַוִּי[a] a Pag 63 col. 1. *Verum ipſi non aduertunt textum ſcripturæ ſacræ. vt in Gen.*[b] b Gen. 3. 20. *eā appellaſſe* חַוָּה *ideſt Eua, ea de cauſa, quoniam fuit, uel eſt mater omnium viuentiū, ſiue omnis viuentis, quod idem eſt; idque multum diſtat à ſignificatione ſerpentis. Quāuis Clemens Alexandri. in orat. adhortatoria ad græcos pag. 9. referat ſignum orgiorum Bacchicorum eſſe, ſerpentē ſignificatā per Euā, cuius nomē ait hebraice ſerpentē fœminā ſignificare. Fallitur tamē cū Eua, à viuendo hebraice dicta ſit. Vnde non eſt uerū eam dici ab indicādo. Nec in Ge.*[c] d. ca. 3. Geneſ. *eſt verbum* חַוָּה*, ſed verbū* חָיָה *chaia, quod uiuere ſignificat, quia uau ponitur loco iod, ſunt enim litteræ cheui adinuicē*

permutabiles, ut iam diximus.[a] Nec puto verũ, quod quidã dixit, exinde Adã appellaſſe Euã vitam ironice, eo quod ea cauſa mortis fuerat. Nã ſcriptura ſacra cãm impoſitiõis huius nõis, Eua, ſtatim exprimit, quia ſcilicet mater omniũ viuẽtium fuit, unde nõ eſt cur aliam cãm excogitemus. Similiter falſum puto aſſerere, quod Adã iratus cõtra Deum nomẽ illud uita & ironice Eua impoſuerit, eo quod Deus interitũ homini intentauerit. Nam iſtud ẽt eſt cõtra ſcripturã, nec eſt uériſimile primũ parentẽ ira cõtra ſuum Deum qui eũ iuſte puniebat efferbuiſſe. Hac obiter dicta ſint ppter occaſiones radicis hui⁹ indicatiui.

Imperatiuus ab hebræis dicitur צווי à uerbo צִוָּה præcipere, iubere, & imperare. Et ſolet in duplici differẽtia imperatiu⁹ reperiri. Nã alius eſt deprecatiuus, ut miſerere mei, & exaudi orõnem meã,[b] uerba mea aurib. percipe domine. Alius cõminatorius, uel ironicus, ut in Eccl.[c] ibi שְׂמַח lætare iuuenis ĩ adoleſcẽtia tua, quaſi dicat lætare, et uidebis, q̃ tibi in nouiſſimo tuo eueniẽt tibi. Et ſimile eſt exẽplum in ppheta Amos[d] Ingredimini bethel, & p̃uaricamini. Et in Threnis[e] ibi Gaude, et lætare filia Edõ, & in Ezech.[f] Vnuſquiſq; ad Idola ſua ite, & colite & ſi alij aliter explicent, ut uidere poteris apud Pagninum[g] & in theſauro nouiſſimo uerbo שְׂמַח[h].

Litteræ cheui ad inuicem permutabiles.
[a] Lib. 1. cap. 7.
Adã appellaſſe Euam vitã ironice falsũ.
Adam iratũ contra Deũ Euam à vita nominaſſe falsũ eſt.
Imperatiuus vnde dicat.
Imperatiuus duplex deprecatiuus & cominatorius aut ironicus
[b] Pſal. 4. 2. & 5. 1.
[c] Eccleſ. 11. 9.
[d] Am. 4. 4.
[e] Thren. 4. 21.
[f] Ezech. 20. 39.
[g] Lib. 3. hebraic. inſt. c. 10
[h] Colũ. 3123.

Sed eſt aduertendum primo, quod imperatiuus ſolum ſecundam perſonam habet, nec eo tempore vtimur in alijs perſonis, quia tãtum de præſenti præcipimus, licet aliquando ad quemuis dirigatur, & non ad certam perſonam, ut in Ge.[a] *vide odorem filij mei. Et in Eſai.*[b] *roborate manus remiſſas, & rurſus ibi viam facite, viam facite.*

Infinitiuus dicitur מְקוֹר *à verbo* קוּר *kur, quod eſt fodere venam aquæ, & inde* מְקוֹר *fons, ſiue vena, aut origo, & per tranſlationem de infinitiuo recte dicitur, quia eſt fons, & origo omnium aliorum temporum propter ſuam indifferẽtiam, vt libro præced.*[c] *oſtẽdimus. Quo fit vt infinitiuo nec genus, nec numerus tribuatur, ſicuti, & verbis, licet ipſe infinitiuus pro gerundio (quo hebræi carẽt additis litteris bichlã, de quibus ſupra*[d]*) ſubſtituatur. Capitur autem pro omni tẽpore, vt late tradit Pagn.*[e] *Quibus adde etiam Græcos gerundijs carere pro quibus in infinitiuo, cum articulo funguntur; vt author eſt Laurẽtius Valla*[f] *qui tamen audacter & temere manũ, ſiue potius linguam mittit, in Meſem alienam, reprehendendo tranſlationem Vulgatam, quam ipſe grammaticus latinus non intellexit quandoque*

miratur

Imperatiuus hẽt ſecundã perſonã dũtaxat quia de præſente præcipimus licet aliquando ad perſonam no tam dirigatur.

a Geneſ. 27.27.

b Eſa. 40. 6. & 35. 3. & 57. 14.

Infinitiuus vñ.

c Cap. 2.

Infinitiuo nec genus nec numerus tribuit.

Infinitiuus pro gerundio quo hebræi carent.

d Lib. 1. cap. 4.

e Lib. 2. cap. 6. & lib. 3. ca. 12.

Gerundijs, etiam græci carẽt.

f Cap. 25.

Laurẽtius Valla vti temerarius reprehenditur.

miratur eam uti infinitiuis cum litteris bichlã.

Tempora tria. Preſens. Futurũ vnde.

Tempora ſunt tria præteritum, quod vocant עָבַר *ideſt tranſitum à verbo nhauar* עָבַר *tranſire quia res tranſactas, & præteritas ſignificat.*

Præſens quod vt iam diximus, eſt, participium actiuum. De eo inferius aliqua notanda erunt. Circa præteritum uide quæ adnotamus inferius[a]. *Futurũ, nuncupant* עָתִיד *ideſt paratum (vt quidam dicunt) ſed potius dicitur imminens, quod huic futuro tempori magis conuenit, et hæc eſt vna ex ſignificationibus verbi* עָתַד *à quo deriuatur. Significat enim præparare, inſtare, & imminere, vt videbis apud theſaurum linguæ ſanctæ verbo* עָתַד.[b]

[a] Lib. 6. cap. 3.

[b] Colũ. 2117.

Participium indicatiuo tempori præſenti deſeruit.

Participium quare benoni dicatur.

Participium quoque & præſenti tempori indicatiuo frequentiſsimè deſeruire ſolet, ut in Pſal.[c] *pro habitãs ponitur, qui habitat: Exod.*[d] אוֹמְרִים *omerim, ideſt dicentes pro dicitis, ut habet Vulga latina. Et ab hebræis* בֵּינוֹנִי *benoni, ideſt inter mediũ. Dicitur inter medium, quia eſt inter præteritum, & futurum. Et deriuatur à uerbo* בִּין *quod eſt intermediare, diſtinguere inter unum, & aliud, ut patet in theſ.*[e] *Et eſt participium duplex, actiuum, præſens, & participium præteriti paßiui in coniugatione Kal, quod uocant* פָּעוּל *hoc eſt participium habitus.*

[c] Pſalm. 91. 1.

[d] Exod. 5. 17.

[e] Pagn. col. 259. cum ſequenti.

Participium duplex actiuum ſiue præſens & paſſiuũ ſiue præteritum.

In paßi-

Participiũ habitus quid.
Benoni & paul quomodo differant.
Participia vnã tantum perſonã habent ſcilicet abſentẽ niſi cum additur pronomen perſonæ ſecundæ præſentis & pronomen primæ loquentis.
Participia loco adiectiuorum.

in paßiua uero illius cōiugationis kal, quæ dicitur niphgal, unum duntaxat reperies participium, benoni dictum, quod licet ſimilitudinem habeat cum participio paul, nihilominus in eo differunt, quod paul coniugationis Kal ſignificat habitum perſeuerantiamq́; rei, quæ fieri cœpit, & adhuc ſit. Vt cœpit uiſitare, & modo eſt uiſitans, uel uiſitare ſolitus, per modum habitus. Benoni uero niphgal ſignificat per modum actus, ut uiſitatus. Vtrumque autem unam tantum perſonam habet, ſcilicet abſentem, niſi cum additur pronomen perſonæ ſecundæ præſentis, & pronomen primæ loquentis pro ſeipſo, ut tu uiſitans, ego uiſitãs, quia tunc alijs perſonis ſeruiet. Aliquando autem hæc participia ſunt loco adiectiui, ut iam tradidimus[a].

[a] Lib. 2. cap 2.
Futurũ eſt radix omniũ operationum.
Futurũ omniũ temporum vices ſupplet.

Futurum ſicut, & præteritum radix eſt omnium operationum, ac proinde frequenter in ſacra pagnia futurum omnium temporum uices ſupplere ſolet, ut uidebis inferius. Et late tradunt Pagninus[b] *& frater Laurentius à uillauicentio in ſuis phraſibus cap. de futurorum & præteritorum permixtione.*[c] *Hæc igitur de temporibus aduertere libuit, ne hinc ad ſacra ſtudia ieiuni tranſeremus.*

Numeri uerborum duo tantum ſunt ſingularis, &

[b] Cap. 12. pag. 262. [c] Fol. 76. Numerus verborum duplex.

ris,& pluralis. Qua in re aduertendum eſt, frequentiſsime in ſcriptura pluralem pro ſingulari, & è conuerſo vſurpari, late proſequitur Pagn.[a] *& frater Villauicentius ſuperius citatus*[b] *etiam verſo.*

Numerus pluralis pro ſingulari & è contra frequentiſſimæ in ſcriptura vſurpat.

[a] Lib. 2. inſt. c. 4.

[b] Fol. 142.

Similiter genera verbōrum ſunt duo, maſculinum, & fœmininum (verborum inquam) excepto infinitiuo, quem diximus ſupra genere, & numero carere, & ſi alij aliter, genera adiungant.

Genera verborū duo.

Perſonæ verborum, tres ſunt, tertia, ſecunda, & prima. Tertiam in primo loco collocant, & ab ea exordiuntur quia à radice verbi incipiunt. Secundam ſtatim adiungunt quia radici, vnam tantum litteram addit, vt פָּקַדְתָּ. *Poſt ſecundam ſeriatim ſubſequitur tertia perſona, tertium locum ſortita, quia duas litteras themati, ſeu radici verbi adiungit, vt* פָּקַדְתִּי *Tertia igitur dicitur* נִסְתָּר *niſtar, ideſt abſens, ut* פָּקַד *viſitauit.*

Perſonę verborū tres. Numerus perſonarū præteritis ſolū & futuris conuenit.

Secunda dicitur נִמְצָא *nimZa, ideſt quæ præſens inuenitur, vt* פָּקַדְתָּ *viſitaſti. Prima vero dicitur* מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ, *ideſt quæ de ſe loquitur, vt* פָּקַדְתִּי *viſitaui. Hic autem perſonarum numerus, vt ex iam ſuperius traditis apertum ſit, ſolum præteritis & futuris conuenit, nam reliqua*

Reliqua tempora à futuro & præterito, vnam perſonā habent.

Omnis tertia perſona præteriti eſt breuis.

Niſi illa habeat ſoph paſuk vel athnak vel Zacheph Katon.

tempora vnam duntaxat perſonam habent. Sciendum tamen eſt quod omnis tertia perſona præteriti, cuiuſcunque generis, & numeri, ac coniugationis communiter eſt breuis, vt פָּקַד niſi illa tertia perſona habuerit ſoph paſuk, vel athnahc, vel Zacheph Katon, quoniam tunc tertia perſona etiam pluralis erit longa, & pathach in ſingulari atq; ſceua in plurali, vertetur in Kamets, & עָמָד ideſt ſtetit, & וְנָפָלוּ & ceciderunt vt in Pſalm.[a] Et idem ſi poſt tertiam perſonam ſequatur dictio monoſyllaba, aut lõga, videlicet habens accentum in prima ſyllaba, vt in Pſal.[b] שָׁכַח אֵל ideſt oblitus eſt Deus, & Pſalm.[c] ibi שָׁלַח מֶלֶךְ miſit rex.

[a] Pſalm. 20.8.

Si poſt tertiam perſonã ſequantur dictio monoſyllaba aut habens accentũ in prima tertia perſona erit longa.

Præterea notandum, quod omnis ſecunda, & prima perſona præteriti ſingularis, cuiuſcunque coniugationis & generis, eſt longa, etiam ſi memoratos habeat accentus, vt in Pſalm.[d] ibi לָבָשְׁתָּ ideſt induiſti, & Pſalm.[e] ibi בָּחָרְתִּי ideſt elegi, ſi vero habuerit vau conuertentem præteritum in futurum, tunc temporis accentus vt plurimum erit in vltima, vt in Deuter.[f] ibi וְשָׁמַעְתָּ, & audies. et in Exod.[g] ibi וְשָׁמַעְתִּי & audiam: ſed quando vltima radicalis fuerit gutturalis, tunc habebit pathach, vt in

[b] Pſalm. 10.11.

[c] Pſalm. 120.20.

Omnis ſecunda & prima perſona eſt præteriti ſingularis cuiuſcũque generis & coniugationis eſt longa.

[d] Pſalm. 104.1. [e] Pſalm. 119.30. [f] Deuter. 6.3. [g] Exod. 22.27.

lib.

lib. Ruth.[a] *& in Eſai.*[b] *ibi laboraſti.*

Tertio notandum, quod ſecunda pluralis ſemper eſt breuis, vt פְּקַדְתֶּם: *& tertia etiam fœ. ſingularis. Sed cum prædictis accentibus efficitur longa, vt* עָזְבָה *dereliquit apud Ezech.*[c] *& ſequẽte etiam monoſyllaba, aut dictione longa, vt* דָּרְשָׁה צֶמֶה *ideſt quæſiuit lanam Prouer.*[d] *& rurſus*[e] *ibi* נָטְעָה כָּרֶם *plantauit vineam.*

Coniugatio dicitur בִּנְיָן *binian, ideſt ædificium à verbo* בָּנָה *bana, ideſt ædificare; & per tranſlationem dicitur congregatio quædam temporum, & perſonarum, numerorum, & vocum. De numero autem coniugationum nõ modica eſt controuerſia, quam nos in caput ſequens aptius tranſmittimus.*

De numero coniugationum.
Cap. IIII.

ET ſi iuniores quidam, vnicam duntaxat coniugationem proprie eſſe dicant: verius tamen eſt uarios earum ordines re ipſa diſtinctos inueniri. Nam licet in una coniugationis ratione conueniant, non ideo minus re ipſa proprie differunt. Sicuti, & Leo,

ouis,

a Cap. 7. verſ. 8.
b Ca. 47. 12.
Omnis ſecunda perſona pluralis ſemper eſt breuis.
Tertia fœm. breuis cum dictis accẽtibus efficitur longa, & ſequẽte monoſyllaba vel dictione longa.
c Ezech. 23. 8.
d Prouerbio. 31. 13.
Ver. 16.
Cóiugatio vnde & quomodo dicatur.
Coniugationũ varios ordines reipſa diſtinctos eſſe, & non vnà tantum contra iuniores verius eſt.

ouis, lupus, & vulpes, quæ licet in vnica, & eadem generica animalis ratione conſentiant, eſſentialibus tamen, & proprijs differentijs propriè diſtinguuntur. Sed his omiſsis aduertendum

Controuerſia de numero coniugationum in quo verſatur

eſt, inter veteres, & recentiores grammaticos, non leuem contentionem fore, de ipſarum coniugationum numero. Alijs ſex, alijs ſeptem, vel plures conſtituentibus. Cuius quidem varietatis, & controuerſiæ ſumma, in eo verſatũ: quod paſsiuam primæ coniugationis, ſeparatam, & diſtinctam coniugationem conſtituant. Adijcientibus præterea, aliam, quam vocant poel, quadratam. Qua in re his omnibus varietatibus exploſis, doctiſsimo Eliæ Leuitæ adhærendum puto. Qui in ſuo electo libello[a] ſatis probat, coniugationem Niphngal eſſe paſsiuam primæ, ad eamq́; primam eſſe reducendam. Coniugationem autẽ quadratam ad ſecundam planè referri. Quem doctiſsimus noſter Martinus Cantapetrenſis in ſuis inſtitutionibus, Montanus quoque, & alij iuniores ſequuntur. Quibus addendus eſt Pagninus, qui[b] Thalmudiſtas, & alios ſecutus in ea eſt ſententia, vt credat paſsiuam Niphngal ad priprimam coniugationem referri debere, & ſi moderni quidam aliud eidem Pagnino imponant. Nec ad rem facit, quod Niphngal, hoc eſt paſsiua pri-

a Orat. 1. Elem 1. & ora. 2. elem. 8.

Niphngal paſsiuam eſſe primæ coniugationis & pual ad ſecundã coniugationẽ debere referri verius eſt.

b Lib. 3. ca. 4. pa. 224.

ua primæ, & hithpael habeant imperatiua, quæ paſsiuis minime conuenire poſſunt (cum imperare, agere ſit non pati) nam ea imperatiua magis actiuæ, quàm paſsiuæ ſignificationis ſunt. passiua primę & quarta coniugatio hént Imperatiua licet passiuis non conueniant, quia magis actiuæ quã paſsiue ſignificatiuã ſunt.

Vnde iam ſine dubio conſtituendus eſt quaternarius coniugationum numerus. Et quatuor eſſe coniugationes poſt Eliam germanum loco ſuperiori, tradit etiam Ioannes Focenſis[a] *, Alfonſus Zamoren.*[b] *& ſapiētiſsimus Martinus Cantapretenſis, Arias Montanus, Marcus Marinus, & alij iuniores, quos volui in medium adducere, ne vllus ſola noſtra authoritate hac in re ducatur. Ego vero re maturius cōſiderata, aduerto præcitatos authores in his coniugationibus conſtituendis, latinarum coniugationum ordinē & ſeriem, minime obſeruaſſe: cum latini vnicuique verbo, vnam tantummodo tribuant coniugationem, vt ex verbis primæ, ſecundæ, & aliarum coniugationum, eorundem latinorum conſtat. Et tamen ipſi authores vnicuique verbo, quatuor aut ſex, aut ſeptem coniugationes adaptant: ſicuti verbum pakad nobis oſtendit. Quod quidem præmiſsis omnibus coniugationibus conſtat. Vnde quidem non latinorum, ſed hebræorum ordinem eos ſeruaſſe apparet. Quo tamen retento ita facile potuiſſent uerborum coniugationes,*

Quatuor cõiugationes.

[a] Lib. 3. de rudimentis hebræis fo. 186.
[b] Lib 2. cap. 7.

iugationes, ſedecim, aut decē et octo, ſiue uiginti-quatuor conſtituere. Tot namque modis ſuis in cōiugationibus uariare ſolent. Et eo magis cum unumquodque ipſorum, aliqua in re ab alio, in ſua coniugatione differat. Perfectorum namque coniugatio ab imperfectis differt; & quieſcentia primæ, à uerbis quieſcentibus ſecundæ, & à quieſcentibus tertiæ, & à verbis compoſitis. Sicque coniugationum numerus iuxta variam hanc variationis verborum formam, in coniugando cōſtituere deberent. Quod tamen abſurdū foret; tot nempe coniugationes cumulare. Quamobrem ſi proprie hac in re loquendum eſt; rectius & proprius dici poſſe crediderim; omne uerbum quatuor coniugationibus conſtare poſſe; quam verborum quatuor deſcribere coniugationes, cum hebræi verborum varietatem in coniugando tantummodo conſiderauerint. Quam quidem binian, ideſt compoſitionem, & coniugationem in coniugando nuncuparunt. Vnde qui dicit coniugationes verborum eſſe quatuor, dicit, verba omnia quatuor modis tantum coniugari: quod tamen à vero abhorret, cum varijs modis vt prædictum eſt, coniugentur. Qui vero affirmat, omne verbum quatuor coniugationibus poſſe conſtare, vnico verbo quatuor attribuit

tribuit

tribuit coniugandi modos.

Quatuor igitur ſunt coniugandi modi & formæ, ſed earum quælibet duas habet voces, actiuam, & paſſiuam. Quamobrem hebræi eas appellant שְׁמוֹנָה טוּרִים *ſcemona turim, ideſt octo ordines, quorum primus eſt* בִּנְיָן קַל *binian kal, ideſt ædificium lene; ſeu coniugatio, prolatione, & ſcriptura lenis. Dicitur vero lenis, quia in ea non eſt daghesc, nec augmentum litteræ alicuius, præter litteras radicales, & deſeruientes, ad perſonarum numerorum, & generis diſtinctiones neceſſarias: quod in alijs coniugationibus minime cõtingit. Quippe, quia illis, litteræ* ה *he &* מ *mem non ad præfatum miniſterium, ſed ad coniugationis ipſius notitiam ſuper adduntur. Quo fit, ut illarum vnaqueque communi nomine appellatur* פּוֹעַל הַכָּבֵד *ideſt verbum graue, aut propter dagheſch, aut propter prædictas litteras he, & mem, licet grauis, denominationem; alij ſolum ad ſecundam referant. Huic actiuæ coniugationi veluti proles parenti, paſſiua coniungitur, quæ dicitur* נִפְעַל *habens perpetuo nun, litteram characteriſticam à capite, vel eius loco punctum dagheſch in prima littera verbi.*

Secunda coniugatio פִּעֵל הַדָּגוּשׁ *ideſt dagheſciata:quo-*

Quatuor cõiugãdi modi quorũ quilibet hét duas voces, actiuam, & paſſiuá. Ordines octo dicuntur coniugationes quatuor. Prima coniugatio dicitur biniã kal, ideſt lenis. Lenis quare dicatur prima coniugatio. Litteræ ה he & מ Mem. aliis coniugationib. adduntur ad ipſarum notitiam. Verbũ graue dicitur vnaquæque illarum coniugationum. Paſſiua actiuæ, vti proles parenti cõiungitur. Paſſiua primæ ſemper habet nun characteriſticum à capite. Secũda cõiugatio pinghel haddaguſc dicitur, quia in actiua & paſſiua eſt dagheſciata.

Coniugatio ſecúda habet ſignificatiõis vehemẽtiam.

ta: quoniam ſecunda littera, tam in actiua, quã in paſſiua habet daghesc, ob ſignificationis, & lo locutionis vehementiam. Paſſiua eius dicitur פֻּעַל *punghal.*

Tertia coniugatio dicit. hipgil ab ipſa forma.

ה charateriſtica tertię cõiugationis.

Tertia coniugatio dicitur הִפְעִיל *hipghil ab ipſa forma, & eſt grauis, quia habet he, vti litteram characteriſticam, & figuratiuam ipſius coniugationis, & ſignificat fecit facere, eo quod ſignificat actum verbi tranſire in aliam perſonam, vt fecit viſitare infirmum. Eius paſſiua eſt* הָפְעַל *hopghnal ſubſcripta cum ·· vt inferius latius dicemus* [a]*.*

Coniugatio tertia ſignificat fecit facere.

Paſſiua tertiæ ſubſcribitur cũ chateph kametz.

a cap. 7.

Signum quartæ coniugationis, ה ת

Quarta coniugatio eſt הִתְפַּעֵל *quæ* ה ת *hith vti peculiare, & proprium ſignum habet, continens in ſe actiuam, & paſſiuam. Vnde duplici munere fungitur, & reciproca eſt, ob idq; actiua, quã Zamoren. huic quartæ attribuit, in numerum octo vocum minime recenſenda eſt. Quippe quæ magis pertinet ad verba imperfecta, quàm ad perfecta, & regularia, de quibus in his agimus. Ac proinde hæc reciproca octauum ordinẽ complet, cum prædictis ſex coniugationibus. Enumeratis namque paſſiuis ſunt octo, quia hæc vltima duplicem numerum complectitur, & idem eſt dicere, eſſe quatuor coniugationes, et eſſe octo ordi-*

Cõiugatio quarta habet duplicẽ ſignificationem actiuam & paſſiuam, & ideo dicitur reciproca. Octo ordines, & quatuor coniugationes idem eſt.

ordines. Licet autem ordine naturali aliter ordinari deberent, vti Pagninus oſtendit,[a] tamen communis gramaticorum traditio prædictũ ordinem communiter ſequitur. Imitantur namq; ordinem illum, qui Gen.[b] deſcribitur ſiquidem ibi verba iuxta hunc coniugationis, & diſtributionis ordinem ponuntur. Quamobrem is ordo etiam à nobis amplectendus eſt, ſi tamen prius admoneamus vocem paſſiuam ſecundæ coniugationis, & paſſiuæ etiam tertiæ ac quartæ, authore Zamoren. non eſſe multum frequentes, & viſitatas in ſacra ſcriptura. Et præterea aduertẽdum ex duabus coniugationibus aliqua verba, aliquãdo compoſita reperiri, vt inferius[c] videbimus, et colliges ex Pſal.[d] יִרַדֹּף iradof, id eſt perſequatur, quod verbum iradof, eſt tertia perſona ſingularis futuri poſita pro imperatiuo, & componitur ex futuro primæ coniugationis vocis actiuæ, hoc eſt יִרְדּוֹף, & ex futuro ſecundæ coniugationis eiuſdẽ ſingularis vocis, hoc eſt יְרַדֵּף: nam punctus chirek ſub iod poſitus, & uau cholem poſt daleth ſunt primæ cõiugationis, ſed patach litteræ daleth ſubſcriptus, & dagheſch in littera daleth poſitus, ſunt ſecundæ coniugationis.

a lib. 3. cap. 3.
b Gene. 1. 1.
Ordo cõiugationis quomodo ordinatur à grãmaticis.
Voces paſſiuæ ſecundæ coniugationis & tertiæ & quartæ, nõ ſunt frequentes in ſcriptura.
Verba ex duobus coniugationibus cõpoſita reperiri.
c lib. 5. cap. 11.
d Pſalm. 7.6.
Punct⁹ chirek ſub iod, & vau cholem poſt daleth ſũt primæ coniugationis. Pathach ſub daleth & dageſch in littera daleth ſunt ſecundæ coniugationis.

Eadem

Eadem cōpoſitio reperitur in voce paſsiua, vt in
[a] Num. 1.47. *lib. Num.*[a] *ibi* הִתְפָּקְדוּ *othpachedu, vbi he eſt ſub-*
Verba compoſita ex duobus temporibus. *ſcripta Kamets, cū tertiæ cōiugationis ſit, & po*
nitur tau qui eſt quartæ. Reperiuntur præterea
verba cōpoſita ex duobus tēporibus, vt apud E-
zech.[b] *ibi* מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *ideſt adorabant, uel incurua*
[b] Ezech. 8.10. *bant ſe, quæ compoſitio eſt ex præterito, et præſen*
te uocis paſsiuæ, quartæ cōiugationis: quia prima
littera מ *eſt participij præſentis, &* ת *eſt præteri-*
ti. Ex his igitur omnibus ſequēs tabella cōficitur.

Duplex vox.	
Paſſiua verbi פָּעוּל	פּוֹעֵל Actiua verbi.
Modus.	
Indicatiuus	הֹוֶה
Imperatiuus.	צִוּוּי
Infinitiuus.	מָקוֹר
Tempus.	
Præteritum	עָבָר
Participium	בֵּינוֹנִי
Futurum.	עָתִיד
Participium habitus.	פָּעוּל
Numerus.	
Singularis.	לְשׁוֹן יָחִיד

Plura-

Pluralis.	לְשׁוֹן רַבִּים
Perſona.	
Tertia perſona, abſens	נִסְתָּר
Secunda perſona, inuenta.	נִמְצָא
Prima, de ſe loquēs.	מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ
Genus.	
Genus maſculinum	לְשׁוֹן זָכָר
Genus fœmineum.	לְשׁוֹן נְקֵבָה
Coniugationes perfectæ quatuor.	
Prima actiua.	
Panghal actiua	פָּעַל vel קַל
Niphngal eius paſ.	נִפְעַל
Secunda.	
Pinghel haddaguſc actiua.	פִּעֵל הַדָּגוּשׁ
Punghal paſſiua ſecundæ	פֻּעַל
Hiphnghil tertia	הִפְעִיל
Hophngal paſſiua tertiæ	הָפְעַל
Hithpanghel.	הִתְפַּעֵל

De forma primæ coniugationis. Cap. V.

Coniugatio prima continet verba intranſitiua & abſoluta ſiue neutra.

Coniugatio prima continet verba partim tranſitiua, partim intranſitiua.

Verba partim tranſitiua partim intranſitiua reperiri in vna eademque ſignificatione nõ eſt nouũ

PRima coniugatio regularis פָּעַל *ſiue* קַל *leuem continet ſignificationem; vt in præcedentibus dictum eſt. Continet etiam verba abſoluta, ſiue intranſitiua, aut neutra, quorum quidem operatio manet in operante, vt* עָמַד *ſtetit. Cõtinet etiam verba, partim tranſitiua, ſeu actiua, vt* שָׁמַע *audiuit: & partim intranſitiua ſeu neutra. In vna & eadem coniugatione verba tranſitiua, & intranſitiua reperiri non eſt inſolitum, cum id paßim ex ſcripturæ ſacræ lectione conſtet, vt in Exod.*[a] *legimus, ibi corrodet omne lignum, quod germinat in agris, quo in loco verbũ* הַצּוֹמֵחַ *ideſt germinat eſt intranſitiuum; & illud idem in libro Eccl.*[b] *eſt tranſitiuum, ibi* צוֹמֵחַ *ideſt germinantem ligna. Vtrobique tamen verbum* צָמַח *eſt huius prima coniugationis. Et idem patet in libro Iudic.*[c] *vbi* הָלְמוּ *halemu, ideſt contritæ ſunt, intranſitiuam habet ſignificationem: & Prouer.*[d] *idem verbum* הֲלָמוּנִי *ideſt contriuerunt me, eſt tranſitiuum. Eius radix eſt* הָלַם *ideſt conterere, quod quidem ad primam coniugationem pertinet. Alia exempla pete à Pagnin.*[e] *vbi tamen monet,*

quod

[a] Exod. 10.5.
[b] Eccleſ. 2.6.
[c] Iudic. 5.22.
[d] Prou. 23.35.
[e] Pagni. capit. 2. pag. 112.

quod inuento verbo intranſitiuo huius coniugationis; non eſt opus formare tranſitiuum in eadem coniugatione, cum poſſit illud formari in ſecunda, aut tertia coniugatione.

Tranſitiua primæ in ſecũda cõiugatione non amittũt ſuam naturam, licet vehemẽtiam & frequentiã ſignificent.

Tranſitiua huius coniugationis in ſecunda, eadem retenta ſignificatione, vehementiam, & frequentiam ſignificant; vt patet in Exod.[a] ibi ego ipſe גּוֹרֵשׁ goreſc, ideſt eijcio in kal. Et Exod.[b] ibi, in manu robuſta יְגָרְשֵׁם eijciet eos, cuius thema eſt גָּרַשׁ primæ coniugationis, eſt ſignificatio tranſitiua; & idẽ in ſecunda ſine ſignificationis mutatione, & cum maiori vehementia ponitur. Eadem tamen uerba, in tertia cõiugatione, ſunt in tertium tranſitiua; vt in Cant.[c] ibi manus meæ נָטְפוּ nateſu, ideſt diſtillauerunt, ſcilicet mirrham, & in tertia coniugatione וְהִטִּיפוּ ideſt & ſtillabunt montes. Ham.[d] verbum igitur נָטַף ideſt ſtillare primæ coniugationis tranſitiuum, in tertia coniugatione abſque mutatione ſignificationis eſt tranſitiuum in tertium. Similiter verbum tranſitiuum אָכַל ideſt commedit, in prima vt in Ezech.[e] אֱכוֹל אֶת הַמְּגִלָּה ideſt commede volumen: in tertia vero ſignificat comedere fecit, vt in eodem loco וַיַּאֲכִלֵנִי אֶת הַמְּגִלָּה & comedere me fecit volumen.

a Exod. 34.11.

b Exod. 6.1.

Verba tranſitiua, in tertia coniugatione ſunt in tertiũ tranſitiua.

c Cant. 5.5.

d Ham. 9 13.

e Ezech. 3.1.

Intranſitiua propria ſũt huius cõiugationis primæ, Paucis exceptis quæ inueniuntur in ſecunda.

Intranſitiua, propria, ſunt huius primæ coniugationis

[a] Pagin. 226.

Intranſitiua primæ & intranſitiua ſecūdæ & tertię ī quo differāt.

gationis, paucis exceptis, quæ inueniuntur in ſecunda, ſecundum Pagninum loco præcitato[a] differunt autem intranſitiua ſecundæ, et tertiæ coniugationis, ab intrāſitiuis primæ, quia in his duabus coniugationibus, Actio vehemens, & frequens atque celeris ſignificatur.

Cōiugatio prima hēt tres formas ſiue tres terminationes.

Prima terminatio primæ coniugationis hēt kamets in prima & pathach in ſecunda

Præterea hæc prima coniugatio regularis in præterito habet tres formas, ſiue tres terminationes. Prima littera ſemper habet Kamets, ſecunda aliquando pathach & eſt prima terminatio, & communiſſima, vt פָּקַד. *Aliquando habet in ſecunda littera tſere, & eſt ſecunda terminatio, ſeu deſinētia, quæ quidem, poſt Benoni ſeu participium, non amplius ſeruit. Sed eſt aduertēdum quod quando præteritum huius primæ coniugationis habet Kamets, & tſere, iuxta ſecundam formam, ſtatim in ſecunda perſona adſumit modum variandi primæ terminationis, vt* יָבֵשׁ *iaueſc ideſt aruit; in ſecunda & prima perſona format, in hunc modū* יָבַשְׁתָּ יָבַשְׁתִּי *iauaſta iauaſti. In quibus perſonis reuertitur ad formam primæ terminationis.*

Secūda terminatio primę coniugationis in ſecunda litera hēt tſere.

Tertia vero forma, quæ habet Kamets & cholem, ſeruat cholem in omnibus perſonis, niſi in tertia plurali maſculina, & tertia ſingulari fœminina, in quibus loco cholem habent ſceua, vt יָכוֹל

Secunda terminatio huiꝰ formæ ī ſecunda & prima perſona reuertitur ad terminationem primę formę. Tertia forma huius coniugationis deſinit in ו vau cholem in omnibus perſonis præterquam in tertia plurali maſculina, & in tertia ſingulari fœ. in quib. loco cholē hēt ſceua.

vt יָכוֹל *potuit* יָכוֹלְתָּ יָכוֹלְתִּי *in tertia plurali* יָכְלוּ *& in tertia fœmina* יָכְלָה.

Si autem verbum deſinit in tau, ad efficiendam primam & ſecundam perſonam, non additur aliud tau: ſed vnum tantum ponitur cum dagheſc loco alterius tau amiſſi, vt שָׁבַת *quieuit* שָׁבַתָּ שָׁבַתִּי.

Verbũ deſinẽs in ת in prima et ſecunda quæ ex ſe habet ת nõ recipiet aliud, ſed ponitur tantum dagheſc in eodẽ ת

Quando thema verbi deſinit ſecundo modo, ideſt in prima habẽs Kamets, et in ſecunda tſere, idem eſt præteritum, & participium: vt יָבֵשׁ *aruit in præterito: &* יָבֵשׁ *areſcens in participio. Verba quæ terminantur in cholem in themate, quæ ſunt verba tertiæ terminationis, carẽt participio. Seruit tamen illis præteritum pro participio, vt in Ierem.* [a] *ibi,* וּבְיַד אֲשֶׁר אַתָּה יָגוֹר מִפְּנֵיהֶם, *& in manu quorum tu formidãs à facie eorũ, vbi vulgata ait, In manu quorum tu formidas faciem. Sed non eſt hic prætereundũ, quòd omnes primæ perſonæ cuiuſcunque verbi, coniugationis, & numeri, atq; pronominum: & omnes tertie perſonæ pluralis, præteritorum, ſunt communis generis. Et ita ultra duo genera verborũ ſuperius ſignata; Maſcul. et Fœm. hoc tertium genus eſt addendũ. Nec vlla vlterius inuenitur varietas in his trib⁹ primæ huius coniugationis terminationibus, ergo ipſius exẽpla tradamus.*

Præteritum, & participium in hac prima coniugatione idem ſũt quãdo thema verbi deſinit ſecũdo modo.

a Ierem. 22.25.

Participio carent verba primæ coniugationis ĩ tertia terminatione ſeu forma il-lius. Præteritum p-o participio, & aliquando futurum.

X 3 Prima

Prima coniugatio regularis קַל *ſeu* פָּעַל

Præteritum עָבָר.

Fœmininum.		*Maſculinum.*
פָּקְדָה	Viſitauit.	פָּקַד
פָּקַדְתְּ	Viſitauiſti	פָּקַדְתָּ
	Viſitaui	פָּקַדְתִּי
	Viſitauerunt	פָּקְדוּ
פְּקַדְתֶּן	Viſitauiſtis	פְּקַדְתֶּם
	Viſitauimus	פָּקַדְנוּ

Participium בֵּינוֹנִי.

פּוֹקְדָה	Viſitans	פּוֹקֵד
vel פּוֹקֶדֶת		
פּוֹקְדוֹת	Viſitantes	פּוֹקְדִים

פָּעוּל

Hoc participium, quãuis ſit ex verbis actiuis, ſecundum omnes grammaticos; quia tamẽ habet paſsiuã ſignificationẽ, verbis paſsiuis illud adiũgemꝰ in fine cuiuslibet coniugationis.

Futurum עָתִיד

In futuris omnibus, latinorum morem ſeruabimus, vt facilior ſit inflexio.

	Viſitabo	אֶפְקוֹד או אֶפְקְדָה
תִּפְקְדִי	Viſitabis	תִּפְקוֹד
תִּפְקוֹד	Viſitabit	יִפְקוֹד

Pluralis.

Viſitabimus.	נִפְקוֹד או נִפְקְדָה

Fœmininum		*Maſculinum*
תִּפְקוֹדְנָה	Viſitabitis	תִּפְקְדוּ
תִּפְקוֹדְנָה	Viſitabunt	יִפְקְדוּ

Habet etiam futurum iſtud hanc formam אֶפְקֹד תִּפְקֹד. *Notandum autem primam litteram thematis habere ſceua, & ſecundam habere cholem: & habere præterea litteras accidentales additas,* אֵיתָן *ethan. Quarum prima ſegol, reliquæ accidentales chirek. Aliquando tamen prima accidentalis aleph habet chirek, vt aliæ etſi rariſſime, ut in Ezech.* [a] *ibi,* אִשָּׁפֵט *iudicabor. In ſecunda autem coniugatione aleph cum pathach, aliæ accidentales cum ſceua ponuntur. In tertia vero coniugatione omnes cũ pathach, & in eius paſſiua omnes cum chateph Kamets. In quarta autem vt in prima.*

Alia forma hui⁹ futuri.

Litteræ accidentales huius futuri quomodo ſubſcribantur.

[a] Ezech. 20.36.

Secundo notandũ illam formã futuri, nempe אֶפְקְדָה *minime inueniri in verbis finitis in he, in alijs tamẽ omnibus verbis, in prima perſona vtriuſq; numeri, ſingularis & pluralis aliquando additur he, precedẽte kamets, vt* אֶפְקוֹד או אֶפְקְדָה נִפְקוֹד או נִפְקְדָה

Ephcheda forma futuri vbi & quando inueniatur.

Imperatiuum צִוּוּי.		
פִּקְדִי	Viſita	פְּקוֹד או פְּקֹד

Fœmininum		Maſculin.
פְּקוֹדְנָה	Viſitate	פִּקְדוּ

Imperatiuus in omnib⁹ actiuis formatur à ſecunda perſona futuri ablato tau.

Formatur imperatiuus in omnibus actiuis à ſecunda perſona futuri ablato tau, vt a תִּפְקוֹד *dices* פְּקוֹד.

Imperatiui formæ quando & vbi inueniatur.

Hæc forma פְּקוֹד, *ſolet in fine recipere* ה *he præcedente Kamets, & tunc tranſmutat puncta, vt* פָּקְדָה *vt in Pſalm.*[a] *ibi* שָׁמְרָה נַפְשִׁי *cuſtodi animam meam.*

Alia forma פְּקַד *tantum inuenitur in verbis neutris, & in his quæ ſecundo, aut tertio loco habent gutturalem; cum admittit he præcedente kamets, formatur ſic* פִּקְדָה *ut in Pſal.*[b] *ibi* שִׁמְעָה יְהוָה *ideſt exaudi domine.*

[a] Pſalm. 85.2.
[b] Pſalm. 16.1.

Infinitiuus פְּקוֹד	
Viſitare	פְּקוֹד או
	פְּקוֹד
In viſitando	בִּפְקוֹד
Sicut viſitare	כִּפְקוֹד
Ad viſitandum	לִפְקוֹד
A viſitando	מִפְּקוֹד

Infinitiuus idē cum impera. in omnib. coniugationib.

Circa infinitiuum aduertendum, quod ſemper eſt idem cum imperatiuo, in omnibus coniugationibus tam actiuis, quam paſſiuis, vt vides in for-

in forma ipſius. Cui tamen infinitiuo adduntur litteræ accidentales בְּכְלָם *de quibus ſupra meminimus.*[a] *Omnes tamen in coniugatione Kal ſubſcribuntur cũ chirek: & ſic formãtur gerundia, vt in propoſito exẽplo, in omnibus alijs cõiugationibus cum ſceua, & mem, aliquando cum tſere, quando incipit à gutturali.*

[a] Cap. 3. & lib. 1. cap. 4.

Paſſiua primæ נִפְעַל		
Fœm.	Præteritum עָבָר	Maſc.
נִפְקְדָה	Viſitatus fuit	נִפְקַד
נִפְקַדְתְּ	Viſitatus fuiſti	נִפְקַדְתָּ
	Viſitatus fui.	נִפְקַדְתִּי
	Plurale.	
	Viſitati fuerunt	נִפְקְדוּ
	Viſitati fuiſtis	נִפְקַדְתֶּם
	Viſitati fuimus.	נִפְקַדְנוּ
	Particip. בֵּינוֹנִי	
נִפְקָדָה או	Viſitatus	נִפְקָד
נִפְקֶדֶת		
נִפְקָדוֹת	Viſitati.	נִפְקָדִים

Participium fit in omnibus paſsiuis à præterito, ſolo pathac ſecundæ litteræ in kamets mutato.

Participium in omnib. paſſiuis fit à præterito mutato pathach ĩ kamets

	Futurum עָתִיד	Maſc.
	Viſitabor	אֶפָּקֵד או אֶפָּקְדָה

Fœm.

Imperatiuũ habet ſola hęc paſſiua primæ. Imperatiuũ huius paſſiuæ formatur à ſecunda perſona futuri ת in ה mutato qđ etiam in Imperatiuis actiuis tertiæ, & quartæ habet locum at in alijs formet à ſecunda futuri ablato ת. Imperatiua huius paſſiuæ, & quartæ quoque coniugatiõis sũt potius ſignificationis actiuæ, q̃ paſsiuę.

Fœmininum		*Maſculinum*
תִּפָּקְדִי	Viſitaberis	תִּפָּקֵד
תִּפָּקֵד	Viſitabitur	יִפָּקֵד
	Pluraliter.	
	Viſitabimur	נִפָּקֵד או נִפָּקְדָה
תִּפָּקַדְנָה	Viſitabimini	תִּפָּקְדוּ
תִּפָּקַדְנָה	Viſitabuntur	יִפָּקְדוּ
	Imperatiuum צִוּוּי.	
הִפָּקְדִי	Viſitare aut viſitatus ſis	הִפָּקֵד
הִפָּקַדְנָה	Viſitamini aut viſitati ſitis	הִפָּקְדוּ

Sola hæc paßiua habet imperatiuum, & formatur à ſecunda futuri, tau in he verſo. Similiter etiam formatur imperatiuus actiuæ tertiæ, & quartæ; licet imperatiuus huius primæ coniugationis actiuæ formetur à ſecunda futuri ablato tau, vt ibi diximus. Sed eſt aduertendum, quòd imperatiuus huius paßiuæ, primæ & quartæ etiam coniugationis (vt iam diximus) ſunt potius actiuæ, quàm paſſiuæ ſignificatiõis, eo quod imperare agere ſit, vt optime aduertit magiſter Martinus Martinez Cantapretenſis in ſuis inſtit. hebraic.[a] *poſt Pagninum loco ſuperiuri*[b]*.*

Infini-

[a] pag. 50. [b] lib. 3. pag. 218.

Infinitiuus מָקוֹר.

Viſitari	הִפָּקֵד
Dum viſitaretur	בְּהִפָּקֵד
Cum viſitaretur	כְּהִפָּקֵד
Vt Viſitaretur	לְהִפָּקֵד
A Viſitari	מֵהִפָּקֵד

Participio habitus ſiue פָּעוּל *caret omnia verba paſſiua. Sed quia hoc participium habet ſignificationem paſſiuã, ut ſuperius diximus, illud verborum paſſiuis adiunximus.* פָּעוּל

פָּקוּד פְּקוּדָה *viſitatus, viſitata.*

פְּקוּדִים פְּקוּדוֹת *viſitati viſitata.*

De forma ſecundæ coniugationis.

Cap. VI.

Coniugatio hæc, vt capite quarto diximus, dicitur פִּעֵל *pighel hadaguſc; quoniã dagheſciata eſt, habet enim dagheſc in media littera radicis, tã actiua, quàm paſſiua, non quidẽ vt ſuppleat iod ocioſum, quod ibi poni deberet poſt punctũ chirek, vt opinatus eſt Pagninus a. Sed ut naturalis illius vehemẽtia demonſtretur, vt docent omnes. Alij dicunt eam abruptam ſiue non liberã, pronunciationem habere propter dagheſc. Pro memoriali explicatione circa ipſam ſecundam coniugationem notanda ſunt ſequentia.*

Coniugatio ſecũda dicitur dagheſciata, vt naturalis illius vehementia oſtẽdatur.

a lib. 3. cap. 37.

Primo, quòd verba neutra in prima coniu-

gatione, hic & in hiphil, ſunt in ſecundũ vel tertium tranſitiua, vt verbum עָמַד *ghamad, ideſt ſtetit. In hac ſecunda erit actiuum, & ſignificat conſtituere, ſiue ſtare facere, vide Pagni.*[a]

Secundo notandum, quod licet in hac coniugatione, et in tertia raro inueniantur verba intranſitiua, ea tamen ab intranſitiuis primæ coniugationis in eo differunt, quod in hac, & in tertia, vehementiam ſignificant, vt patet de verbo צָמַח *ideſt germinare, quod in prima coniugatione eſt intranſitiuũ, et neutrum, vt Leuit.*[b] *ſed in hac ſecunda coniugatione, licet ſit etiam intranſitiuum auget ſenſum, & vehementiã denotat, vt apud Ezechielem*[c] *videbis. Et idem de verbo* אָדְמוּ *ademu rubuerunt, quod in prima coniugatione eſt intranſitiuum, vt in Thren.*[d] *& idem verbum in tertia eſt intranſitiuum, et vehementiam ſignificat, vt Eſai.*[e]

Tertio nntandum, hanc coniugationem aliquando habere ſignificationẽ tertiæ hiphnghil; hoc eſt, verba huius ſecundæ eſſe in tertium tranſitiua, quod quidem accidit cum thema verbi primæ, & ſecundæ coniugationis eſt commune, & in vtraue tranſitiuum, vt יָדַע *iadang, ideſt ſciuit, vel cognouit, quod quidem verbum in hac ſecunda habebit tertiæ coniugationis ſigni-*

Verba intranſitiua in prima hic & in tertia, ſunt trãſitiua.

a lib. 3. c. 2. pag 210.

Intranſitiua primæ diſtant ab intranſitiuis ſecundæ.

b Leuit. 13. 37.

c Ezech. 16. 7.

d Thren. 4. 7.

e Eſai. 1. 18.

Coniugatio ſecũda aliquando habet ſignificationẽ tertiæ.

Thema verbi primę & ſecũdę cõiugationis aliquando eſt commune & in vtraque tranſitiuum.

gnificationem, vide Iob[a] ibi יִדַּעְתָּ iddangta, i. ſcire feciſti. Similiter etiã à יָחַל iachal ſperare, in prima: et in ſecunda יִחֵל iechel, i. ſperare fecit. Quibus omnibus conſequitur, hanc ſecundam coniugationem ex ſua natura continere verba in alium tranſitiua, ut אִזֵּן izen, i. ponderauit, & חִקֵּר chiccher, i. inueſtigauit. Nullibi tamen reperitur verbum, quod in ea ſit intranſitiuum, & abſolutum, & in prima trãſitiuum; authore Elia[b] licet (ut diximus hoc eodem capite) verba in prima intranſitiua, in hac ſecunda tranſitiua reperiantur.

Quarto notandum, quod iſta coniugatio aliquando habet diuerſam, aliquando contrariam ſignificationẽ, ut פָּנָה panah, i. aſpexit in prima, et in ſecunda cõiugatione פִּנָּה pinnah, i. expurgauit. Ita etiã אָבַד auad, i. perijt in prima, in hac ſecũda אִבֵּד ibbed, i. diſſipauit. Item שָׁרַשׁ ſciaraſc i. radices emittere in prima, & in ſecũda שֵׁרֵשׁ ſcereſc radices euellere.

Quinto notandum, quod forma huius coniugationis eſt cum chirek in prima littera radicali, et in ſecũda tſere, aut pathach. Sunt tamen tria verba, quæ in ſecunda littera loco tſere habent ſegol, ut דִּבֶּר dibber, locutus eſt, ut in Ioſue[c] כִּבֵּס chibes, i. lauit. Num.[d] et כִּפֶּר ꝓpitiatur ut in Exod.[e]

Sexto

[a] Iob 38. 12.

Coniugatio hæc ex ſua natura continet verba in alium trãſitiua.

[b] Elia orat. 1. element. 9.

licet verba intrãſitiua in prima, ĩ hac ſecũda reperiantur tranſitiua: tamẽ verbum tranſitiuum in prima, quod in hac ſit intranſitiuum nũ reperit.

Coniugatio ſecũda aliquando habet diuerſam aliquando contrariam ſignificationem.

Forma huius coniugationis eſt cum chirek in prima littera radicali & in ſecunda tſere aut pathach. Verba tria huius ſecundę coniugationis loco tſere habent ſegol. [c] Ioſue 14. 10. [d] Num. 19. 7. [e] Exod. 30. 10.

Sexto notandum, quod forma totius huius actiuæ à participio, et deinceps, ac etiam forma totius quartæ coniugationis, ſumitur ex futuro paßiuo primæ coniugationis, ablato aleph accidẽtali, & additis ſuis accidẽtalibus, quæ ſunt aleph cum chateph pathach in prima futuri: & reliqua cum ſceua, & mem participij ſimiliter cum ſceua. Verbi gratia, prima futuri paßiua ſic formatur אֶפָּקֵר *ſi auferas aleph, & addas accidentales cuiuſcunq; temporis, formabis* מְפַקֵּר *in participio ſecundæ, &* מִתְפַּקֵּר *in participio quartæ.*

Septimo notandum, quod participium huius coniugationis ſecundæ, & tertiæ, & etiam quartæ in actiuis, & in paul ſecundæ, & tertiæ, ſuſcipiunt mem. Et quo puncto ſubſcribitur mem, eodem ſubſcribũtur litteræ אֵיתָן *ideſt litteræ ſeruientes futuris. Excipitur uero benoni tertiæ coniugationis verborum quieſcentium ngain vau, quod quidem non punctuatur eodem puncto, quo literæ* אֵיתָן *ethan punctuantur: in hac vero coniugatione, ſubſcribitur mem cum ſceua, in tertia, mem cum pathach, in quarta, mem cum chirek.*

Vltimo notandum, quod ſunt aliqua verba, quæ in hac ſecunda coniugatione inueniuntur, et in prima coniugatione minime; & tamen retinent ſignificationem primæ, vt מִהֵר *miher, ideſt acceler-*

Forma actiuæ huius ſecũdæ cõiugationis & quartę à participio & inde ſumitur à futuro paſſiuo primę coniugationis ablato aleph & additis ſuis propriis accidentalibus. Participium ſecundæ, tertiæ & quartæ in actiuis & paul ſecũdæ & tertię ſubſcribitur cũ mem. Quo pũcto ſubſcribitꝰ participium eodem ſubſcribuntur litterę futuri, ideſt אֵיתָן. Mem in participiis ſecundę, tertiæ, & quu tæ, quibus pũctis ſubſcribatur. Verba quæ in prima coniugatione non inueniuntur in hac ſecunda reperiuntur retinent tamen ſignificationem primæ.

accelerauit, vt in lib. Reg.[a] *&* צִוָּה *præcepit vt in Gen.*[b] *Exemplum huius ſecundæ coniugationis ſubſequitur.*

[a] 1. Reg. 4.14.
[b] Geneſ. 7.5.

Secunda coniugatio, ſiue פִּעֵל הַדָּגוּשׁ		
	Præteritum	עָבַר
Fœmininum		*Maſculinum*
פִּקְּדָה	Viſitauit	פִּקֵּד
פִּקַּדְתְּ	Viſitaſti	פִּקַּדְתָּ
	Viſitaui	פִּקַּדְתִּי
	Viſitauerunt	פִּקְּדוּ
פִּקַּדְתֶּן	Viſitaſtis.	פִּקַּדְתֶּם
	Vitauimus	פִּקַּדְנוּ
	Participium בֵּינוֹנִי	
מְפַקְּדָה	Viſitans	מְפַקֵּד
מְפַקְּדוֹת	viſitantes	מְפַקְּדִים
	Futurum עָתִיד	
	viſitabo	אֲפַקֵּד או
		אֲפַקְּדָה
תְּפַקְּדִי	viſitabis	תְּפַקֵּד
תְּפַקֵּד	viſitabit	יְפַקֵּד
	viſitabimus	נְפַקֵּד או
		נְפַקְּדָה
תְּפַקֵּדְנָה	viſitabitis	תְּפַקְּדוּ
תְּפַקֵּדְנָה	viſitabunt	יְפַקְּדוּ
	Imperat. צִוּוּי	
	viſita tu	פַּקֵּד
פַּקְּדִי		פַּקְּדוּ
פַּקֵּדְנָה	viſitate.	

Infinit.

	Infinit. מְקוֹר Viſitare.	פַּקֵּר

Et cum litteris. בכלם בְּפַקֵּר כְּפַקֵּר לְפַקֵּר מִפַּקֵּר

Paßiua ſecundæ, quæ appellatur פֻּעַל. *à veteribus grammaticis dicitur* בִּנְיַן שֶׁלֹּא נִזְכַּר שֵׁם פּוֹעֲלוֹ *hoc eſt coniugatio quæ non recordatur nominis ſui agentis, vt Ioãnes numeratus eſt, & numerantis nõ ſit mentio. Quod*
[a] Pag.33 *etiam in paßiua primæ reperiri, optime probat Iſaacus Pagin.*[a] *cõtra Quinquarbor. et alios. Diſtat autem hæc paßiua, à paßiua primæ, quia ſemper paßionem aliunde manere ſignificat; uerba autem niphal, ipſum qui patitur ſibimet paſſionis authorem eſſe declarat, vt idem Iſaacus (quem videre poteris loco ſuperiori) probat.*

	Præteritum עָבָר	
פֻּקְּדָה פֻּקַּדְתְּ פֻּקַּדְתֶּן	Viſitatus fuit & reliqua, vt in paſſiua primæ coniugationis.	פֻּקַּד פֻּקַּדְתָּ פֻּקַּדְתִּי פֻּקְּדוּ פֻּקַּדְתֶּם פֻּקַּדְנוּ

particip-

	Participium בינוני	
נפקדה נפקדות	Kamets hic ſubſcriptum facit benoni à præterito differre.	נפקד נפקדים
	Futurum. עתיד	
 תפקדי תפקד תפקדנה תפקדנה		אפקד תפקד יפקד נפקד תפקדו יפקדו
	Imperatiuo caret.	
	Infinit. מקור	
		פקוד
	Et cum litteris. בכלם vt in pinghel.	
 מפקדה מפקדות		פעול מפקד מפקדים

 De for-

De forma tertiæ coniugationis הִפְעִיל Cap. VII.

TErtiam coniugationẽ, ſuperius cap. quarto huius libri, in tertio ordine, & claſſe coniugationum, collocauimus: eamque grauem diximus, & ab ipſa demum forma Hiphnghil appellatam. Habet ſiquidem he, characteriſticum, & ſiguratiuum, priori litteræ thematis præpoſitum, ſequente ſceua ocioſo ſub eadem littera priori. Poſito etiam iod cum accentu poſt ſecundam radicalem, vt הִשְׁכִּיב hiſcchiu, ideſt facere fecit dormire. Iſtud tamen iod in tertijs perſonis tantum ponitur, & in ſecũda, et in prima cuiuſq; numeri amittitur; et loco eius ſubſcribitur pathach, euitandæ malæ euphoniæ gratia. Vnde dicimus הִפְקַדְתָּ, & non הִפְקִידְתָּ. Interdum iod in tertia perſona fœminina amittitur, vt וַתּוֹתַר vatothar, ideſt reliquũ fecerat, vt in lib. Ruth [a] à verbo יָתַר. He vero figuratiuum ſeruat præteritũ, & imperatiuus, cum infinitiuo, licet in fine infinitiui aliquando amittat he, vt in libro Regum; [b] ibi לְהַעֲבִיר lehangauir, ideſt ad traducendum, pro לַעֲבִיר langauir, vid. locũ Eſai. [c] vbi pro לְהַשְׁמִיד leaſcmid ponitur

Coniugatio tertia vnde dicatur hiphnghil
Coniugatio hæc habet ה caracteriſticum ſequente ſceua ocioſo & iod cum accentu.
Vau in tertia pſona tantum ponitur in ſecunda & prima amittitur & loco eius ſubſcribitur pathach.
Tertia perſona fœmini. aliquando non habet iod.
[a] Ruth 2.14.
Præteritum & imperatiuũ atque infinitiuus habent ה characteriſticũ. [b] 2. Regum 19.28. c Eſai. 23.11.

tur לְשַׁמִּיר, *ideſt ad diſperdendum; quæ etiam locum habent in verbis imperfectis. Vtrumque tamen participium, ſcilicet participium præſens & participium habitus, ſiue paul, huius tertiæ coniugationis & futurum, illud he amittit; ne litteræ ſeruiles multiplicentur, vt exemplis cuiuſque temporis manifeſtabitur poſita ſub mem, motione, quæ ſub he ponenda erat, iuxta frequentiſsimum hebræorum morem. Quo quidem littera e medio ſublata ſtatim aſſumit motionem illius literæ proxime antecedẽtis. Vnde pro* מַהַפְקִיר *in participio dicitur* מַפְקִיר, *vbi pathach quod ſub he poni debebat, ponitur ſub mem littera præcedenti. Idem in participio habitus, ſiue paul pro* מָהָפְקָר *dicimus* מָפְקָר. *Idem etiam in litteris futuri accidentalibus accidit, quia pro* יְהַפְקִיר *dicimus* יַפְקִיר. *Et ſimiliter in reliquis perſonis. Inuenitur tamen in ſcriptura paul contra ſuperiorem normam cum he, in plurali fœminin. vt apud Ezechielem*[a] *ibi*, מְהֻקְצָעוֹת, *ideſt angulata atria, ſiue angularis. Quæ dictio (teſte R. D. Kimki, Quinquarboreo, & alijs) eſt vna ex quindecim ſuper ſignatis, punctis non vocalibus.*

Participium huius coniugationis & futurum amittunt he caracteriſticum. ה

Mem participium habet motionem ſub ה he ponendam

Frequentiſſimus hebræorũ mos eſt collocare motionem litteræ ſublatæ in littera proximè anteced.

Paul contra ſuperiorem formam inuenitur cum ה in plurali fœmin.

a Ezech. 46. 22.

Præterea eſt aduertendum, he, huius coniugationis regulariter ſubſcribi cum chirek, ſed ſi prima littera radicalis ſequens fuerit gutturalis, tunc temporis, he, debet ſubſcribi cum ſegol; & talis littera gutturalis cum chateph ſegol, ut הֶעֱמִיד *hen-ghemid, ideſt ſtare fecit, in tertia, &* הֶעֱמַדְתָּ, *in ſecunda; &* הֶעֱמַדְתִּי, *in prima: & ſic in reliquis perſonis. Et poteris etiam de hac re videre inferius*[a]*. Sed reperitur locus, ubi etiā ſi ſequatur gutturalis, he ſubſcribitur cum tſere, vt in Ioſu.*[b] *ibi* הֵעֱבַרְתָּ *ideſt tranſire feciſti. Et alter locus vbi, he accidentale, etiam ſi nulla ſequatur poſt ipſum littera ſubſtantialis gutturalium, ſubſcribitur per ſegol, vt in libr. Reg.*[c] *ibi* לֹא הֶכְלַמְנוּם *heclamnum, ideſt non fecimus facere eis dedecus. Præterea interdum littera prima ſubſtātialis, etiam ſi ſit gutturalis, ſubſcribitur cum ſceua, vt in lib. Reg.*[d] *ibi* הֶעְלִים *henglim, ideſt abſcondere fecit, et in Hos.*[e] *ibi* הֶעְמִיקוּ *henghmiku, ideſt profundare fecerunt. Si vero littera gutturalis fuerit nghain, vel cheth, punctorum ſubſcriptio fieri debet iuxta regulas ſuperiores.*[f] *Rurſus aduertendum, quod in omnibus futuris huius tertiæ cō iugationis, tam regularibus, quàm irregularibus, chirek in tſere mutatur, vt pro* אַפְקִיד *poſſumus*

ה he caratheriſt: cum coniugationis ſubſcribi debet cum chirek. Si ſequitur gutturalis cum ſegol, & gutturalis cum chateph ſegol.

[a] Cap. 2.

ה he aliquando reperitur ſubſcriptū cum tſere ſequēte gutturali.

[b] Ioſ. 7. 7

ה he aliquando ſcribitur per ſegol licet gutturalis nō ſequatur.

[c] 1. Reg. 25. 7.

Aliquando prima littera ſubſtantialis ſubſcribitur cū ſceua.

[d] 4. Reg. 4. 27. [e] Hos. 5. 2. 9. & 8. [f] Li. 1. c. 11. 5. notandum. Futura, imperatiua & infinitiua huius tertiæ cōiugationis tam regularia ſiue perfecta quam irregularia ſiue imperfecta, mutāt chirek in tſere.

mus dicere אַפְקִיד *& idem in imperatiuis, & infinitiuis accidit. Sunt enim chirek, & tſere inter ſe affines.*

De ſignificatione autem huius coniugationis notandum; quod ſignificare agere alio authore, & motore; in quo differt à ſignificatione Piel. Vnde merito verba, quæ per hanc tertiam coniugationem inflectuntur, per fecit facere explicantur. Secundo aduertendum verba neutra in prima coniugatione, in hac fieri actiua, vt עָמַד *ſtetit, in tertia* הֶעֱמִיד *ſtatuit Paralip.*[a] *Actiua autem in prima, fiunt in hac tertia tranſitiua in tertium, ut* אָכַל *achal, comedit in prima, et in tertia* הֶאֱכִיל *heechil ſignificat cõmedere fecit te panẽ. Quà in re (vt tradit Pagninus)*[b] *in ſacra ſcriptura quandoque vnius tantum ſit mentio, quaſi alterum ſit pro ſe notum, vt induere fecit eos: calceare fecit eos: Paralip.*[c] *Aliquando vtrumque exprimitur, vt comedere feci te man. Deut.*[d] *& in Pſalm.*[e] *qui germinare facit montes herbam.*

Tertio notandum in hac ipſa coniugatione reperiri aliquando (licet raro) verba, quæ tã in prima, quam in ea ſunt tranſitiua in ſecũdum, ſeu vnicam ſignificationem habentia, vt הִשְׁכִּים *hiſchim, ideſt mane ſurrexit, vt in libris Reg.*[f] *& in Hiere.*[g] *ibi* הוֹבִישׁ מוֹאָב *bouiſcmoau, i. cõfuſus*

Chirek & tſere ſunt affines.

Significatio huius tertiæ coniugationis eſt agere alio authore & ideo perfecit facere explicatur.

Neutra ſiue intranſitiua primæ in hac fiũt actiua.

[a] 2.Paralip.19.8.

Actiua primæ hic ſunt in tertiũ tranſitiua.

[b] Lib. 3. inſt.c. 5. pag. 227

Sacra ſcriptura ſolet aliquando vn° tantum mentionem facere quas alterum ſit notum aliquando vtrunque exprimit.

[c] 2.Paralip.28. 15. [d] Deut.8.3. [e] Pſalm.147.8. [f] 2.Reg.15.2. [g] Hiere.48.20.

eſt moab; cum tamen in prima יֵבֹשׁ *iauaſc, i. confuſus fuit, & in li. Num.*[a] הֶחֱרִישׁ *hecheriſc, i. tacuit; vbi vnus tantum actus ſignificatur, & non duo.*

[a] Num. 30.15.

Exemplum huius coniugationis.

	Præteritum עָבָר	
Fœmininum		*Maſculinum.*
הִפְקִידָה הִפְקַדְתְּ	Viſitare fecit Viſitare feciſti Viſitare feci.	הִפְקִיד הִפְקַדְתָּ הִפְקַדְתִּי
Fœmininum		*Maſculinum.*
הִפְקַדְתֶּן	Viſitare fecerũt Viſitare feciſtis viſitare fecimus.	הִפְקִידוּ הִפְקַדְתֶּם הִפְקַדְנוּ
	Participium בֵּינוֹנִי	
מַפְקִידָה מַפְקִידוֹת	Viſitare faciens viſitare facientes.	מַפְקִיד מַפְקִידִים
	Futurum עָתִיד	
תַּפְקִידִי תַּפְקִיד	Viſitare faciam Viſitare facies Viſitare faciet.	אַפְקִיד תַּפְקִיד יַפְקִיד
		Fœmin.

Fœmininum		Masculinum
	viſitare faciemus	נַפְקִיד
תַּפְקֵדְנָה	Viſitare facietis	תַּפְקִידוּ
תַּפְקֵדְנָה	Viſitare facient.	יַפְקִידוּ
	Imperat. צִוּוּי	
הַפְקִידִי	Fac viſitare	הַפְקֵד
	Hæc tamen vox raro reperitur.	
הַפְקֵדְנָה	Facite viſitare.	הַפְקִידוּ
	Infinit. מָקוֹר	
	Facere viſitare	הַפְקֵד
	In faciendo viſitare	בְּהַפְקִיד
	Cum viſitare faciendo.	כְּהַפְקִיד
	Ad viſitare faciendum	לְהַפְקִיד
	Ex viſitare faciẽdo.	מֵהַפְקִיד

Imperatiuus & infinitiuus aliquando reperiũt cum pathach in vltima.

Aliquando tamen reperitur imperatiuus, & infinitiuus cum pathach in vltima ſyllaba, vt colliges ex lib. Iob[a] *ibi* הַרְחֵק *ideſt elonga, vel elongare fac, vel longe fac, &* הַפְצַר *ideſt tranſgredi in libris Regum.*[b] *Alia pauca in infinitiuo habẽt chirek ſub* ה *he, & cum præterito confunduntur,*

[a] Iob 13.21.

[b] 1. Reg. 15.23.

Aliqua ĩ infinitiuo hẽnt chirek.

vt וְהִמְלִיט *ideſt & ſeruando; vt in Eſai.*[a] *pro quo Vulgata poſuit, ſaluans: recte enim ponitur tempus pro tempore.*

Paſſiuæ tertiæ recipit he in principio ſubſcriptum cum chateph Kamets, in omnibus regularibus, & irregularibus quæ finiuntur in aleph, aut he; & aliquando habent he in fine, vt apud Ezech.[b] *ibi* וְהָשְׁכְּבָה *vehoſcheuah, ideſt & dormire; pro quo poſuit noſtra Vulgata iuxta ſolitas regulas, imperatiuum, dormi. In alijs, irregularibus habet* ו *aut kibbuts, vt illic videbimus. frequenterq́; utitur ſcriptura infinitiuo huius paſſiuæ, he ſubſcripto cum chateph Kamets pro cholem, ut apud Ezech.*[c] *Puncta namque huiuſmodi permutari ſolent, vt ſuperius aduertimus*[d] *& habet modum vocis paſſiuæ primæ cōiugationis. Ac proinde non habet ſignificationem tranſitiuā ſecundum Zamorenſem, & ſi verius credam cum Quinquarboreo ſignificare pati, altero (vt ipſe ait, ei qui agit) ſuadente, & curante, ſiue impellente coacte; vti oſtendit Iſaacus.*[e] *Vnde* הָפְקַד *ſignificat impulſus fuit viſitare. Vocatur etiam ab antiquis binian ſello nizcar ſciem ponghalo, i. coniugatio quæ obliuiſcitur vt ſui agētis. Vide quæ annotauimus ſupra in paſſiua ſecūda. Verba autē omnia quæ in hiphnghil cōiugantur*

[a] Eſai. 31. 5.

Paſſiua hæc recipit ה he cū chateph kamets in omnib. coniugationibus quæ finiuntur in aleph aut, he.

[b] Ezech. 32. 19.

Scriptura ſæpe vtitur infinito paſſiue cū ה he ſubſcripto puncto chatheph kamets pro cholem.

[c] Ezech. 16. 4.

[d] Lib. 1. cap. 2. not. 1.

Verius eſt paſſiuā hanc habere ſignificationē diſtantē à paſſiua primæ.

[e] Pag. 37. & 38.

gantur (vt ait Kimki) in hac paſſiua etiam coniugari poſſunt, licet alij aliter, vide Iſaacum. [a] Pag. 37.

	Paſſiua tertiæ. הָפְעַל	
	Præteritum. עָבָר	
Fœmininum		*Maſculinum*
הָפְקְדָה	Viſitare fuit impulſus	הָפְקַד
הָפְקַדְתְּ	viſitare fuiſti impulſus	הָפְקַדְתָּ
	viſitare fui impulſus	הָפְקַדְתִּי
	viſitare fuerunt impulſi	הָפְקְדוּ
הָפְקַדְתֶּן	viſitare fuiſtis impulſi	הָפְקַדְתֶּם
	viſitare fuimus impulſi.	הָפְקַדְנוּ
Fœmininum		*Maſculinum*
	Participium. בֵּינוֹנִי	
הָפְקָדָה הָפְקֶדֶת	Viſitatus impulſus	הָפְקָד
הָפְקָדוֹת	Viſitati impulſi.	הָפְקָדִים
	Futurum. עָתִיד	
	viſitabor impulſus.	אָפְקַד

הָפְקְדִי

תְּפֻקְּדִי	Viſitaberis impulſus	תְּפֻקַּד
תְּפֻקַּד	Viſitabitur impulſus	יְפֻקַּד
	viſitabimur impulſi	נְפֻקַּד
תְּפֻקַּדְנָה	Viſitabimini impulſi.	תְּפֻקְּדוּ
Fœmininum		*Maſculinum*
תְּפֻקַּדְנָה	Viſitabuntur impulſi.	יְפֻקְּדוּ
	Imperatiuo caret.	
	Infinit. מָקוֹר	
	Viſitari impulſus.	הֻפְקַד
	Cum litteris bichlam non eſt in vſu.	
Fœmininum		*Maſculinum*
מְפֻקָּדָה	Viſitatus impulſus	פָּעוּל מְפֻקָּד מְפֻקָּדִים
מְפֻקָּדוֹת	Viſitati impulſi.	

De forma quartæ coniugationis. Cap. VIII.

Coniugatio hæc parens ſimul & proles vocatur

QVartam hanc coniugationē prolem, & parentem ſimul eſſe, (vt Eliæ verbis vtamur) hoc eſt reciproca, actiuam videlicet, & paſſiuam

ſiuam, ſuperius cap. quarto admonitum eſt, vt הִתְקַדֵּשׁ hithkadaſc, ſe ipſum ſanctificauit. Eſt tamen huius quartæ coniugationis peculiare, uehementiam, multiplicitatem, & frequentiam actionis ſignificare, vt apud Eſai.[a] ibi Verè tu es Deus מִסְתַּתֵּר ideſt abſcondens te, vel abſconditus, vt habet vulgata. Abſcondit enim ſe, multifarie, multiſq; modis, & frequenter, qua de cauſa non נִסְתָּר abſcondere, ſed מִסְתַּתֵּר miſtater, ideſt latitans, & abſcondens ſe, dicitur, et in Pſalm.[b] וְיִתְיָעֲצוּ & conſiliabuntur, aut conſilia capient; multifariam nempe, ac multoties. Et ideo merito etiam appellatur hæc quarta coniugatio כָּבֵד ideſt grauis ſicuti ſecunda. Præter hæc tamen adnotare oportet. Primo hanc quartam cõiugationem non ſolum reciprocam denotare ſignificationem; ſed etiam ſignificare oſtentationem, qua quis ſimulat re, aut verbis, ſe eſſe id quod non eſt, vt cum quis ſe diuitem oſtentat, cum non ſit, ut in Prouerb.[c] ibi מִתְעַשֵּׁר ideſt ſe ditans & non eſt diues: & ibi מִתְרוֹשֵׁשׁ ideſt ſe pauperem faciens, ex ſubſtantia multa: ac ſi diceret, eſt qui ſe putat, aut dicit pauperem, & multam habet ſubſtantiam, ingenteſque opes. Item in Prouer.[d] ibi ne תִּתְהַדַּר ideſt glorifices te, ideſt ne te reputes aut dicas glorioſum.

Et in

Coniugatio hæc ſignificat vehemẽtiã, multiplicitatẽ & frequentiã actionis

[a] Eſa. 45. 15. & 29. 14.

Deus abſcondit ſe

[b] Pſalm. 83. 4

Cõiugatio quarta continet ſignificationem oſtẽtationis & ſimulationis.

[c] Prou. 13. 7.

[d] Prouer. 25. 5.

Et in libris Regum[a] *ibi* וְהִתְחַל *& ægrotabis, oſtendens, & ſingens te eſſe ægrotum. Et in Gene.*[b] *ibi* וַיִּתְחַבֵּא *ideſt & abſcondit ſe, & licet non poſſet Adam ſe abſcondere à facie Domini, abſcondebat tamen ſe cum vxore, obtenebrata namque & conturbata, iam priore illa luce, putabant ipſi primi parentes ſe poße à facie Domini abſcondi, licet ita non eſſet.*

Secundo notandum hanc coniugationem uerba tranſitiua minime comprehendere, ſiquidem eius ſignificatio nunquam extra ſe migrat, nec tranſit, quidquid alij exiſtiment, ex libris Numerorum[c] *ibi* תִּתְחַטְּאוּ *ideſt expiabitis: & ex libr. Num.*[d] *ibi* וְהִתְנַחַלְתֶּם *ideſt & hæreditabitis, nam hæc verba (Elia leuita authore)*[e] *iuxta formam agentium in ſe ipſa exponi debent.*

Tertio notandum, coniugationem hanc complectere per tranſlationem, & ſimilitudinem actionem, quam inanimata in ſe ipſis operantur. Paret ex Abacuc[f] *ibi contriuerunt ſe montes, et ex Eſai.*[g] *ibi conferendo contriuit ſe terra.*

Quarto notandum in hac coniugatione[r] *reperiri aliqua uerba, quæ in alijs coniugationibus minime reperiuntur, habentia tamen ſignificationē coniugationis* קַל *ut* הִתְפַּלֵּל *ideſt orauit Paralip.*[h] *Vnde Elias leuites loco citato, uniuerſalē*

hanc

[a] 1.Reg. 13.5. [b] Geneſ. 3.8. Adam & vxoris abſcōſio. Coniugatio hæc verba tranſitiua minimè cōprehendit. Significatio huius coniugationis nunquā extra ſe migrat. [c] Num. 31.19. [d] Num. 34.10. [e] Oratione 1. elemen. 13. Coniugatio hæc cōprehendit tranſlatiue actionem quam inanimata in ſe ipſis operantur. [f] Abac. 3.9. [g] Eſa. 24.19. Cōplectitur etiam verba ſignificatum primæ coniugationis habentia. Coniugationis קַל [h] 2. Paralip. 30.18. [i] 3. Reg. 8.92. & 33. & 44.

hanc regulam conſtituit; nempe, quod omne verbum, in vna duntaxat coniugatione inuentum extra קַל, perpetuo exponendum eſt ac ſi extiterit eiuſdem coniugationis Kal, ac proinde uerba נִשְׁבַּע niſcbang, ideſt iurauit, et נִלְחַם nilcham, ideſt pugnauit, quæ duntaxat in Niphal reperiuntur, erunt ſignificationis Kal. Idem iudicium erit, de verbis הִשְׁכִּים ideſt mane ſurrexit, & הִשְׁלִיךְ ideſt proiecit. quæ duntaxat in hiphil reperiuntur.

Verba in vna tantum coniugatione inuent extra קַל exponēda ſunt acſi eiuſdem primæ coniugationis exiſtant.

Quinto notandum, quod non ſolum hæc coniugatio, cum niphal cōuenit in eo, quod vtraque eſt intranſitiua, uti late proſequitur Pagn.[a] & poſt eum Moderniores, ſed etiam conuenit cum piel, ratione dagheſc poſiti in ſecunda radicali. Vide tamen quæ ſuperius in præcitata cōiugatione piel adnotata manent.

Coniugatio hæc cū niphal & piel conuenit.

[a] Lib. 3. ſuarum inſt. c. 3. & 4. & p̄ſertim pag. 223

Sexto notandum huius coniugationis ſignum eſſe, הִת hith, cum dagheſc in media litera radicali, ſubſcripto chirek ſub altera accidentali, & ſi aliquando ſubſcribatur chateph Kamets, vt הָתְפָּקְדוּ ideſt numerati fuerunt. Num.[b] Et cum Kibbuts, vt הֻדַּשְּׁנָה impiguatus eſt. Eſai.[c] pro הִתְדַּשְּׁנָה deficiente etiam dagheſc in media littera, quæ alias capax illius erat. Prima autem littera thematis habet pathach, & ſub ſecūda, aut media

Signum huius cōiugationis eſt הִת hith cum dagheſc in media litera ſubſcripto chirek ſub altera accidentali.

[b] Num. 1.19. [c] Eſai. 34.6. Littera prima thematis quomodo ſit ſubſcribenda.

Cũ chet ח & ngaĩ ע fuerĩt radicales dagheſc ceſſat.

Poſt primam radicalem ת tau poſt ponitur qñ verbum incipit ab aliqua ex his litteris hic contẽtis Teth ꝓ tau.

Tau migrat in daleth quando iod eſt prima radicalis.

[a] Eſai. 1. 16.

Tau per dagheſc abſorbetur quãdo prima littera radicalis eſt tau.

media tſere vel pathach cum dagheſc. Si tamen ipſa media non fuerit capax ipſius dagheſc, illud quidem ponetur in prima littera radicali, & in ſecunda loco pathach & dagheſc, ſubſcribentur cum Kamets, vt הִתְפָּאֵר *glorificauit ſe, &* הִתְבָּרֵךְ *ideſt benedixit ſibi. Si tamẽ* ח *chet vel* ע *nghain fuerint radicales, non ſolum hic, ſed etiam in piel perijt omnino dagheſch.*

Septimo notandum, quod ſi verbum incipiat ab aliqua harum litterarum זסשצ *poſt ponitur tau poſt primam radicalem. Vt ex* שָׁמַר *cuſtodiuit, in hac quarta cõiugatione dicimus* הִשְׁתַּמֵּר *ꝓ* הִתְשַׁמֵּר. *Quando vero prima littera thematis ſit tſadik,* צ *ꝓ* ת *tau accidẽtali, ſubſtituitur teth, ex communi vſu, vt* הִצְטַדֵּק *pro* הִתְצַדֵּק *ideſt ſeipſum iuſtificauit, vel excuſauit ſe ſe. Similiter, ſi Zain fuerit prima radicalis, tau migrabit in daleth, ut* הִזְדַּמֵּן *pro* הִתְזַמֵּן *ideſt parauit ſe. Et idem Eſa.*[a] הִזַּכּוּ *purificate vos, pro* הִזְדַּכּוּ*: dagheſc nãmq; in* ד *ſupplet hitpael, ſecundũ R.D. in libr. 1. radicum et in michlol, et Pagn. in theſ. in radice* זָכָה *& in inſtit. ſuis, & Iſaacum in hac quarta coniugatione. Si prima littera thematis fuerit tau, abſorbebitur tau coniugationis per dagheſc poſitum in eadem prima littera thematis, ne ter eadem littera ſubſcribatur, præſertim in futuro, et ne etiam*

comitatur

comittatur cacaphonia, vt in Pſalm.[a] *ibi* תִּתַּמָּם *ideſt cum perfecto et ſancto, exhibere te ſoles perfectus & ſanctus pro* תִּתְתַּמָּם. *Idem etiam accidit vbi teth eſt prima littera thematis, vt* יִטַּמָּא *pro* יִתְטַמָּא *ideſt polluet ſe, vel contaminabit ſe, vt in Leuit.*[b] *Ita etiam fiet ſi daleth quoque prima littera extiterit, vt in Num.*[c] *ibi* מִדַּבֵּר *pro* מִתְדַּבֵּר *ideſt colloquens; & Eſai.*[d] *ibi* אֶדַּמֶּה *pro* אֶתְדַּמֶּה *id eſt aßimilabo me altißimo, ideſt æqualis ei ero.*

Octauo notandum imperatiuum, & infinitiuum, qui eſt ſine litteris biklam, ſimiles eſſe præterito. Vnde fit vt cum occurrunt pro commoditate ſenſus aſſumi debeant.

Nono & vltimo notandum futurum huius coniugationis aliquãdo habere in ſecunda radicali pathach, ut in Prou. ibi: אַל־ תִּתְהַדַּר *ideſt non oſtendebis te glorioſum, uel ne glorioſus appareas & in lib. Eſter*[f] *ibi,* וַיִּתְאַפַּק *& dißimulauit, hoc eſt fecit ſibi vim in continendo, & dißimulãdo. Non debet tamen nos latere tranſmutationẽ litterarũ in hac cõiugatione reperiri. Prima nãq; radicalis trãsferri ſolet in locũ ſecundæ, vt* תִּתַּפָּל *pro* תִּתְפַּתָּל *iuxta illud Pſal.*[g] *perverteris, ideſt te præbebis, & facies peruerſum, & videberis peruerſus, ut in li. Reg.*[h] *de quo ſupra hoc eodẽ cap.*[i] *annotabimus, ſicut ẽt* שִׂמְלָה *pro* שַׂלְמָה *i. pallium.*

Exem-

[a] Pſ. 18. 26.
Si thet aut daleth eſt prima litera thematis idem obſeruãdũ ſicuti vbi thau eſt prima radicalis.
[b] Leuit. 21. 1.
[c] Num. 7. 29.
[d] Ieſ. 4. 14.
Impera. & Infin. ſimiles ſunt pręterito & pro ſenſus commoditate accipi debent.
Futurũ huius quartæ coniugationis aliquãdo habet pathach in ſecunda radicali
[e] Prou. 25. 6.

Eſth. 5. 10. [g] Pſalm. 18. 26. [h] 2. Reg. 22. 37. [i] notab. 7.

Exemplum huius coniugationis. הִתְפַּעֵל		
Præteritum עָבָר.		
Fœmininum		*Maſculinum.*
הִתְפַּקְּדָה	Viſitauit ſe	הִתְפַּקֵּד
הִתְפַּקַּדְתְּ	viſitaſti te	הִתְפַּקַּדְתָּ
	viſitaui me	הִתְפַּקַּדְתִּי
	viſitauerunt ſe	הִתְפַּקְּדוּ
הִתְפַּקַּדְתֶּן	viſitauiſtis vos.	הִתְפַּקַּדְתֶּם
	viſitauimus nos.	הִתְפַּקַּדְנוּ
Participium בֵּינוֹנִי		
Fœmininum		*Maſculinum*
מִתְפַּקֶּדֶת	viſitans ſe	מִתְפַּקֵּד
vel מִתְפַּקְּדָה		
מִתְפַּקְּדוֹת	viſitantes ſe.	מִתְפַּקְּדִים
Futurum עָתִיד		
Fœmininum		*Maſculinum*
	viſitabo me.	אֶתְפַּקֵּד
תִּתְפַּקְּדִי	Viſitabis te.	תִּתְפַּקֵּד
תִּתְפַּקֵּד	Viſitabit ſe	יִתְפַּקֵּד
	viſitabimus nos ipſos.	נִתְפַּקֵּד
תִּתְפַּקֵּדְנָה	Viſitabitis vos	תִּתְפַּקְּדוּ
תִּתְפַּקֵּדְנָה	Viſitabunt ſe.	יִתְפַּקְּדוּ
Imperat. צִוּוּי		
הִתְפַּקְּדִי	Viſita te ipſum.	הִתְפַּקֵּד
		הִתְפַּקֵּדְנָה

הִתְפַּקֵּדְנָה	Viſitare vos ipſos.	הִתְפַּקְּדוּ
	Inſinit. מְקוֹר	
	Viſitare ſe.	הִתְפַּקֵּד
	Et cum litteris. בְּכְלָם בְּהִתְפַּקֵּד כְּהִתְפַּקֵּד לְהִתְפַּקֵּד מֵהִתְפַּקֵּד	

De gutturalibus. Cap. IX.

AD normam, huius verbi פָּקַד *variantur omnia verba perfecta: ſed quia præſentibus gutturalibus: multis in locis fit aliqua mutatio, et ipſæ ordinatas regulas deordināt ſeu pro genio ſuo confundunt (vti ſuperius diximus cum de litteris gutturalibus meminimus)*[a] *libuit non ſparſim, ſed iunctim omnia, in quibus gutturales deuiant à propoſito tramite, & obſcuram reddunt grammaticam in vnum locum colligere.*

Prima igitur ſit regula: omnis mutatio, quæ debet fieri in ſceua ſub prima, aut ſecunda littera verbi, ſi illa fuerit gutturalis erit in chateph pathach, vt aduertimus cum de mutatione pun

[a] Lib. 1. cap. 4.

Mutatio quæ fieri debet in ſceua ſub prima aut ſecunda littera verbi, ſequente gutturali fit in chateph pathach

ctorum egimus [a] *vt* אָדַר *adar magnificum eſſe in ſecunda pluralis præſenti Kal dices* אֲדַרְתֶּם *pro* אֲדַרְתֶּם*, vt* פְּקַדְתֶּם*. Similiter* רָחַב *dilatare in tertia pluralis* רָחֲבוּ *pro* רָחְבוּ*, vt* פָּקְדוּ*.*

Secunda regula, ſi prima littera verbi ſit gutturalis, vel reſc [b] *(excepto aleph de quo inferius in tertia regula) accidentales futuri Kal, et biclam ſubſcribuntur duplici ſegol, aut duplici pathach. Cum dicimus duplex pathach, vel duplex ſegol, ſemper ſecundum habet annexum ſceua hoc modo -: - ·.·: vt à verbo* עָבַר *tranſire, in futuro dicemus* אֶעֱבוֹר *vel* אַעֲבוֹר *tranſibo. Infinitiuus eſt* עֲבוֹר*, cum biclam dices* בֶּעֱבוֹר *vel* בַּעֲבוֹר*. In alijs, quæ non ſunt gutturalia, bene poteſt eſſe vnum pathach ſimplex poſt aliud, ut diximus ſuperius. In præterito niphal, & hiphil nun, quæ eſt accidentalis præteriti niphal; & he, quæ eſt accidentalis præteriti hiphil, cum duplici ſegol ſubſcribentur, & gutturalis ſequens cum chateph ſegol, vt* נֶעֱבַר *&* הֶעֱבִיר*. De alijs temporibus niphal cōſule ſextam regulam. A præterito uero hiphil omnes accidentales ſequentium temporum, cum ſequitur littera gutturalis, habent duplex pathach vt in participio hiphil,* מַעֲבִיר*. In hophal quando prima eſt gutturalis tranſmutantur puncta, & he accidentalis habet Kamets, & prima verbi chateph Kamets vt* הָעֳבַר *hanghouar pro* הָעְבַר *honghauar. Tertia regula, ſi hæc prima gutturalis*

[a] Lib. 2. cap. 16.

Gutturali exiſtēte in prima radicali vel Reſc excepto aleph, accidentales futuri קַל kal & biclā ſubſcribuntur duplici ſegol aut duplici pathach.

[b] Lib. 1. cap. 13.

Accidentales prę teriti niphal & hiphil cum duplici ſegol ſcribentur & ſequēs gutturalis cū chateph ſegol. Accidentales omnium temporū tertiæ cōiugationis à prę terito habent duplex pathach ſequēte gutturali. In paſſiua tertiæ ob gutturalem pūcta tranſmutant.

turalis ſit aleph, in futuro kal literæ accidentales ſcribētur cū cholē. & ſecūda cū pathach aut tſere, ut אָכַל *comedit in futuro* אֹכַל *vel* אֹכַל *comedā* יֹאכַל, תֹּאכַל*: ſic* אָמַר *dixit ī futuro* אֹמַר *aut* אֹמַר *dicā, &* תֹּאמַר *&* יֹאמַר*. In imperatiuo in prima, et ultima dictione aleph ſubſcribitur cum chateph ſegol aut pathach, ut* אֱכֹל לְנָה אֱכוֹל*. In aliȷs oīb. mutat ut diximus in p̄cedenti regula de prima gutturali. Quarta regula, ſi ſecūda litera thematis ſit gutturalis, ipſa quidē in futuro, loco cholē, ultra ſegol litteræ accidētalis q̄ eſt ēt gutturalis hēt pathach; ut* צָחַק *ridere in futuro* אֶצְחַק *ridebo,* רָחַק *elongauit, in futuro* אֶרְחַק *elongabo.*

Quinta regula, cū tertia litera fuerit chet, uel nghain, ſimiliter in futuro loco cholē habebūt pathach, ut שָׁמַע *audiuit, in futuro* אֶשְׁמַע *audiā, & in oīb. aliȷs tēporibus, et cōiugationibus p̄cedente, quouis pūcto lōgo (depto Kamets) eadem litteræ, nghain, & cheth, ſuſcipiunt ſub ſe pathach, ut in tertia cōiugatione* הִשְׁמִיעַ *&* הִרְקִיעַ *extēdere, et ſuperius diximus ſatis adnotauim⁹* [a]*. In participio uero fœminino loco duplicis ſegol recipiūt duplex pathach ut* שׁוֹמֵעַ *audiens: in fœminino* שׁוֹמַעַת *loco* שׁוֹמֶעֶת *ut* פּוֹקֶדֶת*. Si vero in aleph, aut he deſinat, imperfectum eſt, de quo infra ſuo loco.*

Sexta regula, quando aliqua littera debet habere dagheſc, ut in toto futuro, infinitiuo, & im-

Gutturalis aleph cū ē prima radicalis in futuro kal efficit ut oīs accidētalis ſcribātur cū holē & ſecunda cum patach vel tſere.

Gutturali exiſtēte ſecunda radicali ipſa loco cholem, habebit pathach.

Gutturali exiſtēte tertia thematis ח chet vel ע nghain ī futuro loco holē habebit pathach

Litteræ nghaī ע & ח chet in oīb. tpib⁹ & coniugationib. p̄cedente quouis puncto lōgo excepto kamets ſuſcipiūt ſub ſe pathach [a] Lib. 1. 4. Participium fœm. loco duplicis ֶ ֶ recipit propter gutturales duplex ַ ַ Gutturalis mutare facit puncta breuia in longa qn̄ alitter debet habere dagheſc.

peratiuo niphal, & in tota ſecunda coniugatione actiua, & paßiua, & in quarta: & quia in ſequente gutturali non poteſt daghesc ſuſcribi, in prima vel in ſecunda litera radicali; tunc temporis, mutat vocalem breuem in longam, atque ideo tranſit chirek in tſere & pathach in Kamets, & Kibbuts in cholem, quod eſt valde notandum. Et patet in lib. Nu.[a] *ibi* מֵאֵן *pro* מָאֵן *ideſt renuntiare, vbi chirek punctum breue cōuertitur in longū tſere, vide Deu.*[b] *Et in verbo* אָסַף *colligere, in futuro niphal* תֵּאָסֵף *pro* תֵּאָסֵף; *et* גֵּאַל *redimere in piel* גֵּאַל, *in pual* גּוֹאַל.

Aliquando vero et ſi habeant in ſecundo loco gutturalem, nō mutāt vocalem breuem in longam, ut daghesc coniugationis ſignum, plane deficiat, vt puta in verbo בִּעֵר[c] *paſcere &* רִחַם *miſerere, vt in Pſal.*[d] מִהַר *feſtinare. Aliqua tamē ſunt in quibus nulla reperitur gutturalis media, & tamen perdunt daghesc, propter frequentē illarum uſum, ut in lib. Eſth.*[e] *ibi* לֹא בִקְשָׁה *ideſt nihil poſtulauit, & in Pſal.*[f] *ibi* הַלְלוּ *laudate.*

De mutatione punctorum in verbis. Cap. X.

P*Rima regula, in omnibus futuris, imperatiuis, & infinitiuis cuiuſcunque coniugationis, tam regularis, quàm irregularis ſi in*

ultima

daghesc ponitur in toto futuro imperatiuo infinito niphghal & in tota ſecunda coniugatione actiua & paſſiua & in paſſiua tertiæ & in quarta.

[a] Num. 22.13.

[b] Deute. 7.14.

Aliquando vocalis breuis non mutatur in longā etiam ſi in ſecunda ſit gutturalis.

[c] 3.Reg. 22.47.

[d] Pſalm. 103.13.

Aliquando etiā ſine gutturali pdit daghesc.

[e] Eſth. 2.15. [f] Pſalm. 148.1. & Pſalm. 117.1. Futura omnia, imperatiua & infinita cuiuſcunque coniugationis ſæpe mutant tſere in ſegol.

vltima fuerit tſere, adiecto vau in initio, aut ſequente makaph, vel monoſyllaba dictione, aut habente accentum in prima, mutatur tſere in ſegol, & retrahitur accentus, vt וַיֹּאמֶר pro וַיֹּאמֵר idest dicet, & יִכָּרֶת אִישׁ. ideſt percutietur uir. Similiter tranſit cholem in kamets ſequente machaph, & legitur vt chateph Kamets אֶפְקָד־מֶלֶךְ viſitabo regem pro אֶפְקֹד מֶלֶךְ idque contingit in dictis caſibus in quibus dicebamus tſere mutari in ſegol. cholem mutatur ī kamets ſequente makaph & legitur chateph kamets.

Secunda regula: puncta mutari contigit in fine periodi, aut quando eſt aliquis accentus habēs naturam periodi; de quibus ſuperius diximus.[a] et quando verbum componitur cum pronomine, de quo cap. ſequenti dicemus. Quādo mutationes ī verbis fieri debent. [a] Lib. 2. cap. 16.

Tertia regula: in mutatione periodi attendenda eſt vocalis penultima, quæ in prima cuiuſuis temporis poſitione (hoc eſt in tertia & ſecunda præteriti). ſi fuerit breuis: mutatur in longam ſuæ ſpeciei; vt פָּקַד viſitauit, efficies פָּקָד. Si fuerit in alia poſitione vocalis penultima ſi eſt breuis, mutatur in vocalem, quæ eſt in penultima primæ poſitionis illius temporis, hoc eſt tertiæ perſonæ præteriti, & ſi adhuc eſt breuis mutatur in longam ſuæ ſpeciei. Exēplis hæc fient apertiora. In præterito kal in tertia pluralis, quæ eſt פָּקְדוּ ſit mutatio in penultima quæ habet ſceua Vocalis penultima attēdēda in mutatione periodi.

Vocalis penultima periodi aliquando reducit ad vocalem quã illa littera habet in themate aut in futuro.

quod quidem mutatur in vocalem, quàm habet illam et littera Koph in prima poſitione illius temporis, ſcilicet in pathach quod in prima poſitione ſubſcribitur litteræ koph, ut patet in verbo פַּקַד *pakad: ſed quoniam adhuc illud pathach eſt breue, mutabitur in vocalem longam ſuæ ſpeciei, & dicemus* פָּקַד *& ſic efficies pakadu* פָּקְדוּ*; ſimiliter in alijs temporibus. Aliquando, in quouis tempore ſit, reducitur ad vocalem, quam illa littera habet in themate, aut in futuro, vt* אֶפְקֹד או אֶפְקְדָה*, pro illa prima poſitione futuri.* אֶפְקְדָה *efficies* אֶפְקֹדָה *reducendo ad primam futuri poſitionem, aut* אֶפְקָדָה *reducendo ad* פָּקַד*.*

Compoſitio nominum cum pronomine eſt plus neceſſaria quá verborũ cum pronomine.

De compoſitione verbi cum pronomine. Cap. XI.

[a] Lib. 2. cap. 15.

Verba actiua ſolum cũ pronomine componuntur, non vero paſſiua.

VErborum cum pronominibus cō-poſitionem non eſſe, tam neceſſariam, quantum nominum, ſuperius[a] diximus. Nihilo tamen minus ad intelligentiam ipſius compoſitionis in uerbis regularibus, & irregularibus ſequentes regulæ adnotandæ ſunt.

Prima regula verba actiua duntaxat, tam regularia quàm irregularia, ſiue perfecta et imperfecta, componuntur cũ pronominibus deriuatiuis

tiuis

tiuis, quæ inſeparabilia dicuntur, aliquãdo cum primitiuis, quæ ſeparabilia appellantur, vt inferius videbis[a]*. Ex paßiuis infinitiui; qui quidem & participia, componuntur cum pronomine, ac ſi eſſent nomina; & eaſdem mutationes atque terminationes admittũt. Quippe quia paßiue actionem, ſiue perſonã agentem, referre nequeũt, id quod actiuæ proprium eſt. Quo ſit vt ad hoc, infinitiuus paßiuam nominis formã induat, uide quæ inferius ante quartam regulam adnotabimus.*

[a] Reg. 3.

Infinitiui ex paſſiuis cõponuntur cum pronomine & participia etiã ac ſi eſſent nomina.

Secunda regula; prima perſona uerbi nõ componitur cum prima perſona pronominis, nec ſecunda verbi, cum ſecunda pronominis, hoc eſt prima perſona non recipit terminationem primæ perſonæ pronominis, neque in ſingulari, neque in plurali: ſed hanc ſignificationẽ habet quarta coniugatio. Et ita ſi dicere volumus viſitaſti te, dicemus. הִתְפַּקַּדְתָּ *& nõ* פְּקַדְתָּךְ *ex* פָּקַדְתָּ *ſecunda perſona thematis. Tertia vero perſona verbi recipit terminationes omnium perſonarum. Secunda tantum primæ, & tertiæ perſonæ. Prima vero ſecundæ, & tertiæ. Secunda pluralis maſculina, & fœminina eandem habent formam, ex-*

Prima perſona verbi non recipit terminationem primæ perſonæ pronominis nec in ſingulari nec in plurali. Coniugatio quarta habet ſignificatiuum compoſiti pronominis & perſonã terminationem quam alia verba non admittunt. Tertia perſona verbi recipit terminationes omnium perſonarum. Secunda perſona recipit terminationẽ primę & tertiæ. Prima perſona recipit terminationem ſecundæ & tertię. Secũda plurali maſcul. & fœmin. eaſdem ſeruit formas & regulas.

cluſo.n.ultimo mem, aut nū, adſumit uau ſciurek vt ex פְּקַדְתֶּם *fit* פְּקַדְתּוּהוּ. *Attendendū tamē quod licet in hac compoſitione uerborum, perſonarū ordinem iuxta hebræorum morem obſeruemus; incipiendo nempe à tertia perſona & deinde; ordo tamē perſonarum pronominis, procedit, iuxta morē latinorum, incipiendo à prima, & deinde per ſecundam deueniendo ad tertiam.*

Terminationes quæ verborum compoſitioni cum pronomine deſeruiant.

Tertia regula: terminationes quæ debent affigi, aut addi verbis, vt efficiant pronomina ſunt ſequētes. Semper enim deſumuntur ex pronominibus deriuatiuis, non vero ex primitiuis, vt dictum eſt. Adnotandum tamen prius, quod tertia perſona vtriuſq; numeri, & generis, habet in ſua compoſitione cū pronominibus decē varietates. Secunda perſona ſex, prima vero octo; computatis duplicibus terminationibus pro vna, nec mirum, quod nō variantur compoſitiones vnius perſonæ, totidem modis, ſicuti & alterius: cum vſu loquentium raro fiat reciprocatio eiuſdem perſonæ, ſupra ſe ipſum: atque ideo nec prima, cum prima; nec ſecunda cum ſecunda componitur. Non enim dicimus viſitaui me viſitaſti te, &c. Has omnes viginti quatuor terminationes, ſeu variationes, videlicet, decem, ſex, et octo cōplectūtur ſub illa dictione וְחַי *vachai, i. & uiuet.*

Tertia perſona pronominis vtriuſque numeri habet decem varietates.

Termi-

Terminatio.

Terminationes pronominum cum verbis compoſitorum.		
	Primæ ſingularis communis	ִי
	Primæ pluralis communis.	נוּ
Fœmininum		*Maſculinum*
	Secundæ.	
ךְ	Singularis.	ךָ
כֶן	Pluralis.	כֶם
	Tertiæ.	
נָה הָ הָ הָ	Singularis.	הוּ ו ָהוּ
ןָ ן ן ן	Pluralis.	מוֹ הֶם ם ם ם ם

Vides quomodo iſte terminationes aliquando terminantur in ה *he aliquando in* כ *caph ultimum; aliquando in nun finale, aliquando etiam in iod & in* ם *mem. Et ita in dictione ſequenti comprehenduntur* הכנים. *Authore vero R. D. Kimki, familiaria magis verbis ſunt he quinque* הָ נִי נוּ הוּ נָה הָ *licet* הוּ *&* הָ *nominibus quieſcentibus lamed affiguntur. Aliquando etiam utuntur hebræi in huiuſmodi compoſitione; pronominibus ſeparabilibus, ut te, me, illum, illos, vide Iſaacum.*[a]

[a] Pa. 195

Iſta

Iſta autem inſeparata pronomina cum verbis compoſita, indicant illum in quem, tanquam in patientem, actio verbi tranſit cum quo componitur: vt viſitauit illum. Quarta regula, in huiuſmodi compoſitione puncta ſic permutantur. Kamets nempe primæ litteræ verbi, mutatur in ſceua, & ſceua ſecundæ litteræ eiuſdem verbi in kamets. In pronomine vero כֶּם *Kamets mutatur in pathach; ſimiliter pathach ſecundæ mutatur in kamets in tertijs duntaxat perſonis præteriti.*

Puncta permutantur in compoſitione pronominis cum verbo.

Quinta regula, monoſyllaba in compoſitione non mutant. Vnde in verbo ſam שָׂם *potius dices* שָׂמוֹ *ideſt poſuit ipſum: & idem in omnibus monoſyllabis.*

Monoſyllaba in compoſitione nihil mutant.

Sexta regula, perſonæ, quæ finiũtur in he, mutant illud in tau, & verba quæ in futuro, & imperatiuo, loco cholem habẽt pathach (vt ſunt quæ habent gutturalẽ in ſecundo, aut tertio loco) mutant pathach in Kamets. Reliqua puncta inuariata manent.

Perſonæ in ה he finitæ mutant illud i ת tau & verba q̃ in futuro & imperatiuo loco cholẽ habent pathach mutant ĩ kamets.

Exempla.	*Maſc.*
Præteritum קַל	
Viſitauit.	פָּקַד

Fœmin.

Fœmininum		Maſculinum
	Viſitauit me	פְּקָדַנִי
	Viſitauit nos	פְּקָדָנוּ
פְּקָדֵךְ	Viſitauit te	פְּקָדְךָ
פְּקָדְכֶן	Viſitauit vos	פְּקָדְכֶם
פְּקָדָהּ	Viſitauit illum.	vel פְּקָדוֹ
		פְּקָדָהוּ
פְּקָדָן	Viſitauit illos.	פְּקָדָם

Fœmininum		Maſculinum.
	Secunda præteriti.	
	Viſitaſti.	פָּקַדְתָּ

Cum ſit ſecunda perſona non admittit terminationes ſecundæ perſonæ pronominis: ſed tantum primæ, & tertiæ.

	Viſitaſti me	פְּקַדְתַּנִי
	Viſitaſti nos	פְּקַדְתָּנוּ
		vel פְּקַדְתּוֹ
פְּקַדְתָּהּ	Viſitaſti illum.	פְּקַדְתָּהוּ
פְּקַדְתָּן	Viſitaſti illos.	פְּקַדְתָּם

	Prima perſona præteriti	
	Viſitaui.	פָּקַדְתִּי

Han

Non admittit primas perſonas, ſed ſecundas & tertias: unde פקדתי hoc modo componitur.

Fœmininum		*Maſculinum*
פקדתיך	Viſitaui te	פקדתיך
פקדתיכן	viſitaui vos	פקדתיכם
פקדתיה	viſitaui illum	vel פקדתיו
		פקדתיהו
פקדתין	viſitaui illos.	פקדתים
		פקדתימו

Fœmininum		*Maſculinum*
	Tertia pluralis. פקדו	
	Viſitauerunt me	פקדוני
	viſitauerunt nos	פקדונו
פקדוך	viſitauerunt te	פקדוך
פקדוכן	viſitauerunt vos	פקדוכם
פקדוה	viſitauerunt illum	פקדוהו
פקדון	viſitauerunt illos.	פקדום

	Secunda perſona pluralis maſculina & fœminina.	
פקדתן	Viſitaſtis	פקדתם

Excluſis mem, & nun adſumũt vau ſcurek, cui additis affixis, habebunt eãdem inflexionẽ, & non admittunt ſecundas perſonas.

Fœmininum		*Maſculinum*
	Viſitaſtis me.	פקדתוני

	Viſitaſtis nos	פְּקַדְתּוּנוּ
פְּקַדְתּוּהָ	Viſitaſtis illum	פְּקַדְתּוּהוּ
פְּקַדְתּוּן	Viſitaſtis illos.	פְּקַדְתּוּם
	Prima pluralis non admittit primas perſonas	
	Viſitauimus.	פְּקַדְנוּ
Fœmininum		*Maſculinum*
פְּקַדְנוּךְ	Viſitauimus te.	פְּקַדְנוּךָ
פְּקַדְנוּכֶן	Viſitauimus vos	פְּקַדְנוּכֶם
פְּקַדְנוּהָ	Viſitauimus illum	פְּקַדְנוּהוּ
פְּקַדְנוּן	Viſitauimus illos.	פְּקַדְנוּם
	Tertia ſingul. fœmin.	
	Viſitauit.	פָּקְדָה
	Mutata he in tau, & facit פָּקְדַת	
	Mulier viſitauit me virum.	פְּקָדַתְנִי
	Viſitauit nos.	פְּקָדַתְנוּ
פְּקָדַתֵךְ	Viſitauit te virum.	פְּקָדַתְךָ
פְּקָדַתְכֶן	Vos	פְּקָדַתְכֶם
פְּקָדַתָּה vel פְּקָדַתָּה	Illum	פְּקָדַתּוּ vel
		פְּקָדַתְהוּ
פְּקָדַתַן	Illos.	פְּקָדָתַם vel
	Secunda ſingularis fœmin.	
	Viſitaſti.	פָּקַדְתְּ
		Facit

Facit ut פְּקַדְתִּי*, ne tria ſceuaim concurrãt in vna dictione, & non admittit ſecundas terminationes.*

Fœmininum		*Maſculinum*
	Viſitaſti me	פְּקַדְתִּנִי
	Viſitaſti nos	פְּקַדְתָּנוּ
פְּקַדְתִּיהָ	Viſitaſti illum	פְּקַדְתִּיהוּ
פְּקַדְתִּין	Viſitaſti illos.	פְּקַדְתִּים

Partici-pium & infiniti-uus com ponun-tur vt no mina.

Participium, & infinitiuus omnino componuntur vt nomen, & facit פֹּקְדִי פֹּקְדֵנוּ &c.

De eorum compoſitionibus, in præſenti nihil eſt dicendum; ſed uide quam plurima quæ Pagninus de infinitiui compoſitione cumulauit[a] *& Quinquarboreus*[b] *& Iſaacus.*[c] *Qui omnes tradunt infinitiua plerunque ut nomina cenſenda.*

[a] Lib. 3. Inſti. ca. 14. & ſe.
[b] Pagin. 165. & 161. cũ ſeq.
[c] Pag. 143

	Futurum.	
	Viſitabo.	אֶפְקוֹד

Futuri prima poſitio nihil mutat nec admitiit primas perſonas

Nihil mutat, nec admittit primas perſonas.

Fœmininum		*Maſculinum.*
אֶפְקְדֵךְ	Viſitabo te	אֶפְקָדְךָ
vel אֶפְקְדָהּ	Viſitabo illum.	vel אֶפְקְדוֹ
		אֶפְקְדֶהָ

Fœmininum		*Maſculinum*
vel אֶפְקְדֶהָ	Idem	vel אֶפְקְדֵהוּ
אֶפְקְדֶנָּה	Idem	אֶפְקְדֶנּוּ
אֶפְקְדֵן	Viſitabo illos	vel אֶפְקְדֵם
	Idem	אֶפְקְדֵמוֹ
אֶפְקָדְכֶן	Viſitabo vos.	אֶפְקָדְכֶם

Similiter reliquæ perſonæ futuri componuntur. Infinitiuus & imperatiuus cōueniunt in cōpoſitione, & ideo tranſmutant puncta ad compoſitionē cum affixis, ſiue pronominibus, quia prima ſubſcribitur cum chateph Kamets & ſecūda cum ſceua. Et licet infinitiuus (ut ſupra diximus) ut nomen reguletur: nihilominus tamen actionem ad perſonam patientē refert, ut ad occidendū me, hoc eſt ut me occidas, aliquando ad perſonā agentem; ut uidebis apud [a] *Quinquarb.*

Reliquę poſitiones futuri eundē modum obſeruāt quē prima poſitio eiuſdem. Infinitiuus & imper. tranſmutant puncta.

[a] Pag.165 & ſeq.

Imperat.

	viſita	פְּקוֹד
	viſita me	פָּקְדֵנִי
	viſita nos	פָּקְדֵנוּ
פָּקְדָהּ	viſita illum	פָּקְדוֹ
פָּקְדֵן	viſita illos.	פָּקְדֵם

Fœmininum		*Maſculinum*
	viſitate	פִּקְדוּ
	viſitate me	פִּקְדוּנִי
	viſitate nos	פִּקְדוּנוּ
פִּקְדוּהָ	viſitate illum	פִּקְדוּהוּ
פִּקְדוּן	viſitate illos.	פִּקְדוּם

In om-

Compo nuntur aliæ actiuæ abſque vlla mutatione.

In omnibus alijs aliarum actiuarum compoſitionibus & modis atque temporibus huius primæ coniugationis, prædicta mutatio Kamets in ſceua authore Zamorenſi, omnino ceſſat. Sed illis, vt iacent ſunt addendæ terminationes pronominum. Vnde licet Kamets primæ litteræ ſubſtantialis præteriti Kal mutetur in compoſitione in ſceua, in alijs præteritis punctus primæ literæ ſubſtantialis remanebit immutabilis componẽdo ſic. In ſecunda actiua פִּקְדוֹ *ideſt uiſitauit illum: & in tertia,* הִפְקִדַנִי *ideſt fecit uiſitare me, licet aliquãdo illud chirek uertatur in ſegol, vt in*

[a] 1.Reg. 25.7.

li. Reg. [a] *ibi* לא הֶכְלַמְנוּם *ideſt non affecerunt eos ignominia; pro quo recte, Vulgata poſuit, nunquam eis moleſti fuimus. Quis enim moleſtior, qui iniuriam irrogat, an qui irrogatam patienter fert? Libuit tamen hæc omnia ante inflexionem imperfectorum verborum adnotare; vt melius intelligerentur, & quia regulæ præſcriptæ illis etiam ſunt communes.*

De breui collectione omnium coniu-iugationum. Cap. XII.

P*Ræterita actiua habent hanc formam.*

פָּקַד

Futuri	Participia	Præterita.
אֶפְקוֹד	פּוֹקֵד	פָּקַד
אֲפַקֵּד	מְפַקֵּד	פִּקֵּד
אַפְקִיד	מַפְקִיד	הִפְקִיד
אֶתְפַּקֵּד	מִתְפַּקֵּד	הִתְפַּקֵּד

Infinitiui		Imperatiui.
פְּקוֹד		פְּקוֹד
פַּקֵּד		פַּקֵּד
הַפְקֵד		הַפְקֵד
הִתְפַּקֵּד		הִתְפַּקֵּד

Tempora paſſiua.

Præterita.	
	נִפְקַד
	פֻּקַּד
	הָפְקַד

Quarta, caret Participio paſsiuo, vt præterita, ſubſcripto tantum Kamets, ſub ſecunda littera, ק, Koph.

Futuri.	
	אֶפָּקֵד
	אֲפֻקַּד
	אָפְקַד

Quarta caret. Imperatiui paſsiui non ſunt niſi in prima, quæ format. הִפָּקֵד

Infinitiui.	
	הִפָּקֵד
	פֻּקּוֹד
	הָפְקֵד

Participia Paul.
פָּקוּר
מְפֻקָּד
מְפֻקָּד

Hæc igitur tempora ſic breui collecta, et illas gutturalium regulas, qui memoriæ mandauerit facile irregularia, ſeu imperfecta intelliget de quibus iam inſtituetur ſermo libro ſequenti.

FINIS.

LIBER

LIBER QVARTVS

De verbis imperfectis. Cap. I.

CVm libro præcedenti de verbis perfectis dictum ſit, debitus rerum ordo poſtulat, ut nunc de imperfectis hoc libro quarto agamus. Imperfecta igitur verba (uti eodem libro cap. primo admonuimus) ab hebræis אַבְנֵי גָזִית *aune gazith, ideſt lapides tonſæ, vocantur. Et ſunt illa, quibus inter coniugandum excidit aliqua litera thematis, ſiue radicis, quorum quidem tres etiam ordines eſſe adnotatum eſt. Primus ordo eſt defectiuorum, ſecundus quieſcentium, tertius duplicantium. Primo tamen notandum, deficientia (ut ibidem diximus) eſſe in quibus pe verbi, id eſt prima littera verbi eſt aliqua harum trium,* לני*. At frequẽtiora ſunt, quæ à nun incipiunt, ex incipientibus à* ל *lamed duo tantum,* לָקַח *i. accepit et* לָתַע *i. eradicauit inueniuntur. Quæ incipiũt à iod ſequente tſadi in ſecunda, variantur omnino ac ſi eſſent pe nun (excepto ſolo* יָצָא *i. exiuit) quoniã licet hẽat tſadi in ſecunda, aliter variatur, ut ſtatim libro ſequẽti videbimus.*[a] *Si aũt à iod ſequente alia quauis littera; peculiarem inflexionem habent, ſicuti ibidem adnotabimus.*[b]

Verba imperfecta qũo vocãtur ab hebræis.

Quid ſit verbum imperfectum.

Tres ordines verborũ imperfectorum.

Defectiua verba ſunt quę ĩ prima littera hẽnt aut, ל lamed aut נ nũ aut י iod ſed habẽtia נ nũ frequentiora sũt

Incipientia à י iod variãtur vt habentia nũ נ etiam ſi hẽnt tſadi צ in ſecunda,

vno tamen יָצָא excepto.[a] Lib. 5. cap. 6.[b] Lib. 5. cap. 1.

deſectiua pe iod & pe ל lamed, vt pe nun variantur.
Deficientia & omnia imperfecta, in præterito & participio primæ coniugationis, & à futuro paſſiuæ, & in tota ſecunda, cum ſua paſſiua & in quarta quoque ſunt perfecta, & vt talia inflectūtur.
Dagheſc non poteſt vti duplici officio, ac proinde, non pōt poni loco nun amiſſi, & coniugationis gratia. Dagheſc ſecundæ & quartæ oſtendit vehementiam coniugationis, & non defectum litteræ.

Ipſa tamen verba incipientia, à iod, vel à lamed, variantur ac ſi eſſent pe nun, vt יָנַח *poſuit* יָקַף *circundedit* לָתַע *euulſit, &* לָקַח *accepit.*

Secundo notandum, deficientia primæ in præterito, & Benoni primæ coniugationis, & à futuro ſuæ paſſiuæ niphal, & in tota ſecunda cum ſua paſſiua, & in quarta, eſſe perfecta; & inflecti ad modum pakad, abſque vlla amiſſione litteræ. De præterito et Benoni primæ patet, de futuro niphal, & ſequentibus temporibus ibi videbimus dagheſc in ÿs temporibus poſitum non eſſe propter defectum nun coniugationis, de ſecunda & quarta etiam patet, quoniam, cum in his coniugationibus ſemper ſit dagheſc in prima, aut ſecunda littera, ſi illud nun in ipſis amitteretur, dagheſc fungeretur duplici officio, poneretur namque & coniugationis gratia, & loco nun amiſſi, quæ duo officia, vnum, & idem dagheſch exequi nequit, quoniam non facile cognoſceretur vtrum litteræ amiſſæ, aut litteræ coniugationis defectum oſtenderet, vnde in ſecunda, & quarta coniugatione dagheſch oſtendit vehementiam, & non defectum litteræ amiſſæ, atque ideo iure optimo prædicta verba deficientia, in dictis coniugationibus perpetuo perfecta

cenſen-

cenſenda ſunt. Alia imperfecta, hoc eſt quieſcentia nghain, hoc eſt in quibus ſecunda littera verbi quieſcit, ſupplent defectum litteræ amiſſæ motione longa in themate, & in cæteris temporibus iam dictis videlicet futuro, imperatiuo, & infinito, vt קָם *ſurrexit, pro* קוּם *&* בִּן *i. intellexit pro* בון *vt inter coniugandum apparebit manifeſtius.*

Tertium notabile. Cum vero nghain verbi eſt gutturalis, quia non eſt capax dagheſc, deficientia uariantur in illis temporibus vt perfecta ſine alicuius litteræ amiſsione, vt נָעַם *pulchrum eſſe, vel in pulchreſcere, in futuro ſine amiſsione nun formabit* אֶנְעַם *ideſt pulchreſcar, vide tamen quæ cap. tertio dicemus. Aliqua etiam uerba reperiuntur incipientia à nun abſque gutturali in ſecundo loco, quæ tamen coniugantur vt perfecta, ideſt ſine vlla Amiſsione, vt in futuro, d. capite tertio: annotamus.*

Quieſcentia ngain, ſupplẽt defectũ litteræ amiſſe motione magna.

Imperfecta quãdo gutturalis littera ĩ ſecũdo loco adeſt variãtur vt perfecta.

Verba aliqua carentia gutturali in ſecunda ẽt vt perfecta coniugãtur

De verbo נָגַשׁ Cap. II.

Q Vando hoc verbum נָגַשׁ *Nagaſc habet punctũ in dextero cornu, in cõiugatione Kal ſignificat accedere & appropinquare: in coniugatione autem hiphil ſignificat accedere, facere, &*

Diſcrimen ſignificationis ob punctum in dextro vel ſiniſtro cornu poſitum.

[a] Num. 8.19.
[b] Geneſ. 33.7.
Verbum nagaſc ſignificat conſtringere cũ in ſiniſtro cornu punctus fuerit.
[c] 4.Reg. 23.34.
[d] Zach. 9.8.

appropinquare, & tunc eſt neutrum, ideſt intranſitiuum, vt Numer.[a] *& Gen.*[b] *ſi uero habeat punctũ in ſiuiſtro cornu, ſignificat conſtringere, & tunc non eſt neutrum, vt in lib. Reg.*[c] *& Zach.*[d] *vbi eſt tranſitiuum.*

	Coniugatio Kal.	
	Præteritum. עָבָר	
Fœmininum		*Maſculinum*
	Singulare.	
נָגְשָׁה	Acceſſit	נָגַשׁ
נָגַשְׁתְּ	Acceſiſti	נָגַשְׁתָּ
	Acceſſi.	נָגַשְׁתִּי
	Plurale.	
	Acceſſerunt	נָגְשׁוּ
נְגַשְׁתֶּן	Acceſſiſtis	נְגַשְׁתֶּם
	Acceſſimus.	נָגַשְׁנוּ
Fœmininum		*Maſculinum*
	Benoni, ſeu participium.	
נוֹגְשָׁה vel נוֹגֶשֶׁת	Aecedens	נוֹגֵשׁ
נוֹגְשׁוֹת	Accedentes.	נוֹגְשִׁים
	Futurum. עָתִיד	
	Accedam	אֶגַּשׁ
תִּגְּשִׁי	Accedes	תִּגַּשׁ
תִּגַּשׁ	Accedet.	יִגַּשׁ

Fœminin-

Fœmininum		*Maſculinum*
	Accedemus	נִגַּשׁ
תִּגַּשְׁנָה	Accedetis	תִּגְּשׁוּ
תִּגַּשְׁנָה	Accedent.	יִגְּשׁוּ
	Imperat. הַצִּוּוּי	
גְּשִׁי	Accede	vel גַּשׁ
		גֵּשׁ
גַּשְׁנָה	Accedite	גְּשׁוּ
	Infinit. מָקוֹר	
	Accedere,&c.	גֶּשֶׁת בְּגֶשֶׁת כְּגֶשֶׁת לָגֶשֶׁת מִגֶּשֶׁת

Notabilium huius præced. verbi
Cap. III.

PRimum notabile circa hoc futurum huius verbi nagaſc notandum, quod vt plurimum amittitur nun, & ſecunda verbi habet daghesc, vt oſtendat illum defectum nun, licet aliquando euphoniæ cauſa non ponatur daghesc, vt Num. [a] *ibi* וַיִּסְעוּ מִיַּם־סוּף *ideſt & profecti ſunt ex mari carectoſo, ſeu rubro, vbi* וַיִּסְעוּ *ſine da-*

Futurũ hui⁹ verbi vt plurimum amittit nun, daghesc poſito in ſecũda littera verbi, vt hũc defectũ oſtendat licet aliquando euphoniæ cauſa daghesc nõ ponatur

a Num. 33.11.

Deficientia etiã ſi non habeãt gutturalem litterã in ſecunda verbi, in futuro aliquando ſunt perfecta & remanent ſine dagheſc.

gheſc, pro וַיִּסְּעוּ *quoniam deficit nun, debebat enim eſſe* וַיִּנְסְעוּ *à themate* נָסַע *naſang, ideſt profectus eſt. Quibus adde, quod inueniuntur aliquãdo verba deficientia in futuro, quæ etiam ſi Ain verbi non ſit gutturalis, perfecta manent, quoniam non amittunt nun: nec habent ex ea cauſa dagheſc, vt à nagaſc* נָגַשׂ *in futuro* תִּנְגּוֹשׂוּ *exigetis, Eſai.* [a] *& Pſalm.* [b] וּמִצְוֹתָיו יִנְצוֹרוּ *& præcepta illius cuſtodient, ſeu mandata eius exquirant, à* נָצַר *ſeruauit, aut cuſtodiuit, ſic etiam* אֶנְטוֹר *ſeruabo, &* יִנְטוֹר *ſeruabit à uerbo* נָטַר *mutato* צ *in* ט*, quæ ſanè mutatio chaldaiſmum ſapit, & patet etiam Exod.* [c] לֹא תִנְאָף *non mæchaberis, in ſecunda futuri, à* נָאַף *fornicatus eſt, aut mæchatus eſt. Et Prouerb.* [d] וְלֶחֶם סְתָרִים יִנְעָם *hoc eſt, & panis abſconſionum, ideſt abſconditus dulceſcet, ideſt ſuauior eſt, vult dicere, quod ſicut aquæ furtiuæ dulciores ſunt, ita, & panis abſconditus, hoc eſt furto ablatus, eſt ſuauior, dulcior, & iucundior,* יִנְעַם *tertia eſt futuri à verbo* נָעַם *pulchrum, & ſuaue fuit. Iob* [e] הֲיִנְהַק פֶּרֶא עֲלֵי־דֶשֶׁא *num rugiet (vt vulgata habet) ſeu clamabit, vt ſeptuaginta, & alij de quibus Theſ.* [f] *onager iuxta herbam, ſiue cum habuerit herbam, vult dicere, quod habet præſepe plenum, & ſaturatus eſt, non conqueritur, vti inferius de boue,* יִנְהַק *in*

Comparatio optima.

a Eſa. 58. 3.
b Pſalm. 78. 7.
c Exod. 20. 12.
d Prouer. 9. 17.
e Iob 6. 5.
f Theſ. col. 1533.

hak, ideſt rugiet, eſt tertia perſona futuri à verbo נָהַק *ideſt clamare, rudere, & rugire. Vides ergo in his locis, in ain verbi non reperiri dagheſc, propter gutturalis præſentiam etiam nun non amittit, ſunt tamen aliqui caſus, in quibus licet* Motio
nun amittatur, & gutturalis adſit in ſecunda lit lōga ſup
tera verbi, ſuppletur defectus nun per motionem plet defe ctū nun
longam ſub litteris איתן*, quæ pro hiric habent tſe-* ſub acci dentali-
re, vt in Ieremiam [a] מִי יֵחַת עָלֵינוּ *quis deſcendet* bus futu ri.
contra nos, ſiue quis percutiet nos, vt vulgata no [a] Ier. 21.
ſtra habet; & Ruth [b] וַתֵּהוֹם כָּל הָעִיר *& obſtrepuit* 13.
tota ciuitas propter illas, vel velox apud cunctos [b] Ruth. 1.19.
fama percrebuit, obſtrepere enim, ſeu commoueri ciuitatē (vt hebræa uerba ſignificant) & famam in oēs percrebuiſſe idem eſt, commotiones et ſtrepitus hic eſt effectus. וַתֵּהוֹם *enim pro* וַתִּנְהוֹם *ponitur, à* נָהַם *ſecundum Eliam, licet Chimchi deducat à* הוּם *vel* הָיַם *haiam; ideſt tumultuari, quod placet Quinquarboreo, & verius puto. Vi* Futurū
des in locis prædictis exiſtente gutturali, ſuppleri hoc more perfe-
defectum nun motione longa, ſub dictis litteris ctorum
accidentalibus futuri. habet in vltima ו

Secundo notandum, hoc futurum habere aliquando in vltima ו *vau more perfectorū, vt in* [c] Pſalm.
Pſalm. [c] וְעָלֵהוּ לֹא יִבּוֹל*, et folium eius non deficiet,* 1.3.
aut decidet, à נָבַל*. Et in lib. Ion.* [d] וַיִּפּוֹל הַגּוֹרָל עַל יוֹנָה [d] Ionæ. 1.7.

& cecidit

& cecidit ſors ſuper Ionam, à verbo נָפַל *cecidit.* In quib. locis vides ו *vau in vltima futuri. In fine aũt clauſulæ reperitur ſceua mediæ literæ mutatum in Kamets cum accentu, vt in Geneſ.*[a] גְּשׁוּ נָא אֵלַי וַיִּגָּשׁוּ *accedite ad me, & acceſſerunt.*

Tertio notandum, daghesc primæ litteræ imperatiui, non eſſe ratione nun amiſſi, vti quibuſdam placet; ſed ratione daghesc lenis litterarum Begad chephath. Quare, ſi quæuis alia litera præter begad chepad fuerit initialis, in imperatiuo, non recipiet daghesc, quia tunc non eſſet daghesc lene, quod in initio in litteris begad chephath ponitur tantummodo. Forte, minus eſſe poteſt, quoniam daghesc forte, non ponitur in initio, iuxta late tradita ſupra[b]*. Ideo tunc opus eſt vſu, & cognitione thematum, quia nullum defectus indicium remanet. Prꝫterea aduertendum, in vltima huius imperatiui eſſe aliquando cholem, vt* גשו *accedite, vt in libr. Reg.*[c] *Et aliquando nun non amittitur, vt in Pſal.*[d] נְצוֹר לְשׁוֹנְךָ כרֶע *cuſtodi, vel prohibe linguam tuam à malo.*

Quarto notandum, infinita aliquando non amittere nun, ut Eſther[e] נָפוֹל תִּפּוֹל *cadẽdo cades, ideſt certe corrues, vel ſine dubio corrues. Si tamen tertia thematis eſt gutturalis, loco duplicis*

ſegol,

Sceua mediæ literæ huius futuri mutatur in fine clauſulæ in pathach

[a] Geneſ. 45.4.

Daghesc primæ literæ imperatiui non eſt ratione nũ amiſſi.

[b] Lib. 1. capit. de vtroque daghesc.

Imperatiui hui9 vltima hẽt cholẽ more perfectorum.

[c] 1. Reg. 14. 38.

[d] Pſalm. 33. aut 34. 15.

Et nun aliquando in eo amittitur.

Infinita huius verbi aliquando non amittũt nun.[e] Eſth. 6. 13. Infinita quando tertia thematis eſt gutturalis loco duplicis ſegol recipiẽt duplex pathach.

ſegol, recipiunt duplex pathach, euphoniæ cauſa, vt לָטַעַת עֵת *ideſt tempus ad plantandum, ideſt plantandi Eccleſ.*[a] *Quatuor autem verba in hoc infinito reijciunt nun, et adſumunt in fine tau, cum litteris biclam: nam ſine ipſis vt plurimum nun retinent.* נָגַשׁ נָטַע נָפַח נָגַע *vt in li. Reg.*[b] לָגַעַת *ad tangendum, & in lib. Iudic.*[c] לָגֶשֶׁת *accedendum, &* לָפַחַת *inſufflandū. Ezech.*[d] *et* לָטַעַת *ad plantandam. Eccleſ.*[e]

[a] Eccleſ. 3.4. Quatuor verba in hoc infinitiuo recipiunt nun cum biclam. Sine litteris biciā deficientia ī hoc infinito non amittūt nun.
[b] 2. Reg. 14.10.
[c] Iudic. 20.23.
[d] Ezech. 22.20.
[e] Eccl. 3. 2. ſeu c. 4

De coniugatione Niphal. Cap IIII.

Præteritum. עָבָר

Coniugatur etiam hoc præteritum cum cholem, vt נִמּוֹל *nimmol, i. circunciſus eſt, in ſecunda perſona facit* נִמּוֹלְתָּ *Nimmolta, circūciſus fuiſti, &* נִמּוֹלְתִּי *circunciſus fui, vt in Geneſ.*[f] *Dagheſc autem quod ponitur in litera ghimel, in præterito & benoni, indicat defectum primæ litteræ thematis, quæ eſt nun, in in cæteris temporibus, in dicat defectū, formatiuum niphal, & ita in hoc præterito & benoni, eſt hæc coniugatio perfecta ſicut in pihel & hithpael.*

[f] Geneſ. 17.26.

Fœmininum		*Maſculinum*
נִגְּשָׁה	Oblatus fuit	נִגַּשׁ
נִגַּשְׁתְּ	Oblatus fuiſti.	נִגַּשְׁתָּ

Oblatus

	Oblatus	נִגַּשְׁתִּי
	oblati fuerunt	נִגְּשׁוּ
נִגַּשְׁתֶּן	oblati fuiſtis	נִגַּשְׁתֶּם
	oblati fuimus.	נִגַּשְׁנוּ
	Participium. בֵּינוֹנִי	
Fœmininum		*Maſculinum*
נִגָּשָׁה vel נִגֶּשֶׁת	Qui oblatus eſt	נִגַּשׁ
נִגָּשׁוֹת	Qui oblati ſunt	נִגָּשִׁים
	Futur. עָתִיד	
	Oblatus ero	אֶנָּגֵשׁ
תִּנָּגְשִׁי	oblatus eris	תִּנָּגֵשׁ
תִּנָּגֵשׁ	oblatus erit	יִנָּגֵשׁ
	oblati erimus.	נִנָּגֵשׁ
תִּנָּגַשְׁנָה	oblati eritis	תִּנָּגְשׁוּ
תִּנָּגֵשְׁנָה	oblati erunt.	יִנָּגְשׁוּ
Fœmininum		*Maſculinum*
	Imperat. צִוּוּי	
הִנָּגְשִׁי	Oblatus eſto	הִנָּגֵשׁ
הִנָּגַשְׁנָה	oblati eſtote.	הִנָּגְשׁוּ
	Infinit. מָקוֹר	
	Offerri.	הִנָּגֵשׁ
לְהִנָּגֵשׁ	כְּהִנָּגֵשׁ	כְּהִנָּגֵשׁ
		מֵהִנָּגֵשׁ

Nun habet dagheſc ob aliud nũ amiſſum qđ erat characteriſticum niphal.

Fœminin-

Fœmininum		*Maſculinum*
	פָּעוּל	
נְגוּשָׁה	Qui oblatus eſt	נָגוּשׁ
נְגוּשׁוֹת	Qui oblati ſunt.	נְגוּשִׁים

De coniugatione Pihel Haddagusc, Cap. V.

IN actiua & paßiua perfecta eſt. Dagheſc autem non ſupplet defectum nun, ſed eſt nota coniugationis pihel, quæ ſemper eſt dagheſciata, dagheſc enim duo munera exercere non poteſt.

Pihel eſt coniugatio perfecta hēt actiuam & paſſiuam.

Fœmininum		*Maſculinum*
	Præteritum. עָבַר	
נִגְּשָׁה		נִגֵּשׁ
נִגַּשְׁתְּ		נִגַּשְׁתָּ
		נִגַּשְׁתִּי
		נִגְּשׁוּ
נִגַּשְׁתֶּן		נִגַּשְׁתֶּם
		נִגַּשְׁנוּ

Contendit Zamoren[a] verba huiuſmodi non inueni-

Notab.

[a] Lib. 3. c. 2. ſuarum inſtit.

Verba hæc ſecundum zamorē. nō inueniuntur in piel ſed oppoſitum eſt veri[•].

inueniri in piel, ne coincidant cum niphal; aut ne dagheſc duplex munus exerceat, vehementiam ſcilicet coniugationis, & defectum nun demonſtrando. Nos tamen ſequuti vniuerſos alios auctores illam ponimus, quæ a niphal ſolo orationis
1.Reg. 23.7. *contextu, & ſenſu diſcernitur, vt in libr. Reg.* [a] נִכַּר אֹתוֹ אֱלֹהִים בְּיָדִי *tradidit eum Deus in manũ meam, ubi* נִכַּר *tradere, vel alienare eſt actiuum in piel. Vulgata, tradidit eum dominus in manus meas. Et ita exponendũ eſſe ſentẽtia ipſa in-*
b Iob 34. 19. *dicat. Iob* [b] *vero* וְלֹא נִכַּר שׁוֹעַ *et nõ eſt cognitus muniſicus,* נִכַּר *eſt niphal vt contextus litteræ indi-*
c Eſai. 19. 7. *cat. Eſai.* [c] *etiam.* וְכֹל מִזְרַע יְאוֹר יִיבַשׁ נִדַּף וְאֵינֶנּוּ*, & omnes ſementes riuuli areſcet, propulſabitur, &*
d Prou. 26.24. *non ipſum. Idem Prouerb.* [d] *Vulgatus apertius tranſtulit ſic, & omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit. Quo loco verbum* נִדַּף *ſignificat propellere, ſeu euellere, vbi eſt paſſiuum niphal* נִדַּף *ideſt propulſabitur. Quamobrem non eſt inconueniens, vt verba huius coniugationis cum niphal coincidant, vbi tamen ex contextura orationis diſcernuntur.*

	Particip. בֵּינוֹנִי	
Fœmininum		*Maſculinum*
מְנֻגָּשָׁה		מְנֻגָּשׁ
מְנֻגָּשׁוֹת		מְנֻגָּשִׁים

Fœmin-

Fœmininum		*Maſculinum*
	Futur. עָתִיד	
		אֲנַגֵּשׁ
תְּנַגְּשִׁי		תְּנַגֵּשׁ
תְּנַגֵּשׁ		יְנַגֵּשׁ
		נְנַגֵּשׁ
תְּנַגֵּשְׁפָּה		תְּנַגְּשׁוּ
תְּנַגֵּשְׁנָה		יְנַגְּשׁוּ

Fœmininum		*Maſculinum*
	Imperat. צִוּוּי	
נַגְּשִׁי		נַגֵּשׁ
נַגֵּשְׁנָה		נַגְּשׁוּ
	Infinit. מָקוֹר	
לְנַגֵּשׁ		נַגֵּשׁ
מְנַגֵּשׁ		בְּנַגֵּשׁ
		כְּנַגֵּשׁ

De coniugatione Punghal, ſeu paſſiua ſecundæ. Cap. VI.

	Præterit. עָבָר	
נֻגְּשָׁה		נֻגַּשׁ
נֻגַּשְׁתְּ		נֻגַּשְׁתָּ
		נֻגַּשְׁתִּי
		נֻגְּשׁוּ
נֻגַּשְׁתֶּן		נֻגַּשְׁתֶּם
		נֻגַּשְׁנוּ

Particip-

Fœmininum	Participium. בינוני	*Maſculinum*
נגשה		נגש
נגשות		נגשים
	Futurum.	עתיד
		אנגש
תנגשי		תנגש
תנגש		ינגש
		ננגש
תנגשנה		תנגשו
תנגשנה		ינגשו
	Imperat. caret צווי	
Fœmininum		*Maſculinum*
	Infinit. מקור	
		נגוש
	Et cætera cum litteris. בכלם	
	Particip. פעול	
מנגשה		מנגש
מנגשת		מנגשים

Coniugatio hæc cũ ſua paſſiua eſt defectiua. Gutturali exiſtẽte ſecunda littera verbi hæc coniugatio erit perfecta & ñ amittit nun.

De coniugatione hiphil. Cap. VII.

Coniugatio hæc cum ſua paſſiua hophhal deficiens eſt, & in ſecunda radicali habet daghesc. Sed cum Ain fuerit littera gutturalis, quia non admittit daghesc; tunc non amittitur prima, ſed coniugãtur perfecte huiuſcemodi uerba,

vt a

ut à נָחַל hæreditauit הִנְחִיל hæredem fecit, הִנְחַל hæres factus eſt, quæ omnia iuxta adnotata ſupra[a] accipienda ſunt. [a] Cap. 1. & 3.

Fœmininum		Maſculinum
	Præteritum עָבָר.	
הִגִּישָׁה	Fecit accedere	הִגִּישׁ
הִגַּשְׁתְּ	Feciſti accedere	הִגַּשְׁתָּ
	Feci accedere &	הִגַּשְׁתִּי
	ſic de aliis Iux-	הִגִּישׁוּ
הִגַּשְׁתֶּן	ta temporũ va-	הִגַּשְׁתֶּם
	rietates & per-	הִגַּשְׁנוּ
	ſonarum diffe-	
	rentias.	

Sic Exod.[b] *ex verbo* נָגַר *in tertia* הִגִּיד *nunciauit* וְהִגַּדְתָּ *&* *nũciaſti, vt in lib. Reg.*[c] *Ex* נָצַל *liberare* הִצַּלְנוּ *eruemus, ex tertia. Et ex* נָפַל *cecidit,* הִפִּיל *cum pronomine* הִפַּלְתָּם *cadere eos.*[d]

[b] Exod. 13. 8.
[c] 1. Reg. 30. 22.
[d] Pſalm. 73. 18.

Fœmininum		Maſculinum
	Particip. בֵּינוֹנִי	
מַגִּישָׁה	Faciens accedere	מַגִּישׁ
מַגִּישׁוֹת	Facientes acce-	מַגִּישִׁים
	dere.	

Sic etiam מַגִּיד *annuncians.*[e] מַכִּיר *cognoſcens Pſalm.*[f]

[e] Pſalm. 19. 2.
[f] Pſalm. 142. 5.

Litteræ [illegible] accidentales quomodo ſubſcribantur. Chateph pathach nihil aliud eſt quã ſceua compoſitum & ſicut poſt ſceua nõ ſequit', dagheſc, ſic & poſt chateph pathach. Kamets idem valet quod pathach & dagheſc [illegible]

Fœmininum	Futurum.	Maſculinum
	Faciam accedere	אַגִּישׁ
תַּגִּישִׁי	Facies accedere	תַּגִּישׁ
תַּגִּישׁ	Faciet accedere.	יַגִּישׁ
	Faciemus acce-dere	נַגִּישׁ
תַּגֵּשְׁנָה	Facietis accedere	תַּגִּישׁוּ
תַּגֵּשְׁנָה.	Facient accedere.	יַגִּישׁוּ

Littera [illegible] *cum pathach, & non chateph pathach ut commodè ſequens littera dagheſcietur, nam chateph pathach nil aliud eſt, quam ſceua compoſitum. Aliquando tamen habent kamets, & non ponitur dagheſc in ſecunda verbi, quoniam Kamets, idem valet quod pathach, & dagheſc, ut patet, ut in Geneſ.*[a] וַיָּזֶד *& pulmentum coxit, pro* וַיַּזֶּד *cum dagheſc, a verbo* זוּד *& primo paralip.*[b] וַיָּשַׂר *& ſecuit, & Eſai.*[c] [illegible] *& deſluxit.*

In omnibus futuris tertia poteſt terminatio eſſe iod, aut tſere, ut יַבִּיט *ideſt reſpexit, ut in lib. Num.*[d] *& cum tſere* וַיַּצֵּל *& eripuit, ſeu liberauit Ioſ.*[e] וַיַּצִּילֵם *ut in Pſalm.*[f] *Et hoc tſere facile mutatur in ſegol, ut* וַיַּשֶּׂג *ideſt, & apprehendit. Fit hæc mutatio, cum accedit vau conuerſiuum, aut cum ſequitur dictio monoſyllaba,* vel

[a] Geneſ. 25.29.
[b] 1. Paralip. 20.3.
[c] Eſa. 44. 6.
[d] Num. 12. 8
Futurũ poteſt terminari in iod & tſere
[e] Ioſ. 9. 26
[f] Pſalm. 78. 28. tſeri hoc facile in ſegol mutatur.

vel, quæ habet accentum in prima, vt in forma perfectorum oſtenſum eſt.[a]

Fœmininum		Maſculinum
	Imperat. צווי	
הַגִּישִׁי הַגֵּשְׁנָה	Fac accedere Facite accedere.	הַגֵּשׁ הַגִּישׁוּ

Ad notandum in hoc imperatiuo, tſeri tranſire in ſegol ſequente machaph, vt הַבֶּט־נָא reſpice quæſo. vt in Geneſ.[b] & וְהַגֶּד־נָא adnuncia, dic quæſo. Eſai.[c]

In forma paragogica cum iod, vt הַגִּידָה annuncia. vt in Gen.[d] & הַבִּיטָה id eſt reſpice, vt in Pſalm.[e] & הַגִּישָׁה accede, vt in lib. Reg.[f]

	Infinit. מקור	
בְּהַגִּישׁ מֵהַגִּישׁ	Facere accedere	הַגֵּשׁ בְּהַגִּישׁ לְהַגִּישׁ

Inuenitur makor cum nun, & defecta he, vt לַנְפִּיל Numer.[g] ad cadendum, vel ad cadere.

[a] Lib. 3. cap. 7.

Tſeri in imperatiuo trãſit in ſegol ſequente machaph.

[b] Geneſ. 15.5.
[c] Eſai. 7. 19.
[d] Geneſ. 49.15.
[e] Pſalm. 13.4.
[f] 4. Reg. 4.[illegible]
[g] Num. 5.[illegible]

De coniugatione hophhal. Cap. VIII.

Kamets & chibbuts ſũt puncta commutabilia.

a Lib. 3. cap. 9. regula 6.

SCribitur chibuz ſub he, tũ quia ſunt puncta commutabilia chatheph Kamets & chibuts, tum, vt ain verbi recipiat daghesc, iuxta regulam ſupra traditam [a] Pe verbi non admittit vau, quod ſolent habere imperfecta, dempto גָּלָה reuelare.

Præteritum. עָבָר		
Fœmininum		Maſculinum
הֻגְּשָׁה הֻגַּשְׁתְּ	Oblatus eſt & ſic de aliis temporibus & perſonis.	הֻגַּשׁ הֻגַּשְׁתָּ הֻגַּשְׁתִּי
		הֻגְּשׁוּ
הֻגַּשְׁתֶּן		הֻגַּשְׁתֶּם הֻגַּשְׁנוּ

Ex tertia & ſua paſſiua repetitur in tertia perſona ſingul. fœ. peculiaris compoſitio.

b Zach. 5.11.

Ex hiphhil, & hophhal in tertia ſingularis fœm. inuenitur compoſitio quædam, vt Zach. [b] וְהֻנִּיחָה *ideſt & collocabitur, aut reſidebit, pro* וְהֻנְּחָה *à* יָנַח *ideſt reponere.*

Particip. בֵּינוֹנִי		
Fœmininum		Maſculinum
הֻגָּשָׁה או		הֻגָּשׁ
		הֻגֶּשֶׁת

הֻגֶּשֶׁת הֻגָּשׁוֹת		הֻגָּשִׁים
Fœmininum		*Maſculinum*
	Futur. עָתִיד	
תֻּגְּשִׁי תֻּגַּשׁ תֻּגַּשְׁנָה תֻּגַּשְׁנָה		אֻגַּשׁ תֻּגַּשׁ יֻגַּשׁ נֻגַּשׁ תֻּגְּשׁוּ יֻגְּשׁוּ
	Imperat. צִוּוּי caret.	
	Infinit. מָקוֹר	
	Applicari הֻגֵּשׁ או הֻגַּשׁ	
Fœmininum		*Maſculinum*
	Particip. פָּעוּל	
מֻגָּשָׁה מֻגָּשׁוֹת		מֻגָּשׁ מֻגָּשִׁים

De forma Hithpael. Cap. IX.

V*Bique perfecta eſt hæc coniugatio, vt piel, variatur ſine amiſſione nun. Zamoren*[a] *ait non inueniri, vt de piel tenuit, ſed quamuis hoc uerbum nagaſc non reperiatur in hithpahal, certum eſt tamen multa deficientia pe nun inueniri, ut* הִתְנַפַּלְתִּי *i. proſtraui me. Deut.*[b] *et* וְהִתְנַחֲלוּם

[a] Lib. 3. cap. 2. Deficiẽda multa repeRiũtur in hithpahel.

[b] Deut. 9 5.

Eſa.14. 2. *poſſidebũt ex eis, uel hæredes eorum erunt, Eſa. Ponitur igitur ab authoribus hoc uerbum, ut cæterorum deficientium regula.*

Fœmininum		*Maſculinum*
	Præteritum. עָבָר	
הִתְנַגְּשָׁה הִתְנַגַּשְׁתְּ	Obtulit ſe.	הִתְנַגֵּשׁ הִתְנַגַּשְׁתָּ הִתְנַגַּשְׁתִּי
הִתְנַגַּשְׁתֶּן		הִתְנַגְּשׁוּ הִתְנַגַּשְׁתֶּם הִתְנַגַּשְׁנוּ

Fœmininum		*Maſculinum*
	Participium. בֵּינוֹנִי	
מִתְנַגְּשָׁה vel מִתְנַגֶּשֶׁת מִתְנַגְּשׁוֹת		מִתְנַגֵּשׁ מִתְנַגְּשִׁים

Fœmininum	Futurum. עָתִיד	*Maſculinum*
תִּתְנַגֵּשׁ תִּתְנַגְּשִׁי		אֶתְנַגֵּשׁ vel אֶתְנַגְּשָׁה תִּתְנַגֵּשׁ יִתְנַגֵּשׁ נִתְנַגֵּשׁ
תִּתְנַגֵּשְׁנָה תִּתְנַגֵּשְׁנָה		תִּתְנַגְּשׁוּ יִתְנַגְּשׁוּ

Imper-

Fœmininum	Imperat.	Maſculinum
הִתְנַגְּשִׁי הִתְנַגֵּשְׁנָה		הִתְנַגֵּשׁ הִתְנַגְּשׁוּ
	Infinitiuus.	
לְהִתְנַגֵּשׁ מֵהִתְנַגֵּשׁ		הִתְנַגֵּשׁ בְּהִתְנַגֵּשׁ כְּהִתְנַגֵּשׁ

De deficientibus Pe Iod. Cap. X.

SOla uerba quæ habent ſecundam radicalem צ *tſadi, dicuntur deficientia pe iod, excepto* יצא *id eſt exiuit, vt lib. hoc cap. I. diximus. Nam iiſdem in locis, in quibus nun deficiebat in his verbis, iod deficit, eo quod eundem inflectendi modum ſequantur. Appellantur deficientia Pe iod: fere ſenarium numerum non tranſcendunt.* יצב *ſtetit* יצג *poſuit* יצע *ſtrauit* יצק *fudit* יצר *formauit* יצת *combuſſit, aut combuſtus eſt. Quibus adde duo hæc* יצב *poſuit* יקף *circumdedit, quæ coniugantur ſicuti defectiua pe nun, uel iod quod idem eſt. Si à iod incipiant. Et quauis ſecunda littera exiſtente præter tſadi, dicuntur quieſcentia, non deficientia, exceptis* יצג *&* יקף *vt dictū eſt, de quorū inflexione ſtatim dicemus. Quamuis hæc verba in omnibus ſequantur*

verba deficientia pe iod quot ſint & quomodo inflectantur.

Deficientia pe iod eundem inflectendi modū ſequūtur quo defiicētia pe nun.

Verba à iod incipiētia & habētia aliam literam p̄ter tſadi dicūtur quieſcentia, & nō deficientia.

nagaſc, volui tamen tyronibus exemplum propo nere huius verbi יָצַב *ut clarius dicta perſpiciantur.*

Conjugatio Kal. Stetit. יָצַב		
Fœmininum	Præterit. עָבַר	*Maſculinum*
יָצְבָה		יָצַב
יָצַבְתְּ		יָצַבְתָּ
		יָצַבְתִּי
		יָצְבוּ
יְצַבְתֶּן		יְצַבְתֶּם
		יָצַבְנוּ
Fœmininum	Particip. בֵּינוֹנִי	*Maſculinum*
יוֹצְבָה vel		יוֹצֵב
יוֹצֶבֶת		יוֹצְבִים
יוֹצְבוֹת		
Futurum עָתִיד ſtabo.		
Fœmininum		*Maſculinum*
		אֶצַּב
תִּצְּבִי		תִּצַּב
תִּצַּב		יִצַּב
תִּצַּבְנָה		נִצַּב
תִּצַּבְנָה		תִּצְּבוּ
		יִצְּבוּ
Imperatiuus צִוּוּי ſtabo.		
Fœmininum	Sta.	*Maſculinum*
צְבִי		צַב
צַבְנָה		צְבוּ

Infinit.

	Infinit. מְקוֹר	
כְּצֶבֶת	בְּצֶבֶת ſtare. מִצֶּבֶת	צֶבֶת לְצֶבֶת

צ *initialis in imperatiuo, et infinitiuo ſine dagheſc: nam dagheſc forte nunquam ponitur in capite, ut libro primo diximus capite de dagheſc forti.*

Dagheſc forte nũquã ponitur in capite.

	Niphhal.	
Fœmininum	Præteritum עָבַר.	*Maſculinum*
נִצְּבָה		נִצַּב
נִצַּבְתְּ		נִצַּבְתָּ
		נִצַּבְתִּי
		נִצְּבוּ
נִצַּבְתֶּן		נִצַּבְתֶּם
		נִצַּבְנוּ
Fœmininum	Benoni.	*Maſculinum*
נִצָּבָה vel		נִצָּב
נִצֶּבֶת		נִצָּבִים
נִצָּבוֹת		
Fœmininum	Futurum. עָתִיד	*Maſculinum*
		אֶיָּצֵב
תִּיָּצְבִי		תִּיָּצֵב
תִּיָּצֵב		יִיָּצֵב
		נִיָּצֵב
תִּיָּצַבְנָה		תִּיָּצְבוּ
תִּיָּצַבְנָה		יִיָּצְבוּ

	Imperat. caret צווי	
Fœmininum		*Maſculinum*
היצבי היצבנה		היצ היצבו
	Infinit. מקור	
כהיצב	בהיצב מהיצב	היצב להיצב
Fœmininum	פעול	*Maſculinum*
יצובה יצובות		יצוב יצובים
Fœmininum	Pihel. עבר	*Maſculinum*
יצבה יצבת יצבתן [illegible]		יצב יצבת יצבתי יצבו יצבתם יצבנו
Fœmininum	Benoni.	*Maſculinum*
מיצבה מיצבות		מיצב מיצבים
Fœmininum	עתיד	*Maſculinum*
תיצבי תיצב		איצב תיצב ייצב
[illegible]		ניצב

		נִיצַּב
תִּיצַּבְנָה		תִּיצְּבוּ
תִּיצַּבְנָה		יִיצְּבוּ
Fœmininum	צִוּוּי	*Maſculinum*
יַצְּבִי		יַצֵּב
יַצֵּבְנָה		יַצְּבוּ
	Infinit. מָקוֹר	
כְּיַצֵּב	בְּיַצֵּב	יַצֵּב
	מִיַּצֵּב	לְיַצֵּב
	Puhal.	
	Præteritum עָבָר.	
Fœmininum		*Maſculinum*
יֻצְּבָה		יֻצַּב
יֻצַּבְתְּ		יֻצַּבְתָּ
יֻצַּבְתֶּן		יֻצַּבְתִּי
		יֻצְּבוּ
		יֻצַּבְתֶּם
		יֻצַּבְנוּ
	Participium. בֵּינוֹנִי	
Fœmininum		*Maſculinum*
יֻצָּבָה		יֻצָּב
יֻצָּבוֹת		יֻצָּבִים
Fœmininum	עָתִיד	*Maſculinum*
		אֲיֻצַּב
תְּיֻצְּבִי		תְּיֻצַּב
תְּיֻצַּב		יְיֻצַּב
		נְיֻצַּב

Fœmininum		*Maſculinum*
		ניצב
תיצבנה		תיצבו
תיצבנה		יצבו

Imperat. צוי caret.

Infinitiuus. מקור

Cum litteris. בכלם vt ſupra. יצוב

Fœmininum	פעול	*Maſculinum*
מיצבת		מיצב
מיצבות		מיצבים

Hiphil.

Fœmininam	עבר	*Maſculinum*
הציבה		הציב
הצבת		הצבת
		הצבתי
		הציבו
הצבתן		הצבתם
		הצבנו

Fecit ſtare vel cõſtituit.

Fœmininum	בינוני	*Maſculinum*
מציבה		מציב
מציבות		מציבים

Fœmininum

	עָתִיד		
יַצִּיב	תַּצִּיב	אַצִּיב	*Maſ.*
יַצִּיבוּ	תַּצִּיבוּ	נַצִּיב	
תַּצֵּבְנָה	תַּצִּיב	תַּצִּיבִי	*Fœm.*
		תַּצֵּבְנָה	
	צִוּוּי		
	הַצִּיבוּ	הַצֵּב	*Maſ.*
	הַצֵּבְנָה	הַצִּיבִי	*Fœm.*
	מָקוֹר		
כְּהַצִּיב	בְּהַצִּיב	הַצֵּב	
	מֵהַצִּיב	לְהַצִּיב	
	Hophhal. עָבָר		
הֻצַּבְתִּי	הֻצַּבְתָּ	הֻצַּב	*Maſ.*
הֻצַּבְנוּ	הֻצַּבְתֶּם	הֻצְּבוּ	
הֻצַּבְתֶּן	הֻצַּבְתְּ	הֻצְּבָה	*Fœm.*
	בֵּינוֹנִי		
	הֻצָּבִים	הֻצָּב	*Ma.ſ*
	הֻצָּבוֹת	הֻצָּבָה	*Fœm.*
	עָתִיד		
יֻצַּב	תֻּצַּב	אֻצַּב	*Maſ.*
יֻצְּבוּ	תֻּצְּבוּ	נֻצַּב	
תֻּצַּבְנָה	תֻּצַּב	תֻּצְּבִי	*Fœm.*
		תֻּצַּבְנָה	
הֻצַּב	מָקוֹר		
	Paul. פֻּעַל		
	מֻצָּבִים	מֻצָּב	*Maſ.*
מוּצָּבוֹת	מֻצֶּבֶת vel	מֻצָּבָה	*Fœm.*

Niphhal.

	Hithpael.	
Fœmininum	עבר	*Maſculinum*
התיצבה	Statuit ſe vel ſte-	התיצב
התיצבת	tit vel con-	התיצבת
	ſtitutus eſt.	התיצבתי
		התיצבו
התיצבתן		התיצבתם
		התיצבנו
Fœmininum	בינוני	*Maſculinum*
מתיצבה		מתיצב
מתיצבות		מתיצבים
Fœmininum	Futurum, עתיד	*Maſculinum*
		אתיצב
התיצבי		תתיצב
תתיצב		יתיצב
		נתיצב
תתיצבנה		תתיצבו
תתיצבנה		יתיצב
Fœmininum	צווי	*Maſculinum*
התיצבי		התיצב
התיצבנה		התיצבו
Fœmininum	Infinitiuus. מקור	*Maſculinum*
להתיצב		התיצב
מהתיצב		כהתיצב
		בהתיצב

De defi-

De deficientibus pe lamed. Cap. XI.

DVo tantummodo verba לעֹ *cuiuſit &* לָקַח *accepit, ſunt deficientia Pe lamed, hoc eſt incipiẽtia à littera lamed, quæ eſt prima thematis. Nam ita eam primam litteram amittunt, ac ſi eſſent deficientes. Quare illa ſola ex incipientibus à lamed, inter deficientia computantur. Sed notandum primo hic, in hoc verbo* יִקַּח *daggheſc in ſecunda littera quæ eſt Koph, poni ad ſupplendum defectum lamed, vide Gen.* [a] *ibi* וַיִּקַּח אֶת הַמַּאֲכֶלֶת *ideſt & accepit gladiũ, vt immolaret nempe filium ſuum. Aliquando ponitur ſine daggheſc propter frequentem eius uſum; uide Num.* [b] *ibi* וְיִקְחוּ אֵלֶיךָ פָרָה אֲדֻמָּה *ideſt. Et adducent ad te vaccam rufam. Et in Geneſ.* [c] *rurſus ibi* וְאֶקְחָה פַת־לֶחֶם *Et accipiam buccellam panis, vel (vt vulgata noſtra habet) ponam buccellam panis, quod idem eſt. Notandum præterea, pleroſque authores, huius verbi inflexionem, ſolum vſque ad benoni Niphal poſuiſſe, exiſtimantes deinceps perfecte coniugari, cæterum Zamorẽ, nec in piel, nec in hiphil inueniri opinatur, nec in hithpael, niſi paßiua. Pagninus ponit illius paradigma ſeu exemplum in pual, hophal, & hithpael,*

non

Duo. Verba à lamed incipiẽtia inter defectiua computantur.

[a] Geneſ. 22.10.

[b] Num. 16.2.

[c] Cap. 18 15.

non in piel, & hiphil, licet apud rabinos in omnibus coniugationibus inflecti poſsit, eius tamen uariatio perfecta eſſe debet.

Coniugatio Kal.		
Accepit. לָקַח		
Fœmininum	Præterit. עָבָר	*Maſculinum*
לָקְחָה		לָקַח
לָקַחְתְּ		לָקַחְתָּ
לְקַחְתֶּן		לָקַחְתִּי
		לָקְחוּ
		לְקַחְתֶּם
		לָקַחְנוּ

Præteritum ſine lamed & kamets. [a] Ezech 17.4. [b] Hoſea. 11.3.

Præteritum, etiam inuenitur ſine lamed, ſed cum Kamets, ad differentiam imperatiui; קָח accepit. Vide EZech.[a] *ibi* קָחָם *ideſt tulit eos. Et hoſ.*[b] *licet aliqui hoc vltimum putent eſſe makor, vice imperatiui: de quo conſule latius nouiſſimum theſaurum huius ſanctæ linguæ verbi* לָקַח*. Sed de primo non eſt dubium, quin ſit præteritum.*

Fœmininum	Benoni.	*Maſculinum*
לוֹקַחַת		לוֹקֵחַ
לוֹקְחוֹת		לוֹקְחִים

Fœmin.

Fœmininum	עָתִיד	*Maſculinum*
		אֶקַּח
תִּקְחִי		תִּקַּח
תִּקַּח		יִקַּח
		נִקַּח
תִּקַּחְנָה		תִּקְחוּ
תִּקַּחְנָה		יִקְחוּ

Fœmininum	צִווּי	*Maſculinum*
קְחִי		קַח
קַחְנָה		קְחוּ

Fœmininum	vel	*Maſculinum*
לְקְחִי		לְקַח
לְקַחְנָה		לְקְחוּ
	מְקוֹר או קַחַת	לְקוֹחַ

In illo Geneſ.[a] וְלָקַחַת *& ad accipiendum, ideſt, vt accipias etiam mandragoras: exiſtimant aliqui illud lamed eſſe radicale. Pagninus vero lib. 3. cap. 33. putat eſſe ſeruile de numero biclam. Ratio eius eſt, quia nunquam inuenitur makor cum he, vel tau in fine; quin prima radicalis ſit cum chateph Kamets aut ſceua, aut chirik, aut pathach, exiſtente ſecunda gutturali. Vnde cum Kamets lato, vt eſt in præcitato nunquam reperitur.*

[a] Gene. 30. 15. Makor ſiue infinitus nūquā inuenitur cū he vel tau in ſine quin prima rādicalis ſit cū chateph Kamets aut ſceua aut pathach aut chirik, exiſtente ſe cunda gutturali. Infinitiuus nunquam reperit cum kamets lato.

Niphal. עָבַר

Fœmininum		*Maſculinum*
נִלְקְחָה		נִלְקַח
נִלְקַחְתְּ		נִלְקַחְתָּ
		נִלְקַחְתִּי
		נִלְקְחוּ
נִלְקַחְתֶּן		נִלְקַחְתֶּם
		נִלְקַחְנוּ

1.Reg. 4.11. & 17. *Inuenitur* נִלְקַח *ideſt captus eſt. In lib. Reg.* נִלְקַחַת. *R. Dauid ponit inflexionem defectiuã.*

נִקַּחְתִּי	נִקַּחְתָּ	נִקַּח

Benoni.

Fœmininum		*Maſculinum*
נִלְקָחָה		נִלְקָח
נִלְקָחוֹת		נִלְקָחִים

Fœmininum	עָתִיד	*Maſculinum*
		אֶלָּקַח
תִּלָּקְחִי		תִּלָּקַח
תִּלָּקַח		יִלָּקַח
תִּלָּקַחְנָה		נִלָּקַח
תִּלָּקַחְנָה		תִּלָּקְחוּ
		יִלָּקְחוּ

Fœmin.

Fœmininum	צִוּוּי	*Maſculinum*
הִלָּקְחִי הִלָּקַחְנָה		הִלָּקַח הִלָּקְחוּ

Fœmininum	מָקוֹר	*Maſculinum*
לְקוּחָה לְקוּחוֹת	Vt perfecta.	לָקוּחַ לְקוּחִים

Puhal. עָבַר

Fœmininum		*Maſculinum*
לֻקְּחָה לֻקַּחְתְּ לֻקַּחְתֶּן		לֻקַּח לֻקַּחְתָּ לֻקַּחְתִּי לֻקְּחוּ לֻקַּחְתֶּם לֻקַּחְנוּ

Vide Eſaiam [a] *ibi* כִּי לֻקַּח עַמִּי*, ideſt quoniam captus eſt populus meus. Et in Gene.* [b] *ibi* לֻקַּחְתָּ*, i. ſumptus fuiſti, Et ibi* [c] לֻקֳחָה זֹאת*, ſumpta eſt hæc.*

[a] Eſa. 52. 5.
[b] Geneſ. 3.29.
[c] Geneſ. 2.23.

Benoni.

	מְלֻקָּחִים מְלֻקָּחוֹת	מְלֻקָּח מְלֻקָּחָה

עָתִיד

תְּלֻקְּחִי תְּלֻקַּח תְּלֻקַּחְנָה	נְלֻקַּח תְּלֻקְּחוּ יְלֻקְּחוּ	אֲלֻקַּח תְּלֻקַּח יְלֻקַּח

Imperat. caret. צִוּוּי

עָתִיד

Hophhal. עָבָר

Fœmininum		Maſculinum
הֻקְּחָה		הֻקַּח
הֻקַּחְתְּ		הֻקַּחְתָּ
		הֻקַּחְתִּי
		הֻקְּחוּ
הֻקַּחְתֶּן		הֻקַּחְתֶּם
		הֻקַּחְנוּ

Fœmininum	בֵּינוֹנִי	Maſculinum
הֻקָּחָה		הֻקָּח
הֻקָּחוֹת		הֻקָּחִים

Fœmininum	עָתִיד	Maſculinum
		אֻקַּח
תֻּקְחִי		תֻּקַּח
תֻּקַּח		יֻקַּח
		נֻקַּח
תֻּקַּחְנָה		תֻּקְחוּ
תֻּקַּחְנָה		יֻקְחוּ

[a] Gene. 18.4. [b] Eſa. 49 24.

Geneſeos [a] יֻקַּח נָא מְעַט מַיִם *accipiatur quæſo paululum aquæ, & in Eſai.* [b] הֲיֻקַּח מִגִּבּוֹר מַלְקוֹחַ *nunquid tolletur à forti captura; ideſt præda robuſti.*

Imper.

	Imperat. צווי caret.	
	Infinit. מקור	
Tolli		הִקַּח
	Hithpael. עָבַר	
Fœmininum		*Maſculinum*
הִתְלַקְּחָה		הִתְלַקַּח
הִתְלַקַּחַתְּ		הִתְלַקַּחְתָּ
		הִתְלַקַּחְתִּי
		הִתְלַקְּחוּ
הִתְלַקַּחְתֶּן		הִתְלַקַּחְתֶּם
		הִתְלַקַּחְנוּ
	בינוני	
Fœmininum		*Maſculinum*
מִתְלַקְּחָה		מִתְלַקֵּחַ
מִתְלַקַּחַת		מִתְלַקְּחִים
מִתְלַקְּחוֹת		

Vide formam hāc apud Exod.[a] וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת *& ignis ſe comprehendens, ubi nos habemus. Ignis, & grando pariter ferebantur.*

[a] Exod. 9.24.

Fœmininum	עָתִיד	*Maſculinum*
תִּתְלַקְּחִי		אֶתְלַקַּח
		תִּתְלַקַּח
תִּתְלַקַּח		יִתְלַקַּח
		נִתְלַקַּח
תִּתְלַקַּחְנָה		תִּתְלַקְּחוּ
תִּתְלַקַּחְנָה		יִתְלַקְּחוּ

	צווי	
הִתְלַקְּחוּ הִתְלַקַּחְנָה		הִתְלַקַּח הִתְלַקְּחִי
	מְקוֹר	הִתְלַקַּח

De quieſcentibus Pe Aleph. Cap. XII.

PRimo notandum, verba נָחִים *nahcim, ideſt quieſcentia, vt libro præcedenti diximus* [a] *eſſe in quibus, aliqua ex* אֱהוִי *quieſcit, hoc eſt, in quibus aliquando aliqua ex his litteris nō ſcribitur, vel non legitur; ſed in motione longa ſuppreſſa, & occulta manet, vt* כָּן *pro* כון *intellexit, vbi vau in Kamets occultatur. Aliquando vero quamuis ſcripta ſit, non profertur; & hoc etiam dicitur quieſcere, vt* גָּלָה *ideſt reuelauit, vbi he non profertur.*

Secundo notandum, quieſcentia Pe Aleph omnino perfecta eſſe fere in omnibus coniugationibus, præterquā in futuro Kal, in quo aleph quieſcit, & prima perſona ex duabus alephim altera pe verbi, altera ex litteris אֵיתָן *; vnū tantum aleph conflatur. Et omnes illæ futuri accidentales, habent cholem, & in ain verbi Pathach*

[a] Lib 3. cap. 1.

Litteræ he et iin motione magna occultātur.

Quieſcētia Pe aleph ferè in omnibus cōiugationibus pfecta sūt.

In futuro pe aleph ex duob. alephim fit vnū.

Accidentales futuri pe aleph habēt cholem & in ſecunda verbi pathach, aut ſere, quæ adueniente vau conuerſiuo mutant in ſegol.

thach, aut tſere. Quæ puncta, accedente uau conuerſiuo, mutantur in ſegol, vt dictum eſt præcedenti libro.[a]

Tertio notandum, habere præterea huiuſmodi verba alias punctorum mutationes, in niphhal, & hiphhil, & aleph cum ſua accidentali ſcribi cum ſegol, vt in niphal נֶאֱמַר *dictum eſt. In hiphhil* הֶאֱמִיר*; in hophhal vero facit* הָאֳמַר *pro* הָאֳמַר *Vide tertiam gutturalium regulam, loco nuper citato: nam tota coniugatio quieſcentium pe aleph, exemplum eſt, & paradigma illius regulæ. In cæteris ſequuntur mutationes gutturalium.*

[a] Cap. 9. regula 3 de gutturalibus.

verba pe aleph in niphal hiphil & hophal habent peculiares punctorum mutationes.

Quarto notandum, ordinem tractandorum quieſcentium hunc eſſe: primum quieſcentium pe aleph: deinde Pe iod, deinde ain vau, quarto ain iod, quinto lamed aleph, ſexto lamed he. Si qua verba inueniuntur, quæ aliter quieſcant, ſequens quintus liber inter compoſita adnumerabit.

Ordo quieſcentiũ.

In tractandis Pe Aleph אָמַר *&* אָכַל*, paradigma ſubijciemus, illius nempe* אָמַר *quia frequentiſsime in ſcriptura occurrit; alterius nempe* אָכַל *quia omnes grammatici eo vtantur, vt exemplo quieſcentium pe aleph, ita vero ſeorſum vtrunque tradimus; vt vnum alteri è regione poſitum comparemus.*

	Quieſcentia Pe Aleph		
	Coniugatio Kal.		
	Præterit. עבר		
	Comedit	Dixit	
maſc.	אכל	אמר	maſc.
fœm.	אכלה	אמרה	fœm.
maſc.	אכלת	אמרת	maſc.
fœm.	אכלת	אמרת	fœm.
com.	אכלתי	אמרתי	com.
com.	אכ[illegible]	אמרו	com.
maſc.	אכלתם	אמרתם	maſc.
fœm.	אכלתן	אמרתן	fœm.
com.	אכלנו	אמרנו	com.
	בינוני		
maſc.	אוכל Comedens	אמר Dicens	maſc.
fœm.	אוכלה vel אוכלת	אומרה vel אומרת	fœm.
maſc.	אוכלים Comedentes	אומרים Dicentes.	maſc.
fœm.	אוכלות	אמרות	fęm.
	עתיד		
com.	אכל Comedã	אמר dicam	com.
maſc.	תאכל	תאמר	maſc.
fœm.	תאכלי	תאמרי	fęm.
maſc.	יאכל	יאמר	maſc.
fœm.	תאכל	תאמר	fęm.
com.	נאכל	נאכר	com.

maſc.

maſc.	תֹּאכְלוּ	תֹּאמְרוּ	maſc.
fęmi.	תֹּאכַלְנָה	תֹּאמַרְנָה	fęmi.
maſc.	יֹאכְלוּ	יֹאמְרוּ	maſc.
fęmi.	תֹּאכַלְנָה	תֹּאמַרְנָה	fęmi.

Futurũ hoc recipit tſere accentu diuiſiuo ĩteruenĩete.

Primo notandum circa futurum; quod etiam recipit tſere hoc modo. אֹמֵר תֹּאמֵר יֹאמֵר *Ĩ d quod ſit cum afficitur accentu diuiſiuo, & ſoph paſſuk & athnahc, ut in Prou.*[a] בָּעִיר אֲמָרֶיהָ תֹאמֵר *in ciuitate eloquia ſua dicet, vulgata in foribus portarum vrbis fecit verba ſua dicens. Cum vau conuerſiuo mutatur in ſegol,* וַיֹּאמֶר *& dixit Aliquando manet immutatum pathach, vt in libr. Iob*[b] וַיַּעַן אִיּוֹב וַיֹּאמַר *& reſpondit Iob, & dixit.*

[a] Prou. 1.21.
[b] Iob 3.2.

2.not. Aleph ĩ quibuſdam verbis non quieſcit.

Secundo notandum, in quibuſdam uerbis nõ quieſcere aleph in hoc futuro; ut ab אָסַף *Colligere, in Mich.*[c] *ibi* אָסֹף אֶאֱסֹף יַעֲקֹב *Cõgregãdo congregabo Iacob. Ab* אָסַר*, ligauit, ſit in futuro* וַיֶּאֱסֹר *ligabit, ut in Geneſ.*[d] *ab* אָהַב *dilexit* וַיֶּאֱהַב הַמֶּלֶךְ *& dilexit Rex, ut in li. Eſther.*[e] *Mutatur aleph in uau; ut* תּוֹמְרוּ *dicetis ut in libr. Reg.*[f] *&* יוֹכְלוּ *comedent. Aliquando deliteſcit aleph ſub motione longa cholem, ut ab* אָבָה *ideſt uoluit in Prouerbiorum.*[g] *ibi* בְּנִי אִם יְפַתּוּךָ חַטָּאִים אַל תֹּבֵא

[c] Mich. 2.12.
[d] Geneſ. 42.24.
[e] Eſther 2.17.

Aleph ĩ vau mutatur.

[f] 2.Reg. 19.13.

Aleph aliquando ſub motione lõga occultat ue

[g] Prou. 1.10.

fili mi

fili mi, ſi pellexerint te peccatores, ne velis. Vbi תֹּבֵא *pro* תֹּאבֵא *poſitum eſt. Occultatur etiam ſub tſere vt* וָאֵחַר *& permanſi, in Geneſ.*[a] *pro* וָאאחַר *Et in Ierem.*[b] *ibi* מַה תֵּזְלִי מְאֹד *cur abibis valde, à verbo* אָזַל *abijt. Sic* אֵהַב *diligam, in Prouer.*[c] *pro* אאהַב*, ſi prima radicis exprimeretur. Occultatur item ſub kamets, vt* וָאָנוּשָׁה *ideſt & dolui ab* אָנַשׁ *vt in Pſalm.*[d] *vbi vau ſciurec ponitur pro cholem, ac ſi diceret in futuro* אָנוּשׁ או אָנוּשָׁה *in forma paragogica.*

[a] Geneſ. 32.
[b] Ierem. 2.36.
[c] Prou. 8.16.
[d] Pſalm. 66.19.

צִוּוּי

maſc.	אֱכוֹל Comede	אֱמֹר Dic	maſc.
fœm.	אִכְלִי	אִמְרִי	fœm.
maſc.	אִכְלוּ Cōedite	אִמְרוּ Dicite	maſc.
fœm.	אֱכֹלְנָה מָקוֹר	אֱמֹרְנָה	fœm.
	אֱכוֹל Cōedere	אֱמוֹר dicere	
	אֱכוֹל	בֶּאֱמוֹר	
	בֶּאֱכוֹל	כֶּאֱמוֹר	
	כֶּאֱכוֹל	לֶאֱמוֹר	
	לֶאֱכוֹל מֵאֱכוֹל	מֵאֱמוֹר	

Aleph quieſcit ſub -facta ſyneresi duarum ſyllabarum in vnam

Pro לֶאֱמוֹר *ideſt ad dicendum, facta ſynæreſi duarum ſyllabarum in vnam, dicunt* לֵאמֹר *et quieſcit aleph ſub tſere motione magna. Sic etiam dicunt Rabini* רוֹצֶה לוֹמַר *vult dicere, quod latini dicunt ideſt, hoc eſt, vel id valet, uide latius infra, in littera* ר.[e]

[e] Lib. 8. cap. 20.

Niphhal

עָבָר			
maſc.	נֶאֱכַל Conſumptus eſt.	נֶאֱמַר Dictus eſt.	maſc.
fœm.	נֶאֶכְלָה	נֶאֶמְרָה	fœm.
maſc.	נֶאֱכַלְתָּ	נֶאֱמַרְתָּ	maſc.
fœm.	נֶאֱכַלְתְּ	נֶאֱמַרְתְּ	fœm.
com.	אֶכַלְתִּי	נֶאֱמַרְתִּי	com.
com.	נֶאֶכְלוּ	נֶאֶמְרוּ	com.
maſc.	נֶאֱכַלְתֶּם	נֶאֱמַרְתֶּם	maſc.
fœm.	נֶאֱכַלְתֶּן	נֶאֱמַרְתֶּן	fœm.
com.	נֶאֱכַלְנוּ	נֶאֱמַרְנוּ	com.

Præteritum hoc cum duplici ſegol ob primam gutturalem ſcribitur. Sic dicitur שֶׁנֶּאֱמַר *ideſt ſicut dictum eſt. Vide Nume.* [a] נֶאֱסַף *Congregatus eſt, aut congregauit ſe. Interdum quieſcit aleph, ut in eodem lib. Num.* [b] *ibi* וְנֹאחֲזוּ *& hæredes erunt, licet alij uelint eſſe futurum. Vult Quinquarboreus tertiam ſingularem fœmineam, & tertiam pluralis* נֶאֶכְלָה נֶאֶכְלוּ *&* נֶאֶמְרָה *habere ſub aleph ſubſcriptũ ſegol ſimplex, non chateph ſegol, ne ſequens ſceua legatur, contra canones grammaticos: nam ex duobus ſceuaim in medio dictionis legitur ultimus, ut diximus* [c]

Gutturalis efficit vt præteritũ hoc duplici ſegol ſcribatur.

[a] Nume. 27.13.

[b] Nume. 32.30.

[c] Libr. 1. cap. 14. verſic. 2. quando.

בֵּינוֹנִי	
נֶאֱכַל Conſumptus.	Dictus. נֶאֱמַר

נֶאֱכָלָה

נֶאֱכָלָה	נֶאֱמָרָה
נֶאֱכָלִים	נֶאֱמָרִים
נֶאֱכָלוֹת	נֶאֱמָרוֹת
עָתִיד	
אֵאָכֵל Comedar.	Dicar. אֵאָמֵר
תֵּאָכֵל	תֵּאָמֵר
תֵּאָכְלִי	תֵּאָמְרִי
יֵאָכֵל	יֵאָמֵר
תֵּאָכֵל	תֵּאָמֵר
נֵאָכֵל	נֵאָמֵר
תֵּאָכְלוּ	תֵּאָמְרוּ
תֵּאָכַלְנָה	תֵּאָמַרְנָה
יֵאָכְלוּ	יֵאָמְרוּ
תֵּאָכַלְנָה	תֵּאָמַרְנָה

accidẽtalis in hoc futuro impe. & infinito habet tſere.

Dagheſc compenſatur motione lõga in littera quę gutturalem pręcedit.

Sic in toto futuro imperatiuo & infinito, accidentalis habet tſere uocalem longam, ut ſuppleat nun characteriſticum niphhal, quod per dagheſc affici debeat, cuius gutturalis non eſt capax: ideo illud dagheſc compenſatur motione longa, in littera, quæ gutturalem præcedit, ultima tamen cum accentu, ut apud Ezech.[a] *ibi* הֵאָנַח *ingemiſce, uel ſuſtine, in imperatiuo, &* תֵּאָנַח *in futuro.*

[a] Ezech. 21.26.

צִוּוּי

	צִוּוּי	
הֵאָכֵל Comeſtus ſis.		Dictus ſis. הֵאָמֵר
הֵאָכְלִי		הֵאָמְרִי
הֵאָכְלוּ		הֵאָמְרוּ
הֵאָכֵלְנָה		הֵאָמֵרְנָה
Ioſue.cap.22.ver.19. וְהֵאָחֲזוּ		
	מָקוֹר	
הֵאָכֵל Comedi		Dici הֵאָמֵר
בְּהֵאָכֵל		בְּהֵאָמֵר
כְּהֵאָכֵל		כְּהֵאָמֵר
לְהֵאָכֵל		לְהֵאָמֵר
מֵהֵאָכֵל		מֵהֵאָמֵר
	פָּעוּל	
אָכוּל		אָמוּר
אֲכוּלָה		אֲמוּרָה
אֲכוּלִים		אֲמוּרִים
אֲכוּלוֹת		אֲמוּרוֹת

Pihel. Cap. XIIII.

	עָבַר	
אִכֵּל		אִמֵּר
אִכְּלָה		אִמְּרָה
אִכַּלְתָּ		אִמַּרְתָּ
אִכַּלְתְּ		אִמַּרְתְּ
אִכַּלְתִּי		אִמַּרְתִּי
אִכְּלוּ		אִמְּרוּ

אִכַּלְתֶּם

אֲכַלְתֶּם		אֲמַרְתֶּם
אֲכַלְתֶּן		אֲמַרְתֶּן
אָכַלְנוּ		אָמַרְנוּ
	בֵּינוֹנִי	
מְאַכֵּל		מְאַמֵּר
מְאַכְּלָה או		מְאַמְּרָה או
מְאַכֶּלֶת		מְאַמֶּרֶת
מְאַכְּלִים		מְאַמְּרִים
מְאַכְּלוֹת		מְאַמְּרוֹת

[a] Iob 35 12. *Dauid kimchius Illud Iob* [a] *ibi* מַלְּפֵנוּ *i.docens*
nos;ad hoc Benoni refert :factumque ex מְאַלֵּף *in*
tegro,ab אִלֵּף *docere. Qua quidem analogia , he-*
bræi ſæpe vtuntur,vt aleph hoc pacto occultent,
id quod ſemel admonendum eſt , ne paßim in
coniugationibus horum quieſcentium , inculce-
tur. Sic in futuro אָזֵן *aZen pro* אֲאַזֵּן *auribus perci*
[b] cap.28 16. *piam,* וָאַבֶּדְךָ *& perdam te apud EZechiel.*[b] *pro*
וְאֲאַבֶּדְךָ*: ſic* תָּזוֹר *pro* תְּאָזוֹר *ideſt accingens,in lib. Re-*
[c] 2.Reg. 22.40. *gum*[c] *ibi* וַתְּזְרֵנִי *pro* וַתְּאַזְּרֵנִי *& accinxiſti me.*

Sunt & huiuſmodi alia plura , præſer-
tim in Benoni Hiphhil. Verum ſatis eſt hæc ad-
notaſſe, vt iuxta analogiam hanc cætera, quæ oc
currerint facile reducantur.

	עָתִיד	
אֲאַכֵּל		אֲאַמֵּר
תְּאַכֵּל		תְּאַמֵּר
תְּאַכְּלִי		תְּאַמְּרִי
יְאַכֵּל		יְאַמֵּר
תְּאַכֵּל		תְּאַמֵּר
נְאַכֵּל		נְאַמֵּר
תְּאַכְּלוּ		תְּאַמְּרוּ
תְּאַכֵּלְנָה		תְּאַמֵּרְנָה
יְאַכְּלוּ		יְאַמְּרוּ
תְּאַכֵּלְנָה		תְּאַמֵּרְנָה
	צִוּוּי	
אַכֵּל		אַמֵּר
אַכְּלִי		אַמְּרִי
אַכְּלוּ		אַמְּרוּ
אַכֵּלְנָה		אַמֵּרְנָה
	מָקוֹר	
אַכֵּל		אַמֵּר
בְּאַכֵּל		בְּאַמֵּר
כְּאַכֵּל		כְּאַמֵּר
לְאַכֵּל		לְאַמֵּר
מֵאַכֵּל		מֵאַמֵּר
	Biniam Puhal Hadaguſc עָבָר	
אֻכַּל		אֻמַּר
אֻכְּלָה		אֻמְּרָה
אֻכַּלְתָּ		אֻמַּרְתָּ
אֻכַּלְתְּ		אֻמַּרְתְּ

אָכַלְתִּי		אָמַרְתִּי
אָכְלוּ		אָמְרוּ
אֲכַלְתֶּם		אֲמַרְתֶּם
אֲכַלְתֶּן		אֲמַרְתֶּן
אָכַלְנוּ		אָמַרְנוּ
	בֵּינוֹנִי	
אֹכֵל		אֹמֵר
אֹכְלָה		אֹמְרָה
אֹכְלִים		אֹמְרִים
אֹכְלוֹת		אֹמְרוֹת
	עָתִיד	
אֹאכַל		אֹאמַר
תֹּאכַל		תֹּאמַר
תֹּאכְלִי		תֹּאמְרִי
יֹאכַל		יֹאמַר
תֹּאכַל		תֹּאמַר
נֹאכַל		נֹאמַר
תֹּאכְלוּ		תֹּאמְרוּ
תֹּאכַלְנָה		תֹּאמַרְנָה
יֹאכְלוּ		יֹאמְרוּ
תֹּאכַלְנָה		תֹּאמַרְנָה
	Non extat. צִוּוּי	
אָכוֹל	מָקוֹר	אָמוֹר
	פָּעוּל	
מְאֻכָּל		מְאֻמָּר
מְאֻכָּלָה		מְאֻמָּרָה
מְאֻכָּלִים		מְאֻמָּרִים
מְאֻכָּלוֹת		מְאֻמָּרוֹת

Binian

Binian Hiphil. Cap. XV.

Tota cum chateph ſegol, ob gutturalem aleph.

עָבָר

Comedere fecit	Dicere fecit
הֶאֱכִיל	הֶאֱמִיר
הֶאֱכִילָה	הֶאֱמִירָה
הֶאֱכַלְתָּ	הֶאֱמַרְתָּ
הֶאֱכַלְתְּ	הֶאֱמַרְתְּ
הֶאֱכַלְתִּי	הֶאֱמַרְתִּי
הֶאֱכִילוּ	הֶאֱמִרוּ
הֶאֱכַלְתֶּם	הֶאֱמַרְתֶּם
הֶאֱכַלְתֶּן	הֶאֱמַרְתֶּן
הֶאֱכַלְנוּ	הֶאֱמַרְנוּ

בֵּינוֹנִי

מַאֲכִיל	מַאֲמִיר
מַאֲכִילָה	מַאֲמִירָה
מַאֲכִילִים	מַאֲמִירִים
מַאֲכִילוֹת	מַאֲמִירוֹת

עָתִיד

אַאֲכִיל	אַאֲמִיר
תַּאֲכִיל	תַּאֲמִיר
תַּאֲכִילִי	תַּאֲמִירִי
יַאֲכִיל	יַאֲמִיר

תַּאֲכִיל		תַּאֲמִיר
נַאֲכִיל		נַאֲמִיר
תַּאֲכִילוּ		תַּאֲמִירוּ
תַּאֲכֵלְנָה		[illegible]
יַאֲכִילוּ		יַאֲמִירוּ
תַּאֲכֵלְנָה		תַּאֲמֵרְנָה

Accidentales omnes futuri & cũ vau ſubſcribuntur.

Aleph in kamets & pathach occultatur.

Dauid Chimki in ſuo michlol aliam formam ponit, vt accidentales omnes אֵיתָן *ſubſcribantur cum cholem; quia aleph in iod, & poſtea iod in vau, mutatur. Occultatur itaque aleph in cholem, in tſere, & in kamets, aut pathach. Ex* אָבַר *perijt in hoc futuro hiphhil, pro* אַאֲבִיר תַּאֲבִיר *inuenitur* אוֹבִיר *et in paragogico* אוֹבִירָה *perdam, vide in libris Regum*[a] *vbi ab* אָסַף *addidit* אֹסִיפְךָ *conſumere faciam te; pro* אַאֲסִיפְךָ *et ab* אָכַל *comedere* אוֹכִיל *Hoſ.*[b] *licet quidam putent hoc eſſe nomen, vide apud Ierem.*[c] *ibi ſic ab* אָצַר *recondere* וָאוֹצְרָה *& præfeci theſauris, aut recondere feci, vide Nehemiam.*[d] *Quieſcit, aut occultatur aleph ſub Kamets, vt vaiazel* וַיָּאצֶל *i. & ſe poſuit, vbi exprimitur aleph in libris Numer.*[e] וַיָּרֶב *pro* וַיֶּאֱרֹב *& inſidiari fecit, vide in libr. Reg.*[f] אָזִין *aurib. audiã Iob*[g] *& ſub pathach* יַהֵל *tentoria figet, ab* אֹהֶל *vide Eſai.*[h] *vt differat ab* יָהֵל *ſplendebit. Iob*[i] *Aliqui hoc putant eſſe de Pihel hadaguſch*

[a] 1. Reg. 15.6.
[b] Hoſ. 11. 4.
[c] Ierem. 46.8.
[d] Nehe. 13.13.
[e] Nume. 11.25.
[f] 1. Reg. 15.6.
[g] Iob 32. 12.
[h] Eſai. 13. 20.
[i] Iob 31. 26.

daguſc. Sub tſere, vt מֵזִין *pro* מֵאֲזִין *in Benoni, Prouer.*[a] *Huc referunt quidam illud Iob*[b] מַלְּפֵנוּ *pro* מְאַלְּפֵנוּ *ideſt qui docet nos, uide theſ.*[c] *quem nos cum Kimki Benoni ſecnnda eſſe diximus ibidem.*

[a] Prou. 17.4.
[b] Iob 35 11.
[c] Colú. 113.

	צווי	
הַאֲכֵל		הַאֲמֵר
הַאֲכִילִי		הַאֲמִירִי
הַאֲכִילוּ		הַאֲמִירוּ
הַאֲכֵלְנָה		הַאֲמֵרְנָה
	מָקוֹר	
הַאֲכֵל		הַאֲמֵר
בְּהַאֲכִיל		בְּהַאֲמִיר
כְּהַאֲכִיל		כְּהַאֲמִיר
לְהַאֲכִיל		לְהַאֲמִיר
מֵהַאֲכִיל		מֵהַאֲמִיר
	Binian hophhal. עָבָר	
הָאֳכַל		הָאֳמַר
הָאָכְלָה		הָאָמְרָה
הָאֳכַלְתָּ		הָאֳמַרְתָּ
הָאֳכַלְתְּ		הָאֳמַרְתְּ
הָאֳכַלְתִּי		הָאֳמַרְתִּי

הָאֳכְלוּ		הָאֳמְרוּ
הָאֳכַלְתֶּם		הָאֳמַרְתֶּם
הָאֳכַלְתֶּן		הָאֳמַרְתֶּן
הָאֳכַלְנוּ		הָאֳמַרְנוּ

Puncta ĩ hac paſſiua trãſmutant.

Sic in tota paſsiua hac, & à quauis alia gutturis littera verbum inceperit, tranſmutantur puncta, in prima Kamets, in ſecunda chateph Kamets.

	בֵּינוֹנִי	
הָאֳכָל		הָאֳמָר
הָאֳכָלָה		הָאֳמָרָה
הָאֳכָלִים		הָאֳמָרִים
הָאֳכָלוֹת		הָאֳמָרוֹת
	עָתִיד	
אָאֳכַל		אָאֳמַר
תָּאֳכַל		תָּאֳמַר
תָּאֳכְלִי		תָּאֳמְרִי
יָאֳכַל		יָאֳמַר
תָּאֳכַל		תָּאֳמַר
נָאֳכַל		נָאֳמַר
תָּאֳכְלוּ		תָּאֳ מְרוּ
תָּאֳכַלְנָה		תָּאֳמַרְנָה
יָאֳכְלוּ		יָאֳמְרוּ
תָּאֳכַלְנָה		תָּאֳמַרְנָה
	Imperat. צִוּוּי Caret.	
הָאֳכֹל	מָקוֹר	הָאֳמֹר
		בְּהָאֳכֹל

בְּהֵאָכֵל		בְּהֵאָמֵר
כְּהֵאָכֵל		כְּהֵאָמֵר
לְהֵאָכֵל		לְהֵאָמֵר
מֵהֵאָכֵל		מֵהֵאָמֵר
	פָּעוּל	
מְאֻכָּל		מְאֻמָּר
מְאֻכָּלָה		מְאֻמָּרָה
מְאֻכָּלִים		מְאֻמָּרִים
מְאֻכָּלוֹת		מְאֻמָּרוֹת

Binian hithpahel. Cap. XVI.

הִתְאַכֵּל		הִתְאַמֵּר
הִתְאַכְּלָה		הִתְאַמְּרָה
הִתְאַכַּלְתָּ		הִתְאַמַּרְתָּ
הִתְאַכַּלְתְּ		הִתְאַמַּרְתְּ
הִתְאַכַּלְתִּי		הִתְאַמַּרְתִּי
הִתְאַכְּלוּ		הִתְאַמְּרוּ
הִתְאַכַּלְתֶּם		הִתְאַמַּרְתֶּם
הִתְאַכַּלְתֶּן		הִתְאַמַּרְתֶּן
הִתְאַכַּלְנוּ		הִתְאַמַּרְנוּ
	בֵּינוֹנִי	
מִתְאַכֵּל		מִתְאַמֵּר
מִתְאַכְּלָה		מִתְאַמֶּרֶת
מִתְאַכְּלִים		מִתְאַמְּרִים
מִתְאַכְּלוֹת		מִתְאַמְּרוֹת
	עָתִיד	
אֶתְאַכֵּל		אֶתְאַמֵּר
תִּתְאַכֵּל		תִּתְאַמֵּר

תִּתְאַכְּלִי		תִּתְאַמְּרִי
יִתְאַכֵּל		יִתְאַמֵּר
תִּתְאַכֵּל		תִּתְאַמֵּר
נִתְאַכֵּל		נִתְאַמֵּר
תִּתְאַכְּלוּ		תִּתְאַמְּרוּ
תִּתְאַכֵּלְנָה		תִּתְאַמֵּרְנָה
יִתְאַכְּלוּ		יִתְאַמְּרוּ
תִּתְאַכֵּלְנָה		תִּתְאַמֵּרְנָה

הִתְאַכֵּל		הִתְאַמֵּר
הִתְאַכְּלִי		הִתְאַמְּרִי
הִתְאַכְּלוּ		הִתְאַמְּרוּ
הִתְאַכֵּלְנָה		הִתְאַמֵּרְנָה
	מָקוֹר	
הִתְאַכֵּל		הִתְאַמֵּר
בְּהִתְאַכֵּל		בְּהִתְאַמֵּר
כְּהִתְאַכֵּל		כְּהִתְאַמֵּר
לְהִתְאַכֵּל		לְהִתְאַמֵּר
מֵהִתְאַכֵּל		מֵהִתְאַמֵּר

Quieſcẽtia pe iod perfecta sũt in præterito & benoni duobus exceptis.

De quieſcentibns Pe Iod. Cap. XVII.

QViescentia Pe Iod, perfecta ſunt in præterito, & Benoni: ſicut cætera imperfecta, præter duo יר *ideſt deſcenderat vt in lib.*

in libr. Iudic.[a] quod in præterito Kal abycit iod abſque vllo indice, pro יָרַד. Aliud verbum eſt יָצַק effudit. In tertia pluralis צָקוּן effunderunt cum nun paragogico pro יָצְקוּ. vt in Eſai.[b]

Præterea nota, hæc verba à futuro, & deinde, dimittere iod, & compenſari cum tſere ſub literis ethan, Non autem cum dagheſc.

In Niphal vero, Hiphhil, & hophpal, iod tranſit in vau, aut mobile quod proferatur, vt אוֹשֵׁב, aut quieſcens, quod non audiatur, vt נוֹשַׁב vbi vau quieſcit, & hac mutatione facta variantur perfecte ſicut in cæteris coniugationibus.

Et hoc valde nota, quia in hoc conſiſtit quaſi tota horum verborum imperfectio.

Ponemus igitur verbum יָשַׁב ſedit, quod non habet aliquam gutturalem, vt memoria facile, & percipi, & teneri poſsit.

[a] Iudic. 19.11.

[b] Eſa. 26 16.

Quieſcẽtia iod in futuro & deinde dimittunt iod compoſitum cum tſere.

Ĩ niphal & hiphil iod tranſit ĩ vau. In quo conſiſtat tota q̃eſcentia iod imperfectio.

Binjan Kal, quieſcentium Pe iod. Cap. XVIII.

יָשַׁב	יֵשֵׁב
יָשְׁבָה	תֵּשֵׁב
יָשַׁבְתָּ	נֵשֵׁב
יָשַׁבְתְּ	תֵּשְׁבוּ
יָשַׁבְתִּי	תֵּשַׁבְנָה
יָשְׁבוּ	יֵשְׁבוּ
יְשַׁבְתֶּם	תֵּשַׁבְנָה
יְשַׁבְתֶּן	צוּוּי
יָשַׁבְנוּ	שֵׁב
בינוני	שְׁבִי
יוֹשֵׁב	שְׁבוּ
יוֹשְׁבָה vel	שֵׁבְנָה
יוֹשֶׁבֶת	מָקוֹר
יוֹשְׁבִים	שֶׁבֶת
יוֹשְׁבוֹת	בְּשֶׁבֶת
עָתִיד	כְּשֶׁבֶת
אֵשֵׁב	לָשֶׁבֶת
תֵּשֵׁב	מִשֶּׁבֶת
תֵּשְׁבִי	

Præcipuum

Præcipuum quod in hac coniugatione Kal, adnotari debet eſt huius futuri forma ; in qua quidem aduertendum , iod amiſſum recompenſari , cum tſere ſub litteris ethan : in ſecunda vero radicali alterum tſere. Sed cum vltima verbi eſt gutturalis , media habet pathach, vt אֵדַע *ſciam, uel cognoſcam.*

Iod amiſſum cum tſere compenſatur, & in ſecunda littera verbi ponitur alterum tſere.

Iod in hoc futuro, aliquando non amittitur , & tunc frequens punctatio eſt chirek ſub litteris ethan, ſequente pathach , וְזַרְעוֹ יִירַשׁ אָרֶץ *et ſemen eius poſſidebit terram ; vt in Pſalm.*[a] *ab* יָרַשׁ *hæreditare.*

Gutturali exiſtéte vltima littera verbi in hoc futuro, ſecunda habebit pathach

Aliquando etiam deperditur iod , ſed manet eadem forma , vt in Eſai.[b] וְכָל מִזְרַע יְאוֹר יִבַשׁ *& omne ſemen riuuli areſcet , vbi* יִבַשׁ *pro* יִיבַשׁ *à verbo* יָבֵשׁ *aruit. Et in Geneſ.*[c] *ibi* וְיִרַשׁ זַרְעֲךָ *& hæreditabit , ſiue poßidebit ſemen tuum. Et in libr. Reg.*[d] וַיְכַסֻּהוּ בַּבְּגָדִים וְלֹא יִחַם לוֹ *& operierunt eum ueſtibus & non caleſcebat, ſeu caleſiebat. Et à* יָקַד *vßit* יֵקַד *vret. Vide Eſai.*[e] יֵקַד יְקַד כִּיקוֹד אֵשׁ *ubi uulg. ait , ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis.*

Iod punctuatio quando nō amittitur.

a Pſalm. 25.13.
b Eſa. 19 7.
c Geneſ. 22.17.
d 3.Reg. 1.1.
e Eſa. 10 16.

וְתִיקַד &

וְתִיקַד *& ardebit, in Deuter.*[a] *Itaque prima littera habet tſere amiſſo iod, eo vero præſente, chirek, & aliquando tſere. Sed cum ponitur dagheſc in ſecunda, quod fit in hoc verbo* יָסַר *caſtigauit, accidentalis habebit ſegol ut* אֶסּוֹר *caſtigabo, cum adſixo* אֶסָּרֵם *caſtigabo eos. vide Hoſ.*[b] *& cum ſequitur chateph ſegol* וַיֶּחֱמְנָה *& incaleſcebãt ut in Geneſ.*[c]

Secunda littera radicis frequenter habet tſere, ut in paradigmate: præſente gutturali habet pathach. Et etiam, quando iod non amittitur, ut dictum eſt. Aliquando retinetur pathach, ſine ulla huiuſcemodi cauſa, ut in Ezech.[d] לְמַעַן
תֵּשַׁם *ut deſoletur.*

Aliquando habet cholem, ut fit יָסַר אֶסּוֹר *caſtigabo; & tunc iod ſuppletur per dagheſc; ſed in alijs non; ut à* יָאַת *adſentitus eſt* יֵאוֹתוּ לָנוּ *adſentientur nobis, vide in Geneſ.*[e] *ſic etiam* אֵבוֹשָׁה *erubeſcam cum he paragogico.*

Vocalis ſecunda mutatur in ſegol, præſertim cum habet ab initio vau conuerſiuum, aut cum ſequitur makaph, aut monoſyllaba dictio, habens ſuæ accentum in prima, ut יֵלֶךְ נָא *veniat quæſo, in Exod.*[f] וַיֵּשֶׁב *& habitauit, ut in Gen.*[g]
יֵלֶד יוֹם

[a] Deute. 32.22.

Prima littera futuri habet tſere quo amiſſo ſuccedit chirek cum vero ponitur dagheſc in ſecunda, accidentalis habebit ſegol.

[b] Hoſæ 10.

[c] Geneſ. 30.38.

Pathach aliquando retinetur etſi deſit gutturalis, & iod non amittatur.

[d] Ezech. 14.19.

habet aliquando cholem ſecunda littera thematis.

[e] Geneſ. 34.15.

Vocalis ſecunda mutatur in ſegol præſertim concurrente vau conuerſiuo, aut machaph, aut Monoſyllaba, accentum in prima habente.

Thren.[a] נִגֹּאֲלוּ *ideſt polluti ſunt ſanguine vti* cō-
Vulgata, Lxx. & Targum, habent: Compo- po.
ſitio eſt ex Niphhal, & Puhal à radice גָּאַל *id-* 23
eſt redimere, polluere, & inquinare: deſignat hæc compoſitio eandem contaminationem, quã ſupra diximus in ſecunda forma. Plures alias compoſitiones apud Eliam Germanum in libro vocum irregularium, & compoſitarum, quem ordine alphabetico conſtruxit: Et apud Pagninum[b] *reperire licebit. Nunc vero his ita explicatis iam ad ſequentem canonum normam tranſeamus.*

b lib. 4. Inſt. ca. 81.

LIBER

LIBER SEXTVS

DE SYNTAXI

CAPVT I.

SOlent omnes Grãmatici tractatores, כְּלָלִם [a] hoc eſt canones tradere, quibus vniuerſæ grammaticæ partes congrue & ordinate diſtribuant, et componant. Eam vniuerſarum partium ordinationẽ, ſyntaxim græco nomine tranſlate appellauere. Propriam namque illius dictionis ſignificationem [b], quæ inter alia, ordinem à ducibus ſuis militibus in hoſtium congreſſum præparatis, præſcriptum & ordinatum, deſignat; ad orationis ordinem, iuxta quem vnaquæq; ipſius pars congrue, concinne & apte diſponitur; tranſtulere. Ac proinde latini ſyntaxim, conſtructionem, & coordinationem partium inter ſe, dixere. Verbum vero hebræum notationem præ ſe ferre uidetur עֵרֶךְ namque [c] à radice עָרַךְ quæ ordinare, ſuo ordine ſingula diſponere, ratione et proportione collocare ſignificat. Indeq; auctor ille qui dictiones hebraicas ordine digeſſit, עָרוּךְ haruch nomen accepit. At cũ hac ſancta lingua peculiares domeſticos, et proprios dicẽdi, ſcribendiq; modos habeat,

[a] Vide theſ. Pagnini in dictio. כְּלָל pa. 1168.

[b] Vide theſ. linguæ grecæ to. 3. pagina 1268.

[c] Vide theſ. Pagnini p. 2003.

habetur; ubi ſuppleri debet, populus ſiue locus par uulus. Vnde recte noſtra vulgata in fœminino poſuit: potuit enim iuxta regulam ſuperiorem adiungere fœmincum maſculino, & è contra, quidquid aliqui vulgatam reprehendant. vide Pagn. [a] *& nouiſsimum theſaurum eiuſdem* [b]. *Adde Cantapretenſem* [c]. *Vide etiam R. P. & Magiſtrum Fratrẽ Hectorem Pinctum qui in cap. 11. Ezech. præcitatum locum Mich. interrogatiue legit contra receptiſsimam omnium lectionem, ob idq; merito hac in re ab eo diſcedimus. Et hinc fit, vt adiectiuum in maſculino, ſubſtantiuum uero in fœminino reperiatur, ut in Exod.* [d] *ibi,* צְעָקָה גְדֹלָה בְּכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם אֲשֶׁר כָּמֹהוּ *i. adclamatio magna in omni terra Aegypti quæ ſicut ipſe, pro* כָּמֹהָ *ſicut illa. Aliquando autẽ nomen maſculinum aut fœmineũ per genus neutrũ transfertur, cum neutrũ apud Hebræos minime ſit, iuxta illud noſtræ uulgatæ; nõ eſt bonum hominẽ eſſe ſolum, pro eo quod in hebræo dicitur, non bonus hominẽ eſſe ſolũ: vnde D. Hiero. in Eccleſiaſtem* [e] *ait quid nos ſolemus abſolute & neutraliter dicere, ſcilicet hoc quæſiui, illud volui inuenire; hebræi fœmineo genere aut maſculino pronuntiant, ſicut in Pſal. Vnam petij à Domini & hanc requiram, pro*

[a] lib. 1. inſt. c. 3
[b] colu. 230. & 251. & colum. 1009. & 1732 & 2134 & 926.
[c] lib. 6. cap. 10.
[d] Exod. 11. 6.
[e] cap. 7. ſub finẽ

eo

eo quod eſt vnum.

Secunda exceptio.

Numero etiam interdum diſcrepant, vti ex Eſai.[a] *apparet* אֲדֹנִים קָשֶׁה *Domini durus, pro duri. Aut expone, vt fieri ſolet in hac lingua, Domini duritiei, vt* אַנְשֵׁי יֹשֶׁר *ideſt viri rectitudinis, ideſt recti, nam pro adiectiuo paſsim in ſcriptura ponunt duo ſubſtantiua, & ſecundũ in genitiuo, quod quidem rem in abſtracto ſignificet: & hunc ordinem ſyntacticum dicunt, & regimen etiam genitiui, pro ipſo vero regimine latini vſurpant abſtractum pro concreto, & è contra, vt cum dicunt vera narras, ideſt veritatem; fœnoris viros, ideſt frugis homines, pro fœneratores, & frugales: eo igitur loco*[b] *in quo dicitur Domini durus vel duritiei; noſtra vulgata habet dominorum crudelium, iuxta verbi Kaſcia ſignificatum. Adde etiam alium locum apud Zach.*[c] *ibi paſtores eorum, pro paſtor earum, & in Gen.*[d] *ibi paſtor ouium ſerui tui, pro paſtores ouium, ſeu ſingulus ex ſeruis tuis paſtor ouium eſt. Vide theſ.*[e] *& inferius*[f]*. Quod uero in ſcriptura ſacra concreta pro abſtractis ſæpenumero vſurpentur. Vide Pſal.*[g] *ibi quoniã nõ Deus volens iniquitatem, ideſt iniquos. & Pſ.*[h] *ibi iuſtitias pro iuſtos diligit. & Pſal.*[i] *ibi, ego autem*

Nomina adiectiua, & ſubſtantiua numero diſcrepantia.

[a] Ieſ. 19 4.

Duo ſubſtantiua pro adiectiuo.

Regimẽ genitiui ſyntacticus ordo.

[b] Ieſ. 19 4.

[c] Zach. 11.5.

[d] Geneſ. 47.3.

[e] colum. 2745.

[f] cap. 3. cano. 5.

[g] Pſal. 5. 4.

[h] Pſalm. 11.7.

[i] Pſalm. 109. 4.

ſum, nẽpe ne in aliquẽ falſum teſtimoniũ dicamus, nec alicuius vltionis deſiderio, pellicere & inducere quemquam debeamus, vt id faciat. [a] Volum. 2269. *Quæ colligo ex his quæ theſaurus adducit* [a]. *Sed planius intelligemus ſi aduertimus, tria linguæ peccata his verbis à ſapiente vehementer prohiberi: primum, ne ſit teſtis falſus in proximum: ſecundum, ne lactemus aliquem blandis verbis ſeducendo illum, à quo tamen cor ipſum longe abeſt: tertium ne aduerſarij malitiam imitantes, pro malis & iniurijs nobis inflictis, parẽ illi vicẽ repẽdamus. Quæ explicatio à noſtra vulgata, & à Chald. paraph. atq; Lxx. interpre. ſatisfauetur, eiq; ſubſcribit Ianſenius ibidem.*

[b] Zach. 5.11. *Zach.* [b] *ibi,* וְהֻנִּיחָה *& dimittatur ſeu reponatur: compoſitio eſt ex Hiphhil & Hophhal, cuius rationẽ tradit Kimhius in cõmentarijs dicens ſignificare: Negligentiã populi volentis lubentius remanere in loco exilij, quã in Hieruſalem, & natale ſolũ reddire; vide theſaurũ.* [c] *D. vero Hiero. et Ruper. de ꝑpetuitate mortis ſtãtis et permanẽtis impiorũ intelligũt. Hinc ſane fit, vt iuſte Deus Opt. Max. demorari permittat peccatores illis in locis, & eo in ſtatu, quem noluerunt dimittere cum poſſent; & ita qui nolluerunt quãdo poterãt, cum ſero voluerint minime*

cõpo. 8.

Populi exulatio

[c] Pagin. 978.

Iuſtitia Dei erga peccatores.

ſeſe

ſeſe ab illis extricare poterunt: cōfert Chald. ibi, retinentur & demorentur ibi: et LXX præparēt & ponent eam ibi ſuper præparationem ſuam.

cō-po. 9. Deut.[a] ibi, וְנִכַּפֵּר et propitiabitur, ex Niphal, & Hithpahel, cum ſecundum normam deberet eſſe וְהִתְכַּפֵּר. Deſignatur plena & integra propitiatio pœnæ ſiue reatus ſanguinis, ita dimiſſi, vt non vltra appareat nec imputetur. Ac proinde Chald. habet, & dimittetur eis reatus, ideſt pœna ſanguinis. Sept. & placatus erit eis ſanguis. Vulgata noſtra omnia complectens: & auferetur ab eis reatus ſanguinis, vide Theſaurum in radice כִּפֶּר[b] Vnde hunc canonem obſeruabis in ſcriptura ſacra, Reatum ſanguinis & pœnā ſanguinis pro eodem vſurpari, vt apud Leuit.[c] vide Theſau. in dictione דָּם[d]

cō-po. 10 Eſai.[e] ibi, מִנֹּאָץ ideſt ſpernitur et blaſphematur, ex Puhal & Hithpahel, vel ex paul pihel, & Benoni Hithpahel, ſecundum vero normā debebat eſſe מִתְנוֹאֵץ vide Theſ. Pagnini[f] in radice נָאַץ. Significat ergo iſta compoſitio, ingem et frequentem blaſphemiam, cuius cauſam principes Hebræorum fuiſſe Procopius, Cyrillus, D. Hiero. Forerius, et alij procul dubio aſſerūt, atq; ideo contra eos prophetæ verba dirigi. Verum Chald. aliter ſentit in hunc modum: Et nunc

redem-

[a] Deute. 21.8.

Propitiatio reatus plena & integra.

[b] Pagin. 1212.

[c] Leuit. 17.4.

[d] Pagin. 474.

[e] Eſaiæ. 52.5.

Blaſphematio Dei frequentiſſima.

[f] Pagin. 1482.

redempturus ſum eum, dicit dominus, quia ve-
nundatus eſt populus meus gratis, populi qui do
minati ſunt eorum ſeſe iactitant, dicit dominus:
& ſemper tota die prouocāt eos, propter cultum
nominis mei. Vnde blaſphemiæ iſtæ in eos princi
pes gentilium qui Dei populum captiuum detine
bant, eumq; affligebant; potius reijciendæ viden
tur: & littera ipſa ſatis innuit cùm de populi to-
tius cōſolatione agat, atq́; de calumnijs detinen
tium eos. Quo fit vt verba illa à LXX. addita
(in gentilibus) facile in hunc ſenſum referātur.

a Pſalm. *Pſalm.* [a] ירדף*: ideſt perſequatur: cōpoſitio eſt* cō-
7.6. *ex kal, & Pihel, licet vulgo ex Hithpahel eſſe di* po.
catur. Quod profecto canonibus huius linguæ re 11
fragatur, cum certiſſimus canon ſit, in Hithpa
el verbum trāſitiuū minime reperiri: & ex eo-
dē Pſal. liquido appareat verbum illud iradoph
trāſitiuum eſſe. Nam inimicus, Regem Dauid
perſequebatur per ſe & per alios, quæ actio tran
b Colū. *ſitiua eſt. Cōpoſitione igitur iſta perſecutiōis gra*
2640. *uitas, aperte demōſtratur. vide Theſ.* [b] *Radice*
ירדף *Quod vero is inimicus fuerit, Rex Saul &*
nō chus, doctis viris magis probatur, uti Bradē
bachi⁹ in præcitati pſalmi præfatione fuſe demō
ſtrat, vbi poſt Iacobū de Valētia et alios hoc ex
plicans, rationē præbet, quare Saul, chus. i. niger
dicatur,

dicatur, quæ profecto omni inuido calumniãti et perſequenti innocentes proximos ſatis conuenit.

cõ- *Paralip.*[a] נולדו *nati ſunt illi: componitur illud* [a] 1. Paralip. 20. 8.
po. *plurale ex Niphhal, & Puhal, quo oſtendat in-*
12 *gentes cædes filiorum Rapha.*

cõ- *Nume.*[b] הָתְפָּקְדוּ *numerati ſunt, ex Hithpa-* [b] Num. 1. 47.
po. *hel, et Hophhal, vide tamẽ Theſaurum Pagni* [c] Pagin. 2221.
13 *ni*[c] *in radice* פָּקַד. *Oſtendit autẽ illa compoſitio, Leuitas omnino immunes à communi aliorum numeratione. Non enim ſancti cum alijs in numerum venire debent. Unde iam ex hoc loco nõ paruum ſuadetur leuitici generis & eccleſiaſticorum miniſtrorũ peculiaris authoritas, & immunitas, quæ quidẽ vt comunis ſententia teſtatur diuina lege ſtabilita cenſetur. Unde Theodoretus ſic numerum leuitarum explicans ait. Erat velut Imperantium; decet enim eos qui præſunt, ſubditis eſſe pauciores, cum potiſſimum ab onere militandi immunes, ſoli cultui diuino darent operam. Adde Ruper. Abbatem de Tri. et operib. eius*[d] *in caput ſecundum numerorum, & Ambulen. atque Oleaſtrum. Ex quibus huius immunitatis rationẽ depromes. Hinc etiã apparet qua nam ratione inter miniſtros eccleſiæ, & ſeculares magiſtrat⁹ qui nõ ad cultum Dei, ſed ad tutelã vitæ cõſtituuntur maximum debeat*

Leuitarum & miniſtrorum Dei peculiaris authoritas & immunitas.

[d] Lib. 1. cap. 4.

eſſe

eſſe diſcrimen. Quidquid hæretici garriāt. Quorum & centuriatorū hac in re confutationē citò ſi Deo placet prodere in lucem curabimus.

[a] Ezech. 9. 8.

Ezec.[a] ונאשאר *& remanſi ego ſolus, compoſitio eſt ex Niphhal, & futuro Kal. Deſignat nullum alium in atrijs remanſiſſe, qui non percuteretur, et ita demum neminem præter ipſum Prophetam à percuſſione euaſiſſe, vide theſaurum.*[b] *in radice* שאר *D. tamen Hieron. ibidem de perſona Chriſti cuius typum Propheta gerebat, hanc derelictionem intelligit.*

[b] Colū. 1818.

De myſterijs ex compoſitione Generica, ſiue ex diſtinctis radicibus. Cap. XV.

[c] Cap. 26. ver. 9.

E*T prima compoſitio quæ ſe ſe offert, eſt illa apud Iobū*[c] *ibi* פַּרְשֵׁז *ideſt expandit, ex varijs radicibus ſeu dictionib. nēpe* פְּרַשׂ שַׁדַּי זִיו *Mutatum eſt autem Kamets in pathach in præcitata dictione parſceZ, ob pluralitatem vocaliū, licet alij aliter, vide Theſ.*[d] *Indicat vero illa compoſitio, multiplicem nubium condenſationem, quam omnipotens ſuper facies terræ expandit, ad modum cortinæ orbis terrarum. Vnde Targum. Extendit illam ſicut velum ſuper nubes gloriæ ſuæ. Quod Targū velum, ſeu cortinam*

[d] Pagin. 2286.

nam dixit, 70. & vulgata, nebulã ſuam tranſtulere. Solium deniq; dei, ibi cœlum vocãt. vid. Origin. in Iobũ præcitato capite[a] *Et D. Grego. Mag.*[b] [a] to. 1. pag. 543 col. 2. [b] lib. 17. Moral. cap. 15.

Apud Hiere. Similiter etiam[c] *aliam reperies cõpoſitionẽ, ex duabus radicibus; ibi* מְקַלְלַוְנִי *cum Kamets ſub 2. Lamed etiam legitur. Eſt Igitur benoni pihel à verbo* קִלֵּל *id eſt maledicere in pihel, & à verbo* קָלָה *ideſt ignominia afficere: & eſt, ac ſi diceret, contemnit me ſeu blaſphemauit me, & inſuper conuitijs et ignominijs mala mihi imprecans, me inſectatur. vid. theſ.*[d] *Vulgata et Targum hẽnt, omnes maledicunt mihi: 70. fortitudo mea defecit in maledicentibus mihi. Vide D. Hiero. ibi qui Maledictionẽ illam ad hereticos chriſtum maledicẽtes peruerſa credendo, & peruerſiora blaſphemando refert. Adde Theodore. ibidem.* [c] cap. 15 10. [d] Theſ. pa. 2481

Ex diſtinctis etiam generibus hoc eſt ex diſtinctis radicibus: Hæc cõpoſitio reperitur apud Zach. prophetam.[e] *ibi* וְהוֹשְׁבוֹתִים *& conuertã eos, compoſitum namque eſt ex* וְהוֹשַׁבְתִּים *à* יָשַׁב *& ex* וַהֲשִׁיבוֹתִים *à* שׁוּב *quæ ſunt duæ diſtinctæ radices: quarum prima ſignificat collocare, & cõſiſtere, ſedere & habitare: poſterior vero conuertere, reddere, reducere: unde compoſi-* [e] Zach. 10.6.

tio hæc harum duarum radicum ſignificantiã habet Ac proinde ſignificatur vberrima & copioſa Dei, miſericordia & benignitas erga duplicem domum Iuda & Ioſeph, eos ſaluans, conuertens reducens, & conſiſtere & habitare
ª Pag. 1085. *faciens. Vid. theſ. in præcitata radice* יָשַׁב[a] *Cõfe*
ᵇ verſu. *runt ſequentia verba eiuſdem capitis*[b] *et quæ*
10. 11. *Chal. paraphr. vtrobiq; explicat. Adde D. Hiero. ibidẽ. Significare etiam poteſt gratuitam miſericordiam, ſiue miſeratricem gratiam prædeſtinationis vid. Rupertum Abbatẽ eodẽ loco.*

De myſterijs ex compoſitione diuerſorum modorum. Cap. XVI.

EX præterito, & Benoni, compoſi- cõ-
tio fit, vt Iudic.[c] *ibi* וְיוֹלַדְתְּ *et paries* po.
ᶜ Iudic. 13. 5. *à* יוֹלֶדֶת & יָלַדְתְּ*, ſub ea igitur compo-* 16
Pariẽdi certitudo & magnitudo promiſſi. *ſitione, magnum Myſterium, filij Nazaræi nomine Sãſon, qui magnus futurus erat; & certitudo concipiendi, pariendiq; ſterilẽ cõtinetur, vid, inferius in eodẽ capite verſ. 7.*
ᵈ Ezech. *EZech.*[d] מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *incuruãt ſe. ex participio,* Cõ
8. 16. מִשְׁתַּחֲוִים & *Præterito* הִשְׁתַּחֲוִיתֶם *ſignificat: Ma* po.
ximam illam & quartam idololotrãtium abo- 17
minationẽ, qui relicto creatore Deo cõtrafas et legem naturæ atq; Moſaicã, ſolem ad orientẽ

incur-

incuruātes & corrūpentes tēplum Domini ado rabāt. vide D. Hier. ibidē. De hac inſania et audacia vid. Theod.[a] adiūge R. P. F. & M. Hectorē Pinctu qui optime eā peſtilentiorē abominationē ibi explicat. vid. Theſ. in radice שָׁחָה [b]. [a] eod. capi. pag. 442 col. 1. [b] pagi. 2928.

Cō po. 17 Pſal.[c] צִמְּתוּתֻנִי ſucciderunt me, ex tertia plurali maſculina, & ſecunda, eiuſdē numeri, vt aliqui opinantur. At verius videtur non compoſitā dictionē, ſed geminatā potius eſſe corroborādæ rei gratia; vide Theſ.[d] in radice צָמַת Significat vero, adeo ingentē arctationē et cōſtrictionē vt reſpirare, aut euadere nequeat, 70. habēt: et terrores tui cōturbauerūt me. D. Hier. oppreſſerunt me; myſteriū huius conturbationis ex diuinis terrorib⁹ et pœna æterna, pete à D. Gre.[e] & ab Incognito præcitato Pſal.[f] poſt D. Aug. ibidē[g] & Iacob, de Valencia qui de eccleſia & Chriſto capite in forma ſerui, accipiunt. [c] Pſalm. 87.17. [d] Theſa. colun. 2363. [e] D. Gre. 7. Morali cap. 7. [f] verſ. 1497. [g] D. Au. ibidem col. fin.

Cō po. 18 Iere.[h] מַבְלִיגִיתִי confortans me, ex participio ſingulari Maſculino, & Fœminino, cum Iod מַבְלִיגִי et מַבְלִיגִת Ingentem ergo cordis ſui mæſtitiam ob afflictionē populi deſignat Propheta Dicens, Cōfortans me, ſeu cum voluero me confortare, vel roborare, nequeo; quia in me cor meum mæret. vid. Theſ. in radice בָּלַג[i] atq; D. Hiero. præcitato capite. [h] Ier. 8. 18. Ingens cordis mœſtitia, ob afflictionē populi quomodo a propheta deſignetur. [i] pa. 274

Iob [a] נִתָּעוּ *euulſi ſunt ex Præterito, & Futu-* Cõ
ro ſecundum aliquos, aut ex Niphhal, & Hith po.
pahel ſecũdum alios. Vide Theſ. [b] *Deſignat au* 20
*tem totalem amiſsionem roboris ſub rugitu leo-
nis, & etiam vxoris ſuæ ſub figura leenæ; & fi-
liorum ſub dentibus catulorum leonum quorum
omnium vires omnes periiſſe & deficiſſe dicebat
Eliphas Temanites, ita vt amplius minime læ-
dere poſſent alicui. Vide tamen D. Gre.* [c] *Alle-
goricum myſterium ſub ea compoſitione con-
tentũ explicat Augu. Eugu. ibidem* [d] *quẽ vide.*

Iob. [e] תַּחְשְׁבוּנִי *reputabunt me, aut reputa-* Cõ
runt, 70. & vulgata ſicut alienum habuerũt, po.
vel alienus fui coram eis. Vltimam futuri vo- 21
*cem eſſe pronomini iunctã inſtar ſecundæ per-
ſonæ maſculinæ pluralis Chimhius in ſuo Mi-
chlol docet: Vide theſaurum in radice* חָשַׁב [f]
*Vtrunq; agitur ſexum, ſiue omnes ſuos domeſti-
cos vtriuſq; ſexus, ipſum veluti inimicũ, ſeu ho-
ſtẽ et alienum reputaſſe deſignat, eã vtriuſque
ſexus cõpoſitio. Cuius alia exempla vide apud
librũ Regum* [g] *ibi* וַיִּשַּׁרְנָה *ideſt vaccæ et mures
aurei dirigebantur. & apud Geneſ.* [h] *ibi* וַיֵּחַמְנָה
*ideſt & calefaciebant ſe Maſculi & Fæ-
minæ nempe; oues cum maribus coibant. vide
Theſ. in radice* יָחַם [i] *& in radice* יָשַׁר [k]

[a] Iob. 4. 10.
[b] Theſ. co. 4176
[c] lib. 5. Moral. cap. 17.
[d] pa. 211 ſub fin.
[e] Iob. 19 15.
[f] pagi. 819.
[g] Lib. 1. Reg. ca. 6. 12.
[h] Geneſ. 30. 38.
[i] pa. 936
[k] pag. 1100.

Hinc

Hinc porro colligit Aug. Eugubinus præcitato
cap. [a] *viros illos amicos Deo & hominibus fo-* [a] cap. 19 fol. 232
re, qui ſortem amici comitantur; & è contra verſo F.
ingratos qui infœlicitatis tempore fugiunt. Ac vid. eccl. 6. 7. cũ
proinde paucis regnum cælorũ dari, vnde Chri- ſeq.
ſtus diſcipulos amicos veros oſtẽdẽs dixit, [b] *Vos*
eſtis qui permanſiſtis mecum, &c. Vide etiam [b] Luc. 22 28.
D. Grego. [c] *vbi hæc Iob verba ad Chriſtum et* [c] lib. 14.
ſynagogam refert. moral. cap. 19.
cõ- *Eſai.* [d] *ibi,* וְהֶאֶזְנִיחוּ*, ideſt elongare facient.* [d] Eſaię
po. *Vulgata noſtra habet, deficient flumina: illud* 19. 6.
22 *enim quod elongatur ſuo modo deficere dicitur,* Deficere & elõ
ibi ex nota hebræa Hiphhil, & Chaldea redun gare.
dat aleph. Vide theſaurum [e] *in radice* זנח*. vnde* [e] pagina
colliges duplicem in eo verbo notam coniugatio- 543.
nis coniungi, Syriacam ſiue Chaldaicam, quæ
eſt א*, & Hebraicam quæ eſt* ה*. Immenſam* Immenſa aqua-
ergo aquarum & fluuiorum ſiccitatem deſi- rum ſic-
gnare videtur. Vnde Lxx. habent, & deficiẽt citas,
flumina, & foſſæ fluminis, & ſiccabitur omnis quõ deſignetur
cõgregatio aquæ, & in omni palude calami, & in ſcri-
papyri. et idẽ proſequũtur, verſ. 7. Idẽ ex Chal. ptura.
paraphraſi apertiſsime conſtat. vide D. Hiero.
ibidem, & Procopium qui euerſionis regni Ae-
gyptiorum myſterium ſub ea ſiccitate comple-
cti aſſerit, conſentit Adamus ibidẽ et Forerius

 cuius

cuius poſteriora ſuæ adnotationis verba de Deo punienti peccatores in his rebus, quas ipſi magni faciunt extendi vtiliter poſſunt. Cyrillus tamen eo in capite aliud huius ſiccitatis myſterium refert.

[a] Thre. 4.14. *Thren.*[a] נְגֹאֲלוּ *ideſt polluti ſunt ſanguine vti cõ-*
Vulgata, Lxx. & Targum, habent: Compo- po.
ſitio eſt ex Niphhal, & Puhal à radice גָּאַל *id-* 23
eſt redimere, polluere, & inquinare: deſignat hæc compoſitio eandem contaminationem, quã ſupra diximus in ſecunda forma. Plures alias compoſitiones apud Eliam Germanum in libro vocum irregularium, & compoſitarum, quem ordine alphabetico conſtruxit: Et apud Pagninum[b] *reperire licebit. Nunc vero his ita explicatis iam ad ſequentem canonum normam tranſeamus.*

[b] lib. 4. Inſt. ca. 81.

LIBER

LIBER SEXTVS

DE SYNTAXI

CAPVT I.

SOlent omnes Grãmatici tractatores, כְּלָלִים [a] hoc eſt canones tradere, quibus uniuerſæ grammaticæ partes congrue & ordinate diſtribuant, et componant. Eam uniuerſarum partium ordinationẽ, ſyntaxim græco nomine tranſlate appellauere. Propriam namque illius dictionis ſignificationem [b], quæ inter alia, ordinem à ducibus ſuis militibus in hoſtium congreſſum præparatis, præſcriptum & ordinatum, deſignat; ad orationis ordinem, iuxta quem unaquæq; ipſius pars congrue, concinne & apte diſponitur; tranſtulere. Ac proinde latini ſyntaxim, conſtructionem, & coordinationem partium inter ſe, dixere. Verbum vero hebræum notationem præ ſe ferre uidetur עֵרֶךְ namque [c] à radice עָרַךְ quæ ordinare, ſuo ordine ſingula diſponere, ratione et proportione collocare ſignificat. Indeq; auctor ille qui dictiones hebraicas ordine digeſſit, עָרוּךְ haruch nomen accepit. At cũ hæc ſancta lingua peculiares domeſticos, et proprios dicẽdi, ſcribendiq; modos habeat,

[a] Vide theſ. Pagnini in dictio. כְּלַל pa. 1168.

[b] Vide theſ. linguæ græcæ to. 3. pagina 1268.

[c] Vide theſ. Pagnini p. 2003.

ex quorũ ſane perfecta cognitione, litteralis ſacræ ſcripturæ genuinus ſenſus pendet; neceſſe quidẽ fuit, vt poſt vniuerſarũ præcedentium regularum et canonũ globum, hoc ſexto libro, præcipuos & ſelectiores totius grãmaticalis ſyntaxeos canones & regulas, quã fieri potuit diligentia, deſcriberemus. Verum cum grãmaticalis hic globus nomine[a]*, verbo ac dictione præcipue conſtet, debitus ipſe rerum ordo exigit, vt canones ſyntaxeos circa nomina primo omniũ præſcribamus, elucidemus.*

[a] vt ſuperius ſcripſimus, lib. 2. ca. 1.

De concordantia nominis cum nomine.

Cap. II.

ADiectiua à ſubſtantiuis ſolo ſignificatu differunt et nõ terminatione, nec vlla alia nota, ut אִישׁ חָכָם *vir ſapiẽs,* מִגְדָּל גָּדוֹל *turris magna, à qua dicta eſt Maria Magdalena. Locus vero qui Magdalus dicebatur, attenta radice* גָּדַל *ex eo dicebatur magdalus, quia turres altas habebat. Vnde Pſal.*[b] גָּדוֹל יְהוָה *ideſt magnus dominus, & Leuit.*[c] הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל *ideſt ſacerdos magn⁹, et alibi paßim. Adhuc tamen conſiderari poteſt diſcrimen, quo adiectiuũ à ſubſtantiuo diſcernitur. Nempe quod adiectiuũ ſimul habet hæc omnia, ſingulare, plurale, Maſculinũ et femininũ.*

Adiectiua a ſubſtantiuis ſolo ſignificatu differre.

Magdalena a magdalo & magdal⁹ qd & vnde.

[b] pſal. 48 verſ. 2.

[c] Leuit. 21. 10.

Sub-

Subſtãtiuũ vero hæc oĩa ſimul non habet. vnde collige nomen adiectiuum non ſolum dici omne nomen ꝙ tranſit de maſculino in fœmininũ vt dixi mus.[a] *ſed etiã quod tranſit de ſingulari in* [a] lib. 2. cap. 2.
plurale, Hæc etenim quattuor Maſ. & fœ. plurale & ſingulare, adiectiuũ nomẽ conſtituunt, vti tradit Quinquarb. in annotati. ad gram. Clenardi. titulo de caſu & declinatione.

ca-no. 5. *Subſtantiuũ nomen fere ſemper præponitur, & ſequitur adiectiuum, concordantq; genere, numero, & caſu vt in*[b] *Pſal.* מָה אַדִּיר שִׁמְךָ בְּכָל הָאָרֶץ *Quã admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra & in*[c] *Cant. ibi* יָפָה רַעְיָתִי *ideſt pulchra es amica mea.*[d] *Et alibi* דוֹדִי צַח *ideſt Dilectus meus candidus.* Nomen ſubſtãtiuũ fere ſemper adiectiuo præponitur. [b] Pſa. 8. 1 [c] Cãt. 4. 1 [d] Canti. 5. 10.

Exceptio 1.

Inuenitur aliquando fallax tradita regula quia non ſemper concordat genere. Nam Maſculæ a fœmineis adiunguntur, & è contra. In his tamen locutionibus in quibus hoc accidit, ali quid occultũ ſuppleri & ſubintelligi debet: vt in lib.[e] Reg. *ibi & deſiderauit Dauid, vbi ſuppletur anima Dauid, et*[f] Reg. *Accipe benedictionẽ hãc qua attulit ancilla tua; ideſt puer aut ſeruus Ancillæ tuæ. ſimiliter etiã in Mich.*[g] *ibi & tu bethlehem Ephrata paruulus es, vti in hebræo* [e] vt 2. Reg. 13. 39. [f] 1. Reg. 25. 27. [g] Mich. 5. 1.

habe-

*habetur;ubi ſuppleri debet, populus ſiue locus par
uulus. Vnde recte noſtra vulgata in fœminino poſuit: potuit enim iuxta regulam ſuperiorem adiungere fœmineum maſculino, & è contra, quidquid aliqui vulgatam reprehendant.
[a] lib. 1. inſt. c. 3 vide Pagn.[a] & nouiſſimum theſaurum eiuſdem[b]. Adde Cantapretenſem[c]. Vide etiam R. P. & Magiſtrum Fratrē Hectorem Pinctum qui in cap. 11. Ezech. præcitatum locum Mich. interrogatiue legit contra receptiſſimam omnium lectionem, ob idq́; merito hac in re ab eo diſcedimus. Et hinc fit, vt adiectiuum in maſculino, ſubſtantiuum uero in fœminino reperiatur, ut in Exod.[d] ibi, צְעָקָה גְדֹלָה בְּכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם אֲשֶׁר כָּמוֹהוּ i. adclamatio magna in omni terra Aegypti quæ ſicut ipſe, pro כָּמוֹהָ ſicut illa. Aliquando autē nomen maſculinum aut fœmineū per genus neutrū transfertur, cum neutrū apud Hebræos minime ſit, iuxta illud noſtræ uulgatæ; nō eſt bonum hominē eſſe ſolum, pro eo quod in hebræo dicitur, non bonus hominē eſſe ſolū: vnde D. Hiero. in Eccleſiaſtem[e] ait quid nos ſolemus abſolute & neutraliter dicere, ſcilicet hoc quæſiui, illud volui inuenire; hebræi fœmineo gènere aut maſculino pronuntiant, ſicut in Pſal. Vnam petij à Domini & hanc requiram, pro*

eo

[a] lib. 1. inſt. c. 3
[b] colu. 230. & 251. & colum. 1009. & 1732 & 2134 & 926.
[c] lib. 6. cap. 10.
[d] Exod. 11. 6.
[e] cap. 7. ſub finē

eo quod eſt vnum.

Secunda exceptio.

Numero etiam interdum diſcrepant, vti ex Eſai.[a] *apparet* אֲרוֹנִים קָשֶׁה *Domini durus, pro duri. Aut expone, vt fieri ſolet in hac lingua, Domini duritiei, vt* אַנְשֵׁי יוֹשֶׁר *ideſt viri rectitudinis, ideſt recti, nam pro adiectiuo paſſim in ſcriptura ponunt duo ſubſtantiua, & ſecundū in genitiuo, quod quidem rem in abſtracto ſignificet: & hunc ordinem ſyntacticum dicunt, & regimen etiam genitiui, pro ipſo vero regimine latini vſurpant abſtractum pro concreto, & è contra, vt cum dicunt vera narras, ideſt veritatem; fœnoris viros, ideſt frugis homines, pro fœneratores, & frugales: eo igitur loco*[b] *in quo dicitur Domini durus vel duritiei; noſtra vulgata habet dominorum crudelium, iuxta verbi Kaſcia ſignificatum. Adde etiam alium locum apud Zach.*[c] *ibi paſtores eorum, pro paſtor earum, & in Gen.*[d] *ibi paſtor ouium ſerui tui, pro paſtores ouium, ſeu ſingulus ex ſeruis tuis paſtor ouium eſt. Vide theſ.*[e] *& inferius*[f]*. Quod uero in ſcriptura ſacra concreta pro abſtractis ſæpenumero vſurpentur. Vide Pſal.*[g] *ibi quoniā nō Deus volens iniquitatem, ideſt iniquos. & Pſ.*[h] *ibi iuſtitias pro iuſtos diligit. & Pſal.*[i] *ibi, ego*

autem

Nomina adiectiua, & ſubſtantiua numero diſcrepantia.

[a] Ieſ. 19 4.

Duo ſubſtantiua pro adiectiuo.

Regimē genitiui ſyntacticus ordo.

[b] Ieſ. 19 4.

[c] Zach. 11. 5.

[d] Geneſ. 47. 3.

[e] colum. 2745.

[f] cap. 3. cano. 5.

[g] Pſal. 5. 4.

[h] Pſalm. 11. 7.

[i] Pſalm. 109. 4.

[a] Daniel. 9.23. *autem oratio ideſt orator. Et apud Daniel.[a] ibi*
[b] Pſal. 9. 21. *quia deſideriorum ideſt Deſiderabilis multum*
& Pſal.[b] ibi pone omne doctrinā illis, ideſt Doctorem ſeu legislatorem.

Exceptio 3.

Caſu etiā diſcrepant, ut cum adiectiuum eſt in nominatiuo, & ſubſtantiuum in genitiuo. Et tunc ſubſtantiuum & adiectiuum caſu diſcrepans, explicantur per comparationem aut ſuperlatiuum. Significat vero genitiuus ille, excellentiam, & eminentiam quandam, iuxtaque
[c] 3. Reg. 21.7. *accipiendum erit illud Regum[c] ibi,* אַדִּיר הָרוֹעִים
[d] Eſaia. 29.11. *Potentiſsimus paſtorum. Idem apud Eſai.[d]*
[e] Cāt. 1. 1. *ibi* חַכְמֵי יֹעֲצֵי *ſapientiſsimi conſiliariorum, aut ſapientiores conſiliariorum. Sic illud, Cant.[e]* שִׁיר הַשִּׁירִים *præſtantiſsimum omnium Carmen & ſelectum, quales paſtorum cantilenæ, quas eglogas dixere Romani; egregium Bucoliaſtē Aſcræum, Theocritum imitati, qui εἰδύλλιον, ideſt ſelectam verſuum ſpecieculam vocauit.*

Duobus ſubſtātiuis concurrētib' ſimul aut pluribus poſterius ē in genetiuo collocādū.

Si concurrunt duo, aut plura ſubſtantiua ſimul; poſterius ſemper eſt genitiui caſus.

Initium ſapiētiæ timor Dñi quomodo debet intelligi.

Vt in hiſtoria Iudic. רוּחַ יְהוָֹה *Spiritus Dei. Aut vt in prouerbijs ibi* יִרְאַת יְהוָֹה רֵאשִׁית דָּעַת *Prou.[f] ideſt Timor Domini principium ſapiētiæ, ideſt Colere Iehoua, iſthuc eſt ſapere, hoc eſt initium*

[f] Pro. 1. 7.

recti

recti, & honeſti tramitis; aut, ea eſt præcipua ſa-
pientia,[a] *explica cum D. Thoma*[b] *& Ianſe-* [a] Eccl.
nio eodem capite primo Prouerbiorum.[c] *Item* 11.
דִּבְרֵי קֹהֶלֶת בֶּן דָּוִד *verba Eccleſiaſtæ filij Da-* [b] 2. 2. q. 16. art. 7
uidis.[d] [c] fol. 2. col. 2.

Ca *Subſtantiua pro adiectiuis nominibus, ſæpe* [d] Eccle. 1. 1.
no. *in ſcriptura reperiuntur poſita, vt ſuperius ad-*
4. *notauimus,*[e] *Cum de Toharim egimus. Et de* [e] lib. 2.
adiectiuis pro ſubſtantiuis, vide Prouer.[f] *&* cap. 2.
Theſau. Pagnini in radice יָשָׁר[g] *& de adiecti-* [f] Prou. 16. 13.
uis in genere fæmineo ſubſtantiue ſumptis vid. [g] pagina 1103.
Theſ. in radice עָבַר[h] [h] pagina 1960.

Ca *Adiectiua, quæ apud latinos ablatiuum pe-*
no. *tunt, in hac lingua cum genitiuo conſtruuntur*
5. יְלוּד אִשָּׁה *natus mulieris* עֲרוּךְ מִלְחָמָה *Inſtructi*
prælij Ioel.[i] נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב *Mundus, inſonſue* [i] Ioel. 2.
manuum, animique, pro mundus manibus, & 5.
ſincerus animo.

Ca *Adiectiua reperiuntur ſine ſubſtantiuo ex-*
no. *preſſo, obidque ſuppleri ſolet Hammetohar ideſt*
6. *ſubſtãtiuum, vt Deut.*[k] *magnus et paruus Nẽ-* [k] Deut. 25. 13.
pe lapis: etiam apud Zachar.[l] *ibi quis contem-* [l] Zach. 4. 10.
pſit diẽ paruarum, ſupple conſolationum, & [m] Gene. 42. 7.
Geneſ.[m] *et locutus eſt cum eis dura, nempe ver-*
ba. vid. Theſ. Pagnini in radice קָטֹן[n] [n] pagina 2472.

Adiecti-

Adiectiua interdum aduerbialiter ſumun- Ca
[a] Naum c. 1.10. *tur vt apud prophetam Naum,*[a] *ibi ſicut ſtipu-* no.
[b] Hiere. 12.6. *la ariditate plena ſecundum Rab. Dauid. & 7.*
idem apud Hiere.[b] *vid. Theſ.*[c] *Pagnini in ra-*
[c] pag. 1389. *dice* מָלֵא

Regimen genitiui, ſit etiam non ſequente ge- Ca
netiuo, ſed aliqua littera ex his ſeruilibus שֶׁבְּלָם no.
[d] Eccle. 11.3. *Eccleſiaſtæ.*[d] מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל *locus, quo cadet, dici-* 8.
tur מְקוֹם *cum ſceua pro* מָקוֹם *propter illam nãq;*
litteram ſeruilẽ, quæ vim regimenis habet cen-
[e] 2.Reg. 1.21. *ſetur regimen; vnde* הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *montes in Gel-*
[f] Iob.18 2. *boe, ideſt mõtes Ghilbohenſes Ghilboha nomine*
[g] Ezech. 13.2. *inſigniti in li. Reg.*[e] *Et apud Iob.*[f] קִנְצֵי לְמִלִּין *fines*
orationis לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם *Prophetis ſpõtaneis ex cor-*
[h] lib. 2. cap. 12. *de ſuo, et pro ſuo arbitratu vaticinãtes Ezech,*[g]
[i] lib. 2. cap. 2. 2. *quod idẽ diximus ſupra.*[h] *Fit et regimen quan*
[k] lib. 2 inſti. ca. 14. *do cum verbo eſt genitiuum: quia tunc non*
cenſetur verbum ſed nomen adiectiuum vt di-
ximus ſupra.[i] *Et adde Pagninum.*[k]

Numeralia cardinalia cõſtruũtur cnm plurali, ipſa vero manent inuariata pluralitatem ſignificãtia.

Numeralia Cardinalia optime in numero, Ca
& genere concordant שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים *Tres viri.* no.
אַרְבַּע מַלְכֻיוֹת *quatuor regna, conſtruuntur enim* 9.
cum plurali, ipſa vero manent inuariata, plu-
ralitatem tamen ſignificantia.

Numeralia ordinalia coniunguntur cum Ca
ſingulari, tam maſculino, quam fœminino, vt no.
Deut. 10.

Deut. [a] בְּעַשְׁתֵּי עָשָׂר חוֹדֶשׁ *In vno, & decimo* [a] Deut.
menſe, id eſt vndecimo. Sic etiam in lib. Deut [b] 1.3.
præterea dicimus אַחַד עָשָׂר יוֹם *Vno decimoque* [b] Deut.
die, ideſt Vndecimo vide Theſ.[c] 1.2. & c.

24. 12.
& 4. Re.
21. 2. &
Deut. 1.
verſ. 3.
[c] Theſ.
col. 2116
& 2113
cũ. ſeq.
[d] Genef.
32. 16.

Canon 11

Diſtributionis ſigna, vt omnis, quilibet, quicumq; ſingulus, per venuſtã nominis reiterationem fiunt hebræis: vt in Gen. [d] *ibi* וַיִּתֵּן בְּיַד עֲבָדָיו עֵדֶר עֵדֶר *& dedit in manu ſeruorum ſuorum gregem, gregem. i. quemlibet gregẽ.* בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר *mane & mane ideſt ſingulo quoque mane, &* אִישׁ וְאִישׁ יֻלַּד בָּהּ *Vir, et Vir natus eſt in ea, ideſt magnus eſt numerus naſcẽtiũ in Tſion, & qui Deum norunt: quum in alijs nationibus vix vnus reperiatur. Pſal.*[e] *Nomẽ* אִישׁ *vnumquẽq; ſignificat. Iudic.*[f] *nos vero dabimus tibi* אִישׁ *vir, id eſt vnuſquiſq; mille, et centum argenteos. Sic etiam. Ier.*[g] אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ שִׁמְעִי דְּבַר יְהוָה *Terra, terra, terra audi verbum Dei, ideſt vnuſquiſque, quilibet audiat verbum Dei. Sic et Gen.*[h] *ibi ſeptem et ſeptem ſcilicet vnuſcuiuſq; ſpecies; et in li. Reg.*[i] *ibi quinquaginta, et quinquaginta. Et idem Marcus*[k] *ibi duos et duos. i. binos et & Geneſ.*[l] *ibi putei, putei, ideſt hinc inde putei. Leui.*[m] *ibi vir, vir. i. quicũque: Idẽ. Num.*[n] *ibi ætatem et ætatem, ideſt ſingulas ætates ſiue generationes, et ibi anno & anno. i. ſingulis annis & Eſa.*

[e] Pſal. 87
[f] 5. Iudic.
16. 5.
[g] Iere.
22. 29.
[h] Geneſ.
7. 2.
[i] 3. Reg.
18. 13.
[k] Marc
cap. 6. 7
[l] Geneſ.
14. 10.
[m] Leuit.
14. 15. 2
[n] Nu. 5.
12. &
Deu. 32
7. & 33.

[a] Eſ. 58. 2. & Eſa.[a] ibi die et die .i. quotidie ſingulis diebus:
[b] Pſalm. 11.3. & Pſal.[b] ibi corde et corde, ideſt diuerſo corde.
[c] Zach. 12.12. Zach.[c] ibi familia et familia. Idem li. Reg.[d] ibi
[d] 4.Reg. 17.29. gens gẽs .i. qualibet gẽs, et Eſa.[e] ibi gens funicu
[e] Eſ. 18. li funiculi, ideſt iuxta vniuſcuiuſq; funiculum.

Diuerſitatẽ ẽt denotat; nominum repetitio. Ca
vt ibi אֶבֶן וָאֶבֶן lapis, & lapis· ideſt diuerſa pon- no.
[f] Deut. 25.13. dera. Deut.[f] Et idem quando in diuerſo gene- 12
[g] Eſa. 3.1 re duo ſubſtantiua ponuntur vt Eſa.[g] ibi ful-
cimentum, & fulcimentum ideſt, omnis gene-
ris ſubſtentatio, quod noſtra vulgata ſignifica-
uit illis verbis, omne robur panis & omne robur
[h] 2.Reg. 19.35. aquæ. Idem in libro Reg.[h] ibi cantorum et can
tatricum, ideſt omnis generis Muſices.

Similitudinis omnimodæ Nota.
Similitudinem, & cõparationem omnimo- Ca
dam inter ſe notant, hebræi cum duplici caph. no.
כִּי כָמוֹךָ כְּפַרְעֹה ideſt quia, ſicut tu, ſicut Pha- 13
[i] Geneſ. 44.18. rao, vt in Geneſ.[i] Septuagin. quia tu es poſt
pharaonem, domine. Vulg. Tu es enim poſt
pharaonem dominus meus. Significare tamen
voluit Iudas tantum eſſe loqui ad Ioſephum
quantum ad pharaonem: uel ipſum Ioſephum,
Pharaonem auctoritate exæquare illique per
omnia ſimillimum, & tanti illum facere quan
[k] Eſa. 24 2. ti Pharaonẽ faciebat. Idem etiã apud Eſai.[k]
ibi כַּעֶבֶד כַּאדֹנָיו ideſt ſicut ſeruus, ſicut dominus
eius,

eius, parem vtriuſq; conditionem & ſimilitudi
nem omnimodam demonſtrans. Adiunge quæ
inferius adnotamus.[a] Vbi vero vnum tantum [a] cap. 20
Caph ponitur, ſimilitudo non par nec omnimo-
da deſignatur.

Ca In nominibus pretij ſæpe deſideratur nomen
no. שֶׁקֶל ideſt ſiclus, quod ſuppleri ſolet, præſertim cũ
14 de ſiclis ſermo eſt, iuxta illud Geneſ.[b] ibi Et [b] Geneſ.
protulit vir in aures aureas appendentes ſiclos 24. 22.
duos, in Hebræo, cæpit vir ille inaurem aureã
dimidium (nempe ſicli.) pondus eius.

Ca In nominibus ſæpe deficit אֶחָד, Vnus; vel
no. אַחַת Vna. Vide in libris Reg.[c] ibi בִּשְׁתַּיִם תִּתְחַתֵּן [c] 1. Reg.
15 בִּי הַיּוֹם ideſt in duabus, hoc eſt, in vna duarum, 18. 21.
hodie mecum affinitatem contrahes. Vnde opti
me Targum explicans ſic habet: In vno de
duobus gener fies mihi hodie. Septuag. vero &
vulgata. In duabus gener meus eris hodie. Si-
militer in libro Iudicum legimus[d] de Iepte in [d] cap. 12
hunc modum. וַיִּקָּבֵר בְּעָרֵי גִלְעָד ideſt. Et ſepultus verſ. 7.
eſt in ciuitatibus ſeu in vrbibus Gilhad vt
Targum habet, ac ſi diceret; In vna earum
vrbium. Ob idque vulg. & Septuag. dixere,
& ſepultus eſt in ciuitate ſua Galaad. Ita etiã
interpretandum eſt illud Geneſ.[e] de ſubuerſio- [e] Geneſ.
ne vrbium in quibus loth habitabat, non enim 19. 29.

in omnibus ipſe habitabat. Vnde ſuppletur una, idest in quarum una. Illud etiã Pſal.[a] ibi ſecus decurſus ſeu Riuos aquarum explicari debet .i. ſecus aliquem decurſum ſeu amnem.

a Pſal. 1. verſ. 3.

Porro adnotanda atq; obſeruãda ſunt multa nomina adiectiua quæ ſi in utroq; genere in fine aſſumunt litteram Iod efficiuntur epitheta propria rerum ac perſonarum ut in Geneſ.[b] ibi חַכְלִילִי chachlili .i. Rubicundior, uel Rubicundus .i. habens oculos uiuos rubicundiores. Ad eundẽ modum ex participijs præſentis tẽporis Maſculini generis, & ſingularis Numeri fiunt epitheta ſeu attributa ut Geneſ.[c] ibi אֹסְרִי oſri, idest ligator uel ligaris, & Deut.[d] ibi שֹׁכְנִי סְנֶה ſciocheni ſene, idest habitator Rubi, & in Pſal.[e] ibi מַשְׁפִּילִי .i. qui humiliatur ſeu humiliatũ; et Pſa.[f] ibi הַהֹפְכִי idest cõuerſor petræ in ſtagnum aquarum, & ſic in quamplurimis alijs locis pro epitheto ſolent addere hebræi genitiuum Nominis ſubſtantiui ut Pſal.[g] ibi בֶּן עַוְלָה idest filius damni ſeu iniquitatis pro filius iniquus & alibi ſæpe in euangelio filius hominis. Cano. 16

b Geneſ. 49. 12. c Geneſ. 49. 11. d Deut. 33. e Pſal. 113. 6. f Pſalm. 114. 8. g Pſal. 89. 22.

Aliquãdo ſub una voce generali alia ſpecialior eſt ſubintelligenda ut Pſal.[h] ibi unã petij à domino idest unam petitionem.

h Pſal. 27. 4.

Nomina verbalia quæ nõibus latinis initio, Cano. 17

expo-

exponuntur; non ſemper ſignificant actionẽ ſeu operationẽ, ſed rem propter quã talis actio fit, ut in lib. Reg. [a] *ibi reponat tibi dominus ſemen pro petitione quam petiſti ei: & Iob* [b] *ibi, ſicut mercenarius expectat opus ſuum .i. mercedẽ, propter quã operatus eſt, idẽ Hiere.* [c] *opus ipſius nõ dabitur illi, ideſt merces, vti vulgata. Septua. & Targum habent.*

[a] 1. Reg. 2. 20. [b] Iob. 7. [c] Here. 22. 13.

Canon. 18 *Nomina ſubſtantiua tranſeunt in Naturã aduerbiorũ vt Exod.* [d] *ibi ſeruire fecerũt ægyptij filios Iſrael in duritia .i. duriter, & Hiere.* [e] *laborauit populus inaniter; uulgata ad nihilum. Quod etiã fieri ſolet etiã ſi nulla littera nomini ſubſtãtiuo addatur, vt in li. Reg.* [f] *ibi et reſpõdit Rex populo pertinaciter; vulg. dura. Et Eſai.* [g] *ibi abſorpta eſt mors in victoria, ſeu victorioſe præualens, vulgata præcitabit mortem in ſempiternum. Et Eſai.* [h] *ibi inaniter ſeu fruſtra laboraui; In vacuum, habet noſtra vulgata.*

[d] Exod. 1. 13. [e] Hiere. 51. 58. [f] 3. Reg. 12. 13. [g] Eſa. 26 verſ. 8. [h] Eſa. 49 4.

Canon. 19 *Nomina vſurpãtur infinitiue ſeu gerundialiter quando à frõte habent aliquã ex litteris Biclam vt patet Gen.* [i] *ibi* בשח*, quo etiã modo participia præſentis temporis cum dictis litteris accipi ſolẽt, vt in titulis 56. Pſalmorũ; & in Abacuc.* [k] *Itẽ Pſal.* [l] *ibi* לְמַשּׁוּאוֹת*. Et vice ẽt verſa infinitiuus accipitur nominaliter, vt in Eſai.* [m]

[i] Geneſ. 8. [k] Abac. 3. 19. [l] Pſal. 74. 17. [m] Eſai. 30. 29.

Nomina collectiua cum verbis pluralis nu- Ca
a Exod. 8. verſ. 1 *meri cōſtruuntur, vt Exod.*[a] *ibi dimitte populū* no.
b Pſa. 17 44. *meū et ſeruiēt mihi. Idē Pſal.*[b] *ibi populus quē* 19
c Num 20. 29. *nō cognoui ſeruiuit mihi; et Num.*[c] *et viderunt*
tota congregatio, & Pſal.[d] *vniuerſa terra in-*
d Pſal. 66. 4. *curuabunt ſe, et Pſal.*[e] *dicant Domus Aaron.*
e Pſal. 118. 2. *Multa ſunt noīa quæ additione vel ablatio-* Ca
ne litterarū mutāt modum ſignificandi vt דָּם no.
ſanguis אָדָם *homo* אֲדָמָה *terra Rubea; licet ali-* 20
quando litterarum trāſpoſitio ſignificatum mu
tet: Aliquādo etiam ſignificatum eſt idē nomi-
nibus, quorum litteræ ſunt eiuſdē inſtrumenti.

De Canonibus Syntaxis, Verbi Cum Nomine. Cap. III.

ANte verbū ſemper eſt nominatiuus Ca
genere numero, & perſona cum illo no.
f Pſal. 1. 6. *cōueniens, vt in Pſal.*[f] *ibi* דֶּרֶךְ רְשָׁעִים 1.
תֹּאבֵד *iter impiorū peribit, et in Pſal.*
g Pſal. 2. 7. [g] אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *ego hodie genui te. Deficit ali-*
quando in prima & ſecunda perſona nomina-
tiuus, eo quod ſatis perſona innoteſcat vt apud
latinos paßim fit. Et eſt ad huc aduertendum
quod licet præponatur nominatiuus nomini; Ni
hilominus ſcriptura ſacra, eiuſdem nominis ca
ſum poſtea per pronomen affixum reffert, vt in
h Num. 5. ver. 12 *Num.*[h] *ibi vir vir ſi deflexerit vxor eius, ideſt*
cuiuſcun-

cuiuſcunque viri vxor deflexerit. Et in Iob.[a] [a] Iob. 5. 6.
Nox illa occupet eam caligo, ideſt Noctem illã
occupet caligo, & Pſal.[b] *ibi dominus in cælo ſe-* [b] Pſa. 10 ver. 14.
des eius: pro ipſius domini ſedes eſt in cælo, &
Pſal.[c] *cæli ſtabilies veritatẽ tuã cum eis, ideſt* [c] Pſa. 88 3.
ſtabilies fidem tuam cum cælis, ideſt quandiu
cæli ſubſiſtunt. Et idem præponi ſolet nomina-
tiuus pronominis tam ſeparati quam affixi
verbo et ſine vlla ſignificationis neceſſitate, vt [d] Geneſ. 24. 27
in Gen.[d] *Ego in via deduxit me, et in lib. Reg.*[e] [e] 1. Reg. 25. 24.
in me ſit domine mi hæc iniquitas, & Pſal.
[f] *et ego oratio mea ad te: et Eccl.*[g] *ibi et dixi ego* [f] Pſa. 69 14.
in corde meo qualis eſt euentus ſtulti, etiam ego [g] Eccle. 2. 15
eueniet mihi; idẽ obſeruabis apud Eſa.[h] *et Za.* [h] Eſa. c. 28. 17 Zach. 7. 5.

Canon. 2. *Subticentur frequenter in cõtextu ſacro tria*
vocabula, Relatiuum, verbum, ſubſtantiuum.
Articul⁹ caſum indicãs. Vt מִשְׁפָּט צִוִּיתָ *Iudiciũ* Relatiuũ verbũ & articulus ſępe in textu ſacro reticẽtur.
mãdaſti, deeſt, quod שֶׁ *aut* אֲשֶׁר *.i. ꝙ mãdaſti.*
Pſal.[i] בְּנִי אַתָּה *Filius meus tu ſcilicet es; Pſal.*[k]
כִּי הִכִּיתָ אֶת כָּל אֹיְבַי לֶחִי *Quoniã percuſiſti omnes*
inimicos meos maxilla, deeſt in maxilla,
Pſal.[l] *Præterea duplici relatiuo vtitur ſcriptu* [i] Pſa. 7. 7 [k] pſal. 2. 7.
ra vbi unicũ in alijs linguis ſufficeret, ut Gen.[m]
ibi Quia audiuit Deus vocẽ pueri in quo ipſe ibi [l] pſal. 3. 8.
ideſt in loco ubi ipſe ibi. Latini dicerẽt, ubi erat. [m] Gene. 21. 17.
Vide Theſaurum nouiſs. in radice אֲשֶׁר[n] [n] pa 186

Verbũ ſubſtãtiuũ ante, et poſt, nominatiuũ exi Ca
ª Zach. 3.3. *git, ut apud Zach.*ª וִיהוֹשֻׁעַ הָיָה לָבוּשׁ בְּגָדִים צוֹאִים no.
& Ieoſuha erat indutus veſtibus ſordidis. Et 3.
Pronomen aliquando ponitur pro verbo ſubſtãtiuo. *aliquando deſideratur verbum ſubſtantiuum*
ſatis ornatè. Aliquando pronomen הוּא *ipſe &*
הִיא *ipſa; ſupplent, & valent pro verbo ſubſtan-*
tiuo, ut in Pſal.[b] בְּנִי אַתָּה *Filius meus tu, ſcilicet*
ᵇ Pſal. 2. 7. *es: & Geneſ.*[c] הִיא בֵּית לָחֶם *Ipſa Bethlehem ſcili-*
ᶜ Geneſ. 48. 7. *cet. Alia videbis in Theſauro indictio* הוּא

Verbum cum ſuppoſito genere, numero, & Ca
perſona cõcordare debet ut וְהָאָרֶץ הָיְתָה *& terra* no.
ᵈ Geneſ. 1. 3. *fuit:* יְהִי אוֹר *ſit lux Gen.*[d] *Genere diſcordat ali-* 4.
ᵉ 2. Reg. 13. 37. *quando ut in lib. Reg.*[e] *ibi* וַתְּכַל דָּוִד *& luxit Da*
uid, in tertia Fœm. futuri ab אָבַל *luxit. Et in li.*
ᶠ 1. Reg. 25. 27. *Reg.*[f] *& nunc munus hoc, quod* הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *at*
tulit ancilla tua, pro tertia fœminina הֵבִיאָה *ad-*
duxit, aut venire fecit. אָמַר קֹהֶלֶת *Dixit Eccle-*
ᵍ Eccl. 1, 2. *ſiaſtes.*[g] *congregans, Concionans. In his, et ſimi*
libus locutionibus, placet quibuſdam intelligen-
Scriptura magis attẽdit ad rẽ ſignificatã, quã ad vocẽ. *dam eſſe uocem aliquam eiuſdem generis cum*
verbo. Ut luxit ſcilicet anima, Dauidis. Attu-
lit ſeruus nomine meo, quæ ſum ancilla tua. Di
xit vox concionantis: ſcriptura namq;, ad rem
ſignificatam, magis quam ad vocem attendit,
ʰ Cant. 2. 7. *ut Canti.*[h] הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם בְּנוֹת יְרוּשָׁלַיִם אִם תָּעִירוּ
וְאִם תְּעוֹרְרוּ אֶת הָאַהֲבָה *Adiuraui vos filiæ Ie-*

ruſalem

ruſalem ſi ſuſcitaueritis, et ſi euigilare feceritis amorẽ pro תְּעִירְנָה & תְּעוֹרְרְנָה Vulgata: Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capras, ceruoſque camporum, ne ſuſciteteis dilectam donec ipſa velit.

Cano. 5. Aliquando autem verbum & nomen in numero, & perſona non conueniunt, quia ponitur verbum ſingulare, et nomen plurale, aut è contra verbum plurale, & nomen ſingulare: vt in Eſai.[a] ibi de manu dominorum duri, pro durorum, ſeu crudelium, vt vulg. habet. & Zach.[b] & paſtores eius non parcet, pro paſtor. eorum. et ideo vulg. noſtra trãſtulit in plurali dicẽs. Et paſtores eorum non parcebant eis. Item. Aggei.[c] וּבָאוּ חֶמְדַּת כָּל־הַגּוֹיִם Et venient deſiderium ſeu deſideratus, gentium. Geneſ.[d] יְהִי מְאוֹרֹת erit luminaria. vid. quæ ſupra ſcripſimus.[e]

Nomen & verbũ aliquando in numero & perſona non conueniunt.
[a] Eſai. 19. 4.
[b] Zach. 11. 5.
[c] Aggei. 2. 8.
[d] Geneſ. 1. 14.
[e] cap. 2. Cano. 2 exceptione 2.

Solet autẽ id fieri trib⁹ de cauſſis: vel cũ nomẽ ſingulare multitudinẽ ſignificat. Vt apud Iobũ[f] ibi מִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ Numerus annorum reconditi ſunt. Concordat verbum cum poſteriori nomine, ſcilicet annorum. Vel cum ſingulare diſtribui poteſt, vt Ecclеſ.[g] ibi זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ Muſcæ mortis perdit ſuauitatem vnguenti, et tũc diſtribuitur, vt hic pro qualibet muſca mortua. Geneſ.[h] ibi בָּנוֹת צָעֲדָה Filiæ inceſſit, ideſt qualibet filiarum. Eſter.[i] ibi וְקִבֵּל הַיְּהוּדִים & re-

[f] Iob. 15 20.
[g] Eccle. 10. 1.
[h] Geneſ. 49 22.
[i] Eſter. 9 23.

cepit Iudæi. כִּי תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה *cum audierint*
bellum, pro quoduis bellum contingerit.

Vel cum nomen plurale ſingulare ſignificat
a Exod. 21.4. *vt Exod.* [a] אִם אֲדֹנָיו יִתֶּן *Si Domini pro dominus*
b Geneſ. 1.1. *eius dederit, & Gen.* [b] בָּרָא אֱלֹהִים *Creauit Dij,*
c Theſ. col. 30. & 294. & 105. 1791. *pro Deus, id quod notat triadẽ vide Theſau.* [c]

Verbum cõcordat cum proximiori nomine, Ca
vel maſculino, vel fœmineo, vt in Num. [d] *locu* no.
ta ẽ Maria & Aharon. Eſter. [e] וַתִּכְתּוֹב *ſcripſit* 6.
d Num. 12.1. *autem Heſter Regina filia Abiahil, & Mar-*
e Heſt. 9 29. *dochæus, vbi ſcriptura ad Heſterem, & non ad*
Mordochæum refertur.

Pluraſingularia poſtulãt vnũ plurale. *Aliquando duo, vel plura ſingularia poſtu-* Ca
lant, vnum plurale, aliquando etiã plurali voce no.
f Pſal. 27.10. *vtũtur pro ſingulari, vt Pſal.* [f] כִּי אָבִי וְאִמִּי עֲזָבוּנִי 7.
Quoniã pater meus, & mater mea dereliquerunt me. Apud Iob vide idem [g] *ibi intelligite,*
g Iob. 18 2. *& poſtea loquemur ideſt loquar.*

Cũ nota interrogationis ſæpe vtũtur futuro Ca
h 1. Paralip. 21 3. *pro præterito, vt ex li. Paril. cõſtat* [h] *ibi quæret,* no.
pro quærit. Vide Theſa. [i] *et Gen.* [k] מַה תְּבַקֵּשׁ *.i.* 8.
i Theſ. col. 31. & 1341 *quid quæris; et* מֵאַיִן תָּבֹא *vnde venis, vt in Iob.* [l]

Notæ autẽ interrogationis ſolent eſſe; מָה *&*
k Geneſ. 31. מַה *ideſt quid?* כִּי *ideſt quis?* אִם *ſi, vel nunquid?*
l Iob. 1. 7. ה *aut* הֲלֹא *nonne: et nullum alium accentũ, aut*
punctum, interrogandi habent, vt latini, &
Græci,

Græci, vide inferius hoc eodem lib. adnotata. [a]

Ca *Hebræi elegãter vſurpãt præteritũ, loco præte*
no. *riti imperfecti ſubiũctiui, quo ipſi carẽt vt in li.*
9. *Iudi.*[b] *ibi* לו הַחֲיִיתֶם אותָם לא הָרַגְתִּי אֶתְכֶם *Si viue*
re feciſſetis eos nõ interimerẽ vos ꝑ nõ interemi.

Ca *Sex reperiuntur Hebraicæ dictiones, quæ*
no. *cuilibet numero, & generi deſeruiunt, præter in*
10 *finitiua, & gerundia.*

Dictiones ſunt hæc.

ad cuſtodiẽdũ.	Eſt,	Qui,	Quis,	Omnis,	Beatus,
לִשְׁמוֹר	יֵשׁ	*qui* אֲשֶׁר *vel* שֶׁל	מִי	כָּל	אַשְׁרֵי

Ca *Perſona ſecunda imperatiui aliquando ac-*
no. *cipitur pro tertia futuri, vt accipite vobis, ideſt*
11 *accipient, vt apparet ex Exod.*[c] *deuolue ad do*
minum, ideſt deuoluat ad dominum. Imperati
uum vero primæ perſonæ minime conuenit cum
nemo ſibi ipſi imperet. Quibus adiungẽdum eſt
imperatiua maxime in ſcripturis deſeruire præ
ceptis affirmatiuis, vt honora patrem, & reli-
qua: ſicuti futurum præceptis negatiuis deſer-
uit, vt nõ furaberis, et vide Eliam Germanũ,
in oratione ſua & Elem.[d] *Aſſumitur ẽt Impe*
ratiuus pro aduerbio, vt, Vide odor filij mei, in
Gene.[e] *pro ecce odor, & ſimiliter in lib. Reg.*[f]
Vide, ſermones tui boni, et recti, pro, ecce ſermo
nes tui, &c. pro quo V. poſuit Videntur mihi

ſermones

[a] cap. 16.
Præterito imperfecto ſubiunctiui carẽt hebræi.
[b] Iud. 8. 19.
Dictiones cuilibet numero & generi deſeruientes.
Imper. 2. perſone pro 3 futuri aliquãdo accipit.
[c] Exod. 35.
Imperatiuũ nõ cõuenit primæ perſonæ
Imperatiua deſeruiũt præceptis affirmatiu.
[d] 1. orat. 6. Ele.
[e] Geneſ. 27. 27.
[f] 2. Reg. 15. 3.

ſermones tui boni, & iuſti: nō deſunt tamen qui aliter explicent in hunc modum: Ecce cauſæ tuæ ſunt bonæ, & rectæ, quod in effectu cum noſtra V. translatione conſonat: quippe quia דָּבָר *Significat ſermonē, eloquium, et cauſſam, iuxta illud Iob.*[a] *ibi Deum ponā eloquiū meū ſeu cauſā, quo in loco eſt verbum dauar: & idē in Exo.*[b] *& Deut.*[c] *et in Ioſue.*[d] *et in lib. Reg.*[e] *ibi hæc eſt cauſa ob quam leuauit manum ſuam contra Regem, Hic autem canon de Imperatiuo ſumpto pro aduerbio, locum ſibi vendicat etiam ſi idem imperatiuus alijs verbis iungatur, vt Feſtina, exaudi me, ſicut in Pſal.*[f] *ideſt quam citiſsime, & quam Feſtinitāter exaudi me, & in Eſai.*[g] *ibi bene fac pſallendo, ideſt bene cane.*

Imperatiuum etiam pro futuro vſurpant, Ca
vt in lib. Regum.[h] *ibi & mundus eſto, pro, &* no.
mundus eris, et in Eſai.[i] *ibi recede procul à ca* 12
lumnia, pro recedes; conſule Theſaurum[k] *et latius Pagninū lib.*[l] *inſtitutionū.*[m] *ſecundū quē nec Imperatiuus loco præteriti inuenitur, nec præteritū loco Imperatiui. vide Theſ.*[n] *Quæ omnia ad litteralem diuinæ ſcripturæ ſenſum maxime conducunt.*

Imperatiuus pro indicatiuo vſurpatur vt Ca
illud. Fiant filij eius orphani, & Diabolus ſtet no.

à dex- 13

a Iob. 5. 8.
b Exod. 18. 16. & 22.
c Deut. 19. 4.
d Ioſ. 5. 4.
e 3. Reg. 11. 27.
f Pſal. 102. 1.
g Eſa. 23. 16.
h 4. Reg. 5. 10.
i Eſa. 54. 14.
k Theſ. col. 848 & 2706
l Pagni. lib. 3.
m ca. 12 pa. 261.
n pagi. 2013.

Imp. ꝓ Indicatiuo.

à dextris eius Pſal.[a] *ad idẽ vide alium Pſal.*[b] [a] Pſal. 108.6. & 8.
Nunquam tamen venit Imp. poſt aliquam harum dictionum, non, nec, ne forte, niſi, quod, quum, propter, propterea, & his ſimilia vt tradit Elias leuita præcitato elemento ſexto. [b] Pſal. 83. 14. cũ ſeq. Imp. nõ venit poſt aliquas dictiones.

Ca no. 14 *Præteritum omnibus temporibus ante ponitur, et aliquando perfectum, ſeu imperfectum, aliquando pluſquam perfectum tempus deſignat, vt conſtat ex hiſtoria Geneſeos*[c] *ibi Dina, egreſſa eſt ad filias terræ, hoc eſt egrediebatur, & conſuetudinem cum illis habebat. Et iterum ibidem Geneſ.*[d] *adaperuit ei Deus ideſt adaparuerat, & rurſum Geneſ.*[e] *ibi quia virum occidi in vulnere meo, ideſt occidebam; hoc eſt ſi vulnerabat me quiſpiam, occidebam eum. Ponitur etiam præteritum pro futuro, in pleriſque ſcripturæ locis, iuxta illud Iudicum*[f] *ibi quid faciemus de puero qui natus eſt, ideſt qui naſcetur, & in Geneſ.*[g] *ibi dedi ex ea tibi filium pro dabo, & in Pſal.*[h] *Deſiderium animæ eius tribuiſti ei, pro tribues ſeu dabis. Alia exempla videbis apud Pagni.*[i] *& Albert. pighium de eccleſiaſti. Hierchia*[k] *cui addendus eſt Reuerendus Pater Frater Laurentius auillauicentio Auguſtinianus in phraſibus ſacræ ſcripturæ*[l] *Verbo præteritum pro futuro. Præterea*

præte-

[c] Geneſ. 34.1.
[d] Geneſ. 38.7.
[e] Geneſ. 4.14.
[f] Iudic. 13. 8.
[g] Geneſ. 17. 16.
[h] Pſal. 21.3.
[i] Pagni. lib. 3. c. 12. in princi.
[k] hierar. lib. 3. c. 9.
[l] Sacræ ſcriptu. fo. 154.

præteritum uice Imperatiui poni exiſtimãt aliqui, ſed non eſt omnino certum, ut iam ſuperius hoc capite can. 12. aduertimus ex Pagnino.

Ca no. 15

a 2. Reg. 12. 14.

Præteritum pro Makor, ſiue infinitiuo poni ſolet, ut in libris Reg. [a] *ibi blaſphemãdo blaſphemaſti, uel blaſphemare feciſti, & in alijs locis adductis per Pagninum ſuperius citatum.*

Ca no. 16

תמוז *ideſt, Iunius ſignificat idolum, vel incendium, & eſt vocabulum chaldaicum, vel ſyrum, vnde ſyri, et hebræi hunc menſem adonim appellant, propter occiſionem Adonis, quem venus mirum inmodum adamabat, cuius quidẽ occiſio in eo mẽſe facta eſt. Die decimaſeptima eiuſdẽ menſis celebrabãt ieiunium fractarum tabularum, quod vocant ieiunium quartum, ſiue quarti menſis, vt conſtat ex Zach.* [a] 4 Menſis tamutz Ianuarius. Ieiuniũ quarti mẽſis & Ieiuniũ fractarũ tabularũ idem. c. 8. 19

אב*, ideſt Iulius, ſignificat patrem; cuius die nona ieiunium erat quod dicunt Ieiuniũ quinti menſis, propter deſolationem ſanctæ ciuitatis* 5 Menſis Iul.⁹ Au. Ieiuniũ quinti Menſis

a 4.Reg. 25. 1. Ier. 52.3 2.parl. 36.17. *per Nabucdonoſor, tẽpore Sedechiæ Regis Iudæ,*[a] *& ob deſolationẽ factã poſtea à Veſpaſiano, vt videre eſt apud Ioſephum de bello iudaico; quidam autem putant, au, ſignificare Anguſtiã, & afflictionẽ deſolationis, & captiuitatis.*

6 Menſis Auguſt⁹ qui elul eſt. אֱלוּל *ideſt Auguſtus, ſignificat vlulare, ſiue pernoctare, in die etenim 24. huius lunæ ſolent hebræi ſummo mane (vſque ad 10. diẽ ſequentis lunæ) ſurgere ad matutinum, & preces ſuas impias & ſuperſtitioſas dicere, quas* סְלִיחוֹת *ſelichoth dicũt. Sed quid Mirum, ſi (vlulantes ſeu petentes, & non in nomine Ieſu Chriſti vnigeniti filij Dei) nunquam exaudiantur?*

7 Menſis Septem ber qui Tiſri. תִּשְׁרִי *ideſt, September, qui ſignificat tempus iudicij, vide ſyluã allegoriarum. Aliqui putant eſſe octobrem, ſed potius eſt ſeptember. Tiſri autem eſt nomen Chaldaicum à verbo* שְׁרָה *deri-*
b 3. pag. 65. *uatum, vt tradit Maſius in Ioſue*[b] *& non ſo-*
c Leuit. 21.verſ. 1. *lum iuxta Chaldæos ſignificat initium, ſed etiã indulgentiam, & remiſsionem, vt exponitur, ſuper illud Leuit.*[c] *Dic ſacerdotibus.* אֱמוֹר אֶל הַכֹּהֲנִים וְגוֹמֶר תִּשְׁרֵי כְּתִיב שֶׁתִּשְׁרֵי וְתִשְׁבּוֹק לְחוֹבֵינָן *ideſt, Dic ſacerdotibus etcæt. Tiſri ſcriptum eſt, quoniam diſſolues, & parces peccatis noſtris, ſic etiam exponit R. Elia Leuita in ſuo Tisbi* תִּשְׁרִי הוּא מִלְּשׁוֹן תִּשְׁרֵי וְתִמְחוֹל לָנוּ חוֹבוֹתֵינוּ׃ *hoc eſt*

Tiſri

Tiſri eſt deriuatum, ex lingua, hoc eſt ex ſignificatione, dimittes, et parces nobis debita noſtra, hoc eſt parce peccatis noſtris. Ab hoc menſe quē, creationis principiū fuiſſe exiſtimāt, omniū temporum rationē ſupputāt, et Iubilæi, ac anni ſeptimi vti refert, Andræas Maßius in Ioſuam.[a] *Prima tamē dies lunæ eſt feſtum tubarum, & buccinarum in memoriā Iſacci liberationis, & arietis immolationis. Decima vero die eſt ieiunium expiationum, quādo magnus ſacerdos, vel Pontifex Maximus introibat in Sancta Sanctorum, quod erat ſemel in anno. Quintadecima die erat feſtum tabernaculorum, in memoriā Aegyptiacæ liberationis. Et 21.* עֲרָבָה, *ideſt feſtum ſalicum. In 22. eſt cætus, in quo colligebantur pecuniæ pro ſacrificijs.*

a cap. 4. pag. 76.

8 Menſis October qui marcheſuan

מַרְחֶשְׁוָן, ideſt October, ſignificat cogitationē, vel eruditionem, hebraicæ autē dicitur בול, *ideſt Germē, in hoc mēſe nullum celebrabatur feſtū.*

9 Menſis Nouember, qui chiſleu.

כִּסְלֵיו, ideſt Nouember, ſignificat ſpem, vel fiduciam. In hoc mēſe celebrabant Feſtum, quod dicitur dedicatio, ob memoriam illius dedicationis, & renouationis templi factæ tempore Machabæorum,[b] *vt videre eſt apud Ioſephum de bello iudaico. Celebrabatur autem hoc feſtum 25. menſis, in quo ſolent hodie he-*

b 1. Machab. 4.

bræi cæci & duces cæcorum in prima nocte incendere duo lumina, in ſecunda nocte tria, in tertia quatuor, & ſic vſque ad nouem dies. Et tandem in tenebris remanent.

10 [Menſis Decembris qui teneth] *טֵבֵת, ideſt Decēber, ſeu bonus, vel bonitas. In hoc menſe eſt ieiuniū, quod dicitur צום הָעֲשִׂירִי hoc eſt ieiunium decimi menſis, quod celebrant ob memoriam Ieroſolymitanæ obſidionis factæ à Nabucdonoſor*[a] *Rege.*

[a 4. Reg. 25. 1 Ier. 52. 3]

11 Januari⁹ Menſis qui ſceuat. *שְׁבָט Ianuarius, ſignificat virgam, vel baculum, aut ſceptrum, tribum, & familiam; In cuius 13. die eſt caput anni arborum.*

12 Februarius Mēſis qui Adar. *אֲדָר Februarius, ideſt decor, pulchritudo. Die tertiadecima eſt Ieiunium Eſtheris: in quartadecima & quintadecima celebrant epulationes, & conuiuia, quæ dicuntur פוּרִים ſortes, à verbo פור ob memoriam liberationis illius iniquæ ſortis, quam Aſſuerus,*[b] *& Haman ad trucidandum populum hebræorum miſerant: huic menſi addere ſolent tertio quoq; anno alterum intercalarē, vt ſolis curſui annus ipſorum lunaris conueniat quem appellant veadar, de quo lilius Gyrald⁹ de Annis.*[c] *Accedit prædictis doctus et diligens Genebrardus,*[d] *vbi probat quod licet menſes eſſent lunares, Anni tamen erāt Solares & non Lunares: quæ ſententia comuni*

[b Eſt 3. verſ. Eſt 9. verſ.]

[c tom. 2. pa. 3. 58 in fine & eiuſdē. 356.]

[d lib. 2. ſuæ chronologiæ pa. 180.]

omnium

omniũ traditioni refragatur. Sed tamẽ admit tit debet. Haſce autem feſtiuitates hebræorum per ſingulos menſes diſtributas, quas omnes miſtice explicat Origenes lib. Num.[a] *cõmemorauimus ad maiorem ſcripturæ elucidationem, nõ vero vt credat aliquis eas, nunc temporis virtute veteris legis obſeruari poſſe, cum penitus abrrogatæ ſint. Mutato etenim per legem euangelicam interiori Dei cultu, exterior etiam veteris eiuſdẽ legis mutatus plane remanſit. Qua de cauſa Diuus Paulus,*[b] *ad Coloſſenſes, nemo vos iudicet, inquit, in cibo & potu, aut in parte diei feſti, aut Neomaniæ, aut ſabbati, quæ ſunt vmbra futurorum: Hoc eſt nemo vos, iudicet aut condẽnet ob neglectũ Iudaiſmũ, cum vmbram, præſente corpore tenere minime liceat. Quod argumẽtũ late proſequitur D. Tho.*[c] *& poſt ſcotum noſtrum, Auguſti. Hieronymum et Domi. Sottum, fuſe ſatis Reuerendus admodũ Magiſter & Pater Medina, ex D. Dominici ſacro ſodalitio Salmãticenſis olim primarius.*[d] *Hæc de Menſibus ſufficiant.*

[a] li. Nu. cap. 28. hom. 23 tom. 1.

[b] cap. 2. verſ. 6.

[c] 1. 2. q. 103. art. 3. & ſeq.

[d] in commẽtarijs ad 1. 2. d. art. 3. cũ ſeqq.

Finis Libri Octaui.

PRAE-

PRAESTANTISSIMI AC eruditiſſimi Doctoris Thomæ Correa, Luſitani; præclari Romanæ Sapientiæ Gymnaſij, Digniſſimi Profeſſoris, Oratio ibidem habita.

De Antiquitate, Dignitateq́ Poeſis & Poetarum differentia.

Ad Reuerendum admodum P. F. Ludouicum S. Franciſci Luſitanum Olyſipponenſem Minoritanum, Prouin. S. Iacobi Regul. Obſ.

PEtis Religioſiſſime Pater, & iam quaſi tuo iure exigis, quod tibi deberi merito aſſeris. Nam cum ad auditores meos III. Nonas Nouembris in Romano Gymnaſio, quid de Poeticæ generibus ſentirem, expoſuiſſem; felici quodam meo euentu magis, quam quod in rem tuam eſſe putares, ad cohoneſtandum hominem tibi de nomine ſolum notum accurriſti: interfuiſti rudi, & impolito ſermone, prælectionem quandam pronunciãti, vt tuam humanitatem indicares, poſtulaſti vt tibi eadem ſcriptis traderem. Diſtuli quoad potui; ſubterfugi quantum aut mea modeſtia, aut tua grauitas tulit. Nunc cum quaſi tabellis obſignatis agas mecum, ſtandum mihi promiſſis neceſſe eſſe video, ſi ab officio diſcedere nolo. Sed (heus tu mi Pater) non iſthæc ad antiquæ eloquentiæ leges exigas, vnde emanent, etiam atque etiam vide. Nam (etſi inuitus, fatebor tamen) is ſum, qui etſi ardenti ſtudio, & inflammato deſiderio ad eloquentiam contendam, uix in tabulas ciuitatis Romanæ irrepere, & nomẽ ſuffurari poſſum; vt ſi tenui, & abiecto ſtilo rem perpendas iniuriam arti nobiliſſimæ facias, qui dicentis oratione potius, quàm rei dignitate iſta examines. Poſtrepam tamen tuis auribus, & ne abijcere pudorem uidear, ero bene & gnauiter impudens, qui ſus Mineruam. Sed tu ita poſtulas. At quid ego tibi petenti, vel etiam efflagitãti, vel

vel amicitiæ iura obteſtanti denegem? Agam igitur pene eiſdem verbis, quibus de tota poetica tum diſſerui, & agam morem gerendi magis ſtudio quam quod noua tibi, aut inaudita, aut tua doctrina multiplici & varia, digna me poſſe proferre ſperem. Eſt poetica dignitate maior, quam homines opinantur, nobilitate, aut omnibus artibus par, & æqualis, aut ſi recte ratiocinemur, omnium artium præſtantiam iure ſuo complectitur. Nam poetica fuit antiquiſſima, & prima philoſophia, vt quos Dei vocem audiuiſſe, abdita, & recondita diuino inſtinctu ceteris indicaſſe accepimus, eoſdem ſtudio poeticæ deditos fuiſſe fateamur. Illa enim multa a populari intelligentia remota ita comprehendit, vt quibuſdam integumentis, & inuolucris hominum animos a rerum abiectarum curis euehat, ad egregios mores, veram religionem, excellentem doctrinam, diuinam cognitionem transferat. Nam cum numero ſenſa mentis efferre doceat, numerus vero ordinẽ ſpectet, ordo ab vno Deo promanet, a Deo hominibus conceſſam fuiſſe poeticam omnes veteres cenſuerunt. Neque enim poetarũ nomen in eos quadrat qui importuna, & odioſa garrulitate ita paſſim perſtrepunt recitandis inconditis verſibus, vt vel in numero carminum, vel in facilitate componendi poeticæ excellentiam ineſſe exiſtiment. Hominum inſcitia fit, vt res humiles, & abiectæ preclare ſæpenumero exiſtimentur; excellentes, & egregiæ parui pendantur, qui cum ex ipſorum ingenio ceterorum ſtudia metiantur, quæ ipſis obſcura, abdita, reconditaque ſunt eadem ceteris ita videri opinantur: & quæ ipſi neque aſſequuntur, neq; intelligunt, ea ceteros ignorare, arbitrantur. Diuinus Plato poetas uocat ἑρμηνέας & ὑπηρέτας hoc eſt Deorum, miniſtros, & interpretes, quod illa myſteria, & arcana poetarum inuolucris inuoluta per poetas hominum generi indicata, non niſi quædam ſalutaria oracula ſint iudicanda. Vt ſi longius in omnẽ antiquitatem proſpicere uelimus omnem veterum philoſophiã Orpheo, Thaleti, Mileſio, Xenophani, Parmenidi, Periandro, Pitaco, Cleobulo, Phocylidi, Pythagoræ, Mimnermo, ceteriſque antiquiſſimis poetis acceptam ferre debeamus. Nam illi ne communis omnibus eſſet res tanta, ac tam eximia tectis, & occultis fabularum technis omnia obuallarunt, & inuoluerunt, vt ſub ea forma, & ſpecie res eximiæ deliteſcerent, quæ remotis figmentis ad omnes virtutes homines informarent. Non fuerunt tam amẽtes, quos omnis antiquitas ſapientiſſimos iudicauit, vt Sirenes fuiſſe aliquando, Harpias, Hydram, Porcum Erymanthium, Nemæum Leonem, & alia id generis exiſtimarẽt: voluptates illecebrarum lenocinijs, homines remorari, vitia omnia inficere, ſen-

Poeſis Antiquitas.

pere

pere latius peccãdi conſuetudinem, ad omnem turpitudinẽ procliuem eſſe hominum naturã indicare voluerunt. Sed ingrederer in campum latiſſimũ, in quo excurrere, & euagari poſſet oratio, vix vt vllum exitum inueniret, ſi poetarum inſtitutum perſequi, myſteria aperire, arcana omnia euoluere vellem. Nonnulla tamen de poeticæ generibus ita perſtringuam, vt ad optimam diſciplinam illi ſeſe dare intelligant, qui poeticam amplectuntur. Res erit hauſta ex altiſſimis Platonis, Procliq; fontibus, digna auribus eruditis, omnibus vtilis, & iucunda (vt ſpero) futura. Triplex eſt animi humani vita in hoc corpore hebeti, & tardo commorantis. Vna prima, & ſumma, altera vltima, & extrema, tertia inter vtranq; interiecta, & media. Prima cæleſtis eſt, planeq; diuina, extrema hominibus cum beſtijs communis, media humana ideſt propria hominum, cum ad beſtias pertinere non poſſit. Prima, & præſtãtiſſima animi vita eſt, cum ille abſtractus à ſenſibus corporis, & alijs omnibus facultatibus inferioribus, auocatus ab humana ratione, cõſilio, & prudẽtia, copulatur cum Deo, & degit vitam quandam illius cognitioni proximam, & ob ſummam ſimilitudinem propè eamdem: totuſq; à diuino nutu, atque præſcripto regitur, temperatur, fingitur. Itaque iam non idem ipſe viuere, ſed in ipſo vnus viuere videtur Deus. Meminiſtis illam D. Pauli. [a] vocem: Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Peruenerat ille videlicet ad hoc ſupremum vitæ genus, vt nihil iam omnino retineret ſuum, nihil in eo, niſi numẽ diuinum cerneretur. Hoc modo qui viuunt non ſunt iam ſui iuris, ac mancipij, ſed toti permiſſi & traditi diuinæ poteſtati, & quod agunt, non tam ipſi agere videntur, quàm per ipſos Deus, cuius inſtinctum ſequuntur ducem. Egregie Chriſtus Opt. Max. hanc egregię vitæ, excellẽtiſq; vim declaraſſe, & expreſsiſſe [b] D. Petro videtur, cum dixit; quandiu quidem iunior fuiſſet, ipſum ſe cingere ſolitum, & ire licuiſſe quo liberet, cum autem ſenuiſſet, futurum vt extẽderet ipſe manus ſuas ſe ſeque prębere, vt ab alio cingeretur, & duceretur, quo minime fortaſſe vellet. Hæc nobiliſſima vita excitat, erigitq; animum humanum ad quandã omni ratione ſuperiorem coniunctionem planę ſimplicis naturæ diuinæ, & ſimile cum ſimili componit, lumen animi cum diuino lumine, cum eo, quod eſt ſupra omnem naturam. Altera vero vita ſuperiore cũ dignitate, tum vi, & poteſtate inferior, media in medio animo ſita, eſt, cum animus ab illa cæleſti, & diuina vita quaſi diſcedens, paululumq; ab illa mirabili numinis coniũctione ſemotus ad ſe ipſum redit, & mentem, ac ſcientiã proponit quaſi magiſtram, & dominam functioni munerũ ſuorum, vt quidquid fiat,

Poeticæ genera.

Triplex vita.

[a] Paul ad Gala. 2.20.

[b] Ioa. 21 18

fiat

fiat ex præſcripto rationis. Hac vita qui fruitur animus, multa cõmentatur, multa animo, & cogitatione pertractat, intuetur varias formarum commutationes, imitando effingere conatur; quippe qui vnam, & ſimplicem eorum, quæ ſola cogitatione cernitur, naturam comprehendat. Quæ cum inter omnes animantes ſint propria hominum, merito hanc mediam vitam appellamus humanam. Extrema tandem vita ſuperioribus longe obſcurior eſt; cum animus ab arce illa rationis quaſi delapſus inferioribus animi facultatibus ſe coniungit, cum illiſque conſpirans vnà munere ſuo fungitur, viſionibus, quas φαντασίας Græci vocant, & ſenſibus ratione carentibus ad id vtens: quæ cum in animantibus cęteris reperiantur, nec ſint propria hominum, vere vitam hanc nobis cum beſtijs communem eſſe diximus, quæ rebus omnino deterioribus referta, & cumulata eſt. Cum igitur in animis hęc triplex vitæ forma ſpectetur, eodem ordine poeticæ conſtituitur partitio. Nam poetica, vt multiformes, & diuerſę animorum vitæ, a ſummo profecta, diſtribuitur in varia genera functionis. Primum, medium, extremum. Prima poetica ſumma, & pręſtantiſſi plena eſt diuinorum bonorum. Eſt autem illa furor quidam diuinus, hominibus afflatus, mentis ſanitate præſtantior, qui diuina conuenientia animum cæleſti numine afflatum complet. Nam vt ex diuina veritate exiſtit diuinatio, qua interdum homines diuino beneficio quid ſit futurum & præuident & prædicunt; a pulchritudine autẽ, & illa mirabili quaſi ſpecie diuinę naturę diriuatur amor ille excellens, quo inflammati multi facile & honores & imperia, & rei familiaris iacturam, & corporis dolores, acerbiſſimoſque cruciatus, mortem denique ipſam contempſerunt: ſic ab admiranda omnem cogitationem vincente conuenientia, & quaſi conſenſu illo diuino poeticam hanc pręſtantem oriri intelligimus. Cum enim nihil ſit tam vndique quaſi commenſum, nec tam conueniens, nec tam ex omni parte conſentiens, & conſonans, quam Deus; immittitur hominibus ab illo furor, quo aliquam illius tantę conuenientiæ partem aſſequi poſſint imitando. Hinc verſus, hinc numeri poetici extiterunt: quibus poetica diuina ſui muneris extremas functiones adornauit, quorum in concentu, & longitudinum omnium, ac breuitatum conſenſione mirifica non exigua videtur elucere ſimilitudo conuenientię diuinę. Hæc pręſtans, diuinaque poetica Deo rerum auctore complet animum, & mirabili quadam coniunctione & abdita, copulat quod completur cum eo, quod complet atque animum quidem ſine vlla materia, & ſine tactu ſub Dei ſubdit poteſtatem, vt illuſtretur. Deum autem inuitat,

Poeticæ partitio iuxta triplicẽ vitę formã

Diuina cõueniẽtia.

Diuinatio ex diuina veritate.

Amor excellẽs

Deus

&

& allicit, vt cum animo ſe præbente communicet lucem ſuam confluentibusq; fiſtulis ignis perennis opera, ex oraculo componit. Hæc communi quodam vinculo nectit quod participat, cum eo vnde participat, & quædam vnum ex vtroque faciente miſtura, quod deterius eſt, in id, quod eſt potius transfundit, efficitq; vt id ſolum, quod eſt diuinius munere fungatur ſuo, inferiore parte cedente, & in ea, quæ potior eſt occultante vim ſuam, vt nihil fere iam in animo cernatur, niſi cæleſte, atque diuinum. Audi modo quid Plato ſcriptum fecerit de hoc genere poeticę. Socrates in Phędro poſtquam de diuinatione, & de amore duobus furoribus verba fecit. Tertia, inquit, eſt à Muſis profecta mentis occupatio, & furor, qui nactus mollem, & tenerum animum, & inacceſſum eum concitat, & à mente conſilioque deducit, & tum cantu, tum cęteris poeſeos partibus exornans ſexcenta phyſicorum facta erudit, & inſtituit poſteros.

Socrates de poetica explicatur.

His ille paucis verbis omnē prope vim excellentis, diuinæq; poeticæ breuiter expreſſit, quæ diligentius explanare libet. Primum explicat pręcipuam cauſam efficientem huius poeticæ diuinæ, quam, ait, eſſe Muſarum donum: quibus verbis, ſiue Muſas omnino Deas eſſe credidit, ſiue cum vulgo loquens vim tātum ſignificare voluit, numenq; diuinum, certe cęleſti munere hanc poeticam hominibus dari declarauit. Nam Deus, vt rebus cæteris à ſe perfectis tribuit concentum quemdam, & numeroſas dimenſiones, ſic etiam in animis a ſe occupatis gignit illam poeticam diuinam, in qua elucet veſtigium quoddam non obſcurum illius conſenſionis, & conuenientiæ diuinæ. Deinde mētis occupationē, & furorem vocat; omnis vero uis eius, qui illuſtratur, poſita eſt in præſentia diuina; quod autem illuſtratur ſe præbet impulſionibus inde profectis, à ſuiſq; moribus alienatū, & abſtractum ſubiectum eſt numinis diuini, & ſui ſimilis effectionis, & ideo vocat mentis occupationem, qua Deus occupat, & in ſua poteſtate habet omnino quæ impelluntur, furorem autem nominat, quoniā aufert à ſuis functionibus, & ad ſuā vim transfert, quæ illuſtrantur. Tum docet illum animum, qui ſit à numine cæleſti occupandum, cum tenerum ac mollem, tum alte exaggeratum, erectum, & inacceſſum eſſe oportere. Animus enim durus, & nihil cedēs, omnemq; vim, & impreſſionem ſoliditate reijciens, nec ſe facile præbens illuſtrationi diuinę, aduerſatur maxime inſtinctui diuino mentē occupare conanti. Nam ſui iuris magis eſt, quam eius qui illuſtrat, nec facile illius munere, ac dono figurari, cōformariq; poteſt. Mens porro ab alijs cuiuſque generis opinionibus occupata, & varijs, atq; alienis cogitationibus à diuinitate diſtincta

Poeticæ diuinę viſ.

numinis

numinis afflatum obſcurat, & obruit propterea quod cũ impreſſionibus illius, coniungit propria vitę munia, ſuasq; functiones. Quare neceſſe eſt vtrumq; iam antea habere illum animum, qui ſit futurus in Dei poteſtate, vtq; mollis, tenerq; ſit, altus atque inacceſſus. Mollitudine namq; facile poterit accipere diuinas impreſſiones, illisq; penitus conformabitur: altitudine autẽ ſic erit ab alijs rebus alienus, vt ijs affici aut cõmutari nequeat; cum neq; eas accipere valeat, nec cum illis commiſceri. Mollitudine facile ad meliora flectitur, altitudine difficiliter ad deteriora abijcitur.

Animus diuinis illuſtrandus qualis eſſe debeat.

Exponit poſtea munus, & officium: excitat, inquit, à mente, conſilioq; ſeducit. Hic communis eſt animi facilis, & prompti inſtinctuſq; diuini effectus furoris. Eius, inquã, quod illuſtrat, & eius, quod illuſtratur; illius quidem ſuperne impellentis, & mouentis, huius autem ſe prębentis ad accipiendum illius donum. Eſt autem concitatio quædam, & contentio minime flexibilis, & conuerſio ad diuinum numen. Tandem finem extremũ, ait, eſſe, ornare præclara veterum facinora, & illis erudire poſteros. Exquo perſpicitur, & humana perfectiora, & illuſtriora fieri diuinis; & ex hoc genere poeticæ veram diſciplinã, & inſtitutionẽ exiſtere, ſiquis ei ſit audiens dicto; Multumq; abeſſe vt ille diuinus philoſophus adimat poeticæ vim erudiendi, & inſtituendi.

Poetica verã diſciplin. & inſtitutionẽ dat.

In hoc genere poeticæ verſati ſunt omnes fere illi ſacri vates, quorum monumenta in ſacris litteris habemus, qui partim futura multa prędixerunt; partim de Deo, rebuſq; celeſtibus multa mortalibus aperuerunt: partim excellentia facta exornarunt; partim monitis diuinis ad religionem, cæteraſq; virtutes adhortati ſunt, partim à vitijs deterruerunt. Quæ omnia illi afflati, & inſtincti cęleſti numine fecerunt, & merito, ad hoc primum poeticæ genus referuntur.

Vates ſacri ad primum poeticę genus referũtur.

Quorum verſus qui paulo attentius legerit, facile Græcorũ, & Latinorum carminibus anteponet. Quid enim illuſtrius, quid grauꝰ, quid ornatius fieri poteſt illo carmine, quod de internicione Aegyptiorũ Moſes conſcripſit? Aut illo, quod idem vates cõpoſuit ad exprobranda ingrato populo beneficia diuina? Quid porro tam ſplendidũ, tam magnificũ, tam admirabile, quã carmina Dauidis? Nec vero de magnitudine rerũ, & diuinitate loquor, quibus nullum Gręcũ, aut Latinũ poetam cum illo conferendũ omnes fatebuntur. De ipſo genere eloquendi loquor. Ita verbis abundat, ita creber eſt rerum frequentia, vt nihil nec copioſius, nec breuius fingi poſſe videatur. Tam ſępe verba transfert, & immutat, & omnibus alijs vtitur tropis, vt nihil dulcius eſſe credas. Verborum autem, ſentẽtiarumq; luminibus, & quaſi inſignibus ita totum diſtinguit carmen, vt omnia Rhetorum myrotecia ad

Carmina prophetarũ alijs anteponenda.

a Exod. 15.1.

ſcribendam

ſcribendum contuliſſe exiſtimet, qui legat. Declarat hoc interpretatio Latina, quæ licet verſum non efficiat & modicam ornamentorum partem retineat, tamen neſcio quid pręfert amplitudinis, & dignitatis. Atque vt cętera prętercam, quid grandius excogitari poteſt, quam quod ille vates excellens quodam loco de ſolis conuerſione ſcripſit? Exultauit vt gygas ad correndam viam etcę. Quid vberius, quid plenius, quid grauius illo carmine, quod ille ad commendandam vim, poteſtatemq; diuinam, ex eorum quę Deus fecit magnitudine compoſuit? quibus ſi quis adderet, & ſplendorem verborum, & verſus, & numeri ſuauitatem, quam habet Hebræorum ſermone; aut potius ſi idem ille vates egregius, ac diuinus, vt illa quondam ſuo ſermone compoſuit, ſic nunc Latino, Græcoq; ſermone eodem ſpiritu afflatus interpretaretur, cęderent Homeri, Virgilij, Pindari, Horatij; omnes Græci Latinique poetę ſe victos, & longo internallo relictos faterentur. Hi vere ſunt interpretes Dei per quos ille hominibus, & res multas penitus abditas, & quid fieri vellet, denunciauit. Hi ſunt parentes ſapientię, per quos diuinæ ſapientię lumen omnibus gentibus illuxit, hi ſunt plane expediti, & leues, & volucres, & ſacri, qui cæleſti commendati dono ex fontibus diuinitatis melle fluentibus, & ex illis amœnitatis cæleſtis hortis, & ſaltibus carmina, & concentus ad nos detulerunt: hi numine diuino tanquam vi magnetis attracti multos ipſi ad ſe traxerunt, & quotidie trahunt, ac veluti quadam longa, & apta catena cõnexi pendent ex Deo: hi multa facinora præſtantium virorum ad homines inſtituendos exornarunt: ab horum diuinitate, adoleſcẽtuli, & in doctí remouendi ſunt; horum ſententiæ multis velut integumentis inuolutæ explicandæ ſunt, vt qui inſtituuntur latentem veritatem conſequantur. Antiqui vero & Græci, & Latini nullum huius generis poetam proferre poſſunt. Nemo enim Græcorum, aut Latinorum veterum, inſtinctu diuino ſcripſit: verum vt in ſumma religionis multum illi à veritate aberrauerunt, & neſcio quæ Deorum monſtra venerabantur: ſic in eo non mediocriter errarunt, qui poetas quoſdam diuino numine afflatos carmina ſua de diuinis rebus edidiſſe crediderunt. Primum enim ſibyllę multæ floruerunt, de quibus Lactantius, [a] quas Apollinis inflatu futura prędixiſſe arbitrati ſunt, cum eius eſſent ſacerdotes. Deſcribit rem totam elegantiſſime Virgilius in vna Sibylla Cumana in vi. Verum vt Apollo non erat Deus, ſic Sibyllæ non Deorum, ſed malorum dæmonum inſtinctu loquebantur. Declarat id Magnus Conſtantinus [b] in oratione, quam Romæ habuit pro religione Chriſtiana. Libri Sibillini, qui Romæ in Capitolio aſſerua-

Marginalia: Pſal. 18. 6. — Diuini poetę & interpretes Dei qui. — Poetę veteres quales. — Sibyllę multę. — [a] lib. 6. cap. 6. — [b] v. d. Euſeb. de Cõſtãti. oratione c. 18. pa. 310.

aſſeruabantur, pleni erant ſuperſtitionum. Quę ſi plena ſunt erroris, nefas eſt carmina ab ijs tradita diuino inſtinctu compoſita ſuſpicari. Nam quod aliqua de Chriſto quidpiam vaticinata ſit, vt de Herythræa tradit D. Aug. [a] id numini diuino tribuo. Cum enim illa caſte virginitatem cuſtodiret, Deus vt eſt bonus, & munificus, eam hoc honere afficiendam eſſe ſtatuit, vt aliquando de liberatore hominum vaticinaretur. Orphei prętcrea, & Homeri hymnos ad hoc genus referebant antiqui, quos tamen erroris refertos eſſe videmus, nec diuino numini tribuendos. Huiuſmodi ſunt ceteri, quos veteres ignari veræ religionis in hoc genere verſatos eſſe putarunt. Sed aliud eorum peccatum grauius eſſe video. Nam quod paucorum poetarum eſt proprium, id illi ad omnes poetas tranſtulerunt, vt nullum eſſe dicerent, qui non diuinitus ad carmen componendum concitaretur. Hinc illa vox Naſonis.

a De ciuitate Dei lib. 18. cap. 23.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.
Et ſacri vates, & Diuum cura vocamur,
Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Et alibi.

Impetus hic ſacrę ſemina mentis habet.

Hinc illa Ciceronis pro A. Licinio Archia poeta ſentẽtia, Cęterũ rerũ ſtudia, & doctrina, & præceptis, & arte conſtare; poetam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi diuino quodã ſpiritu afflari, iure Ennium ſanctos appellaſſe poetas, quod quaſi diuino aliquo dono, & munere commendati nobis eſſe videantur. Scilicet nihil aliud reliquum erat, niſi vt in animos imperitorum, & flagitioſorum cęleſte numen illaberetur. Ab hoc errore alius magis ridiculus profluxit vt qui bonus eſſet futurus poeta, eum furioſum, inſanum, & amantem eſſe oporteret, quem facete Horatius in arte poetica irridet.

Poetam natura cõſtare, alia ſtudia doctrina & arte.

Poetas ſanctos Ennius appellauit.

Ingenium miſera quia fortunatius arte
Credidit, excluſit ſanos Helicone poetas
Democritus, bona pars non vngues ponere curat,
Non barbam, ſecreta petit loca, balnea vitat.
Nanciſcetur enim pretium, nomenq; poetæ,
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licinio commiſerit

Vlterius etiam ſunt errore progreſſi, atq; eo demẽtię deuenerũt, vt dicerent poeticam vim, & furorẽ à vino promanare, vt nõ afflatu diuino componere putarentur, ſed multo vino completi, & ſa

curi ad carmen excitarentur. Vnde Horatius Epiſtola prima libri primi ad mecænatem.

Priſco ſi credas Mecęnas docte Cratino
Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt
Quæ ſcribuntur aqua potoribus, vt male ſanos
Aſcripſit Liber Satyris, Fauniſque poetas.
Vina fere dulces oluerunt mane Camænæ
Laudibus arguitur vini, vinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater, nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda, forum, putealq; Libonis
Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeueris.
Hoc ſimul edixit non ceſſauere poetæ
Nocturno certare mero, putere diurno.

Sed nec Democritus, nec Plato, aut alij viri ſapientes aliquo naturæ morbo, & vitio furere poetam, & inſanire voluerunt, vereque ſcripſit Horatius ſcribendi recte, ſapere eſt & principiũ, & fons. Sed naturalem quemdam animi impetum, & celeres ingenij motus, omnibus poetis neceſſarios eſſe. Qui vero ita inſanit inter ſanos, in vincula potius conijciendus eſt, quam in numerum bonorum poetarum, referendus videatur. Quod ſi diuino inſtinctu ita furit, omnes ita furere multo eſſe ſatius confitebuntur, quam ſapere. Sed quia vulgus nomen omnibus aſcripſit, inde factum eſt, vt poetæ etiam vates dicerentur, cum id nomen ſolum eorum eſſet, qui res futuras prædicerent. Altera poeticæ ſpecies multis partibus inferior, habet ſtatum ſuum definitum intelligendi habitu: cognoſcit naturam rerum, & honeſte factis, & dictis delectatur, & res in numerum includit. Multa eiuſmodi bonorum poetarum monumenta memorantur admonitis & conſilijs optimis referta, & ad uirtutum communionem vocantia omnes bona præditos natura. Talia fuerunt carmina Tyrtæi, Theogridis ſiculi, Empedoclis, Nicandri, Lucretij Cari. Tertia demũ, & extrema forma poeticæ lõge ſuperioribus inferior, obſcurior, & ignobilior, opinionibus, & viſionibus coniuncta eſt. Hæc imitatione perficitur; neque eſt, aut dicitur eſſe aliud, quam quædã concitatio. De hoc extremo genere Ariſt. ars poetica eſt conſcripta, & Horatij magna ex parte. Imitatio quædam vera & recta quę talem vnamquamque rem effingit, qualis ipſa eſt; altera ſimulata, & ficta vnamquamque rem exprimit, non qualis ipſa eſt, ſed qualis videtur, aut multitudini videri poteſt. Hinc exiſtit vna forma poeticę, quæ veris de rebus opinionibus nixa eſt, & germana

Vates & poetæ differũt.

Poeticæ ſecunda ſpecies.

Poeticæ tertia ſpecies.

manam illarum, & expreſſam ſimilitudinem proponens tota ad imitationem veritatis accommodatur. Altera, quæ ſequens id tantum quod videtur, & apparet, non ſimilitudinem veram, ſed quamdam ſimulatam ſpeciem ſimilitudinis ante oculos ponit, ac tota ad voluptatem comparatur. Illa nihil immutat imitando, hęc ad ingentem magnitudinem extollit exigua mala, auditores verborum genere & concentus varietate recreat, commutat animos hominum, & naturam rerum, quia non quales ſunt, ſed quales videri poſſunt effingit imitando, cum ſit adumbratio quædam, non ſubtilis rerum cognitio. Hæc tria genera poeticę reperiuntur apud Platonem: Primum furoris diuini, ſecundum ſcientiæ, tertium imitationis. De primo multa tum in Phædro, tum in Ione, de ſecundo in lib. de legibus, & in Alcybiade, de tertio in lib. de rep. Primum, ac ſecundum genus non approbat modo Plato, verum etiam mirifice commendat: tertij generis priorem partem non improbat, poſteriorem reprehendit in decimo de Rep. & à ſua ciuitate penitus excludit. Primi & ſecundi generis finis eſt hominum inſtitutio, Tertij generis finis eſt voluptas. Hæc mi Pater, aut ijs non diſſimilia ſunt, quæ ego ad auditores meos retuli tunc, cum de generibus poeticæ verba facerem, quę ſi tibi meliora factitanti probantur, efficis, vt non iniuria hęc ex veteribus deprompſiſſe pęniteat, cũ te arbitro digna eſſe videantur, quę poeticam amantibus proponantur. Tu altius euolas, & fortaſſe etiam primo genere præſtantius aliquid & diuinius meditaris, nos eo potiora à te expectamus, quo facilius vobis diuina rimantibus licet abdita, & recondita in vulgus proferre, quã nobis mente, & cogitatione comprehendere. Sed memineris me hæc obſequendi ſtudio, & morem gerendi deſiderio repetiuiſſe, non oſtentandi ingenij cauſa omnia ergo æquibonique, conſules.

LIRER NONVS
DE POESI HE-BRÆORVM.

De Origine, & antiquitate Poeſis Hebræorum. Cap. I.

DE Priſca, & recentiori Hebræorum poeſi, cum antiquiores magiſtri rara, & perpauca documenta tradiderint: placuit hoc in libro aliqua colligere, & coacervare quæ quidẽ ſtudioſorum ingenijs & deſiderijs quoquo modo ſatisfaciant. Quæ in re eſt
Poeſis vnde deriuatur. *primum aduertendum; Poeſim ab Elia Leuita illo ſuo Teſbi piut* פִּיּוּט *appellatam: quod nomen à græco deductum quidam in adnotationibus*
[a] col. 1804. *ad nouiſsimũ Thes.* [a] *Linguæ ſanctæ perperam exiſtimauit. Sed verbum eſſe Chaldaicum ex*
Poeſis Qualis dictio ſit. פִּיֵּט *piiet deductum, Fabricius Boderianus* [b] *oſtendit. Inde* פַּיְטָן *paitan, ideſt Poeta. Dicitur*
[b] fo. 158 *etiam* מְשׁוֹרֵר *meſcorez ſeu* חַרְזָן *charzan, ideſt rhythmorum cõpoſitor, quem Poetã dicimus; in plurali format* פַּיְטָנִין*, ideſt Poetæ. Græce dicitur* ποιητὴς *hoc eſt carminũ inſignium cõpoſitor.*

Artis

Artis huius excellentiam, & neceſsitatem, poſt Ariſtotelem, de poetica, multis explicat, & proſequitur Petrus Gregorius Toloſanus in ſua ſyntaxi artis mirabilis,[a] poſt Polidorum [b] Virgilium de inuentoribus rerum, latius omnibus Lilius Gyraldus in ſuis dialogis de poeſi, [c] vbi refert Platonem aſſerẽtem poeticam, Deorum immortalium munere, datam hominibus. Parentẽ quoq; eſſe, et ducẽ totius Philoſophiæ, atq; vitæ quaſi magiſtram, ſine qua ſacra quoq; volumina neminem explicare poſſe, idem Lilius ibidẽ [d] cõtendit. Cum authore, diuino illo Dionyſio Areopagita, ſacra theologia poeſi plurimum vti ſoleat: vnde merito Poeticam, Diuinam quandã rationem qua Deus in his rebus diſponendis vtitur, appellat Philon [e] lib. de eo, quod deterior potiori aduerſatur. De poetica & poetis illis loquimur de quibus Gyraldus loco ſuperiore [f] loquitur, non vero de fabuloſis quibus nec vigilantibus Tertulianus credebat, vt idem aperte ait in libro de Anima [g]. Adde D. Hieron. [h] ad Damaſũ et Auguſti.[i] Quod idẽ eleganter deducit & ornate, doctèq́; explicat præſtantiſsimus D. Tho. Correa Luſitanꝰ in ſuperiore ſua oratione de poeſi. De cẽſura vero poetarũ vide R. P. Alphonſum à Caſtro de iuſta hære. puni.[k]

[a] lib. 19. [b] lib. 1. cap. 8. [c] Dialo. 1. pag. 5 tom. 2. [d] pag. 1. & 4. [e] pa. 119 [f] pag. 23 & 28. [g] cap. 15 pa. 551. C. [h] in epiſt. 146. to. 3. epiſto laũ pa. 203. d. & to. 5. pa. 247. C. [i] lib. 3. cõtra academicos c. 6. to. 1 pa. 182. col. 1. [k] li. 3. c. 8. to. 2. pa. 438. & ca. 9. pa. 467. cũ ſeq.

Poeſis origo p-uetuſta.

Poeſis tamen humanæ originem peruetuſtam exiſtimant plures; & merito quidem, cum eodem tempore, quo cæteræ artes ortæ ſunt hanc incœpiſſe (etiam ante Moſem) credibilius ſit, vti Lilius Gyraldus, loco ſuperiori[a] aſſeuerat. Quo fit vt apud hebræos primum illa excogitata, & cognita fuerit, quã apud reliquas nationes. In qua ſententia eſt Euſebius in libris de præparatione Euangelica & D. Hieronymus poſt Philonẽ, & ipſum Euſebium, quos refert, et probat Polidorus[b] Virgilius nuper citatus. His accedit illud, quod Tatianus Syrus ſcripſit poeticam barbarorum inuentum, ſicut, & aliarum artium fuiſſe. Barbaros autem, & Plato, & alij, hebræos appellabant. Apud quos tamen proſæ, ſiue ſolutæ orationis, et poetices, eadem exordia fuiſſe, & Lilius Gyraldus teſtatur in libris de Poetis,[c] ac proinde ipſam à mundi exordio incepiſſe. Quod ſi poeſim à muſica progenitam teſtatur Auguſtinus[d] & Muſices auctorẽ fuiſſe Tubal Kain teſtatur ſcriptura,[e] cur Poeſeos etiam ipſe parens & auctor non erit? Hic tamen minime prætermittendum cenſeo ſubtilem D. Augu. diſcurſum, circa liberalium diſciplinarum adinuentionem, in eodem libro de ordine,[f] vbi à vocabulis, litteris, Gram-

Barbaros olim ethnici hebręos appellabant.

[a] pag. 22

[b] Cap. 8.

[c] pag. 22

[d] lib. 2. de ordine cap. 14. pag. 209 col. 2. tom. 1.

[e] Gen. 4.

[f] lib. 2. cap. 12.

matica

matica, Hiſtoriaque exordiendo, ad Dialecticam vſque, atque Rethoricam, Muſicam, Poeticam & reliquas liberales artes diſcurrens; earum omnium ad inuentionem, Rationi inuentrici tribuit. Et quidem cum primi illi homines ea libere & ſincere vterentur; ratiocinantes, poeticam cum cæteris adinuenti ſunt. Vnde falſo eam, originem, inuentionemque Moſi aliqui tribuerunt, ſiquidem multo ante eius natiuitatē apud Chaldæos, & Aegyptios, cum reliquis artibus floruerat. Ex quibus poſtea poeticam cum alijs diſciplinis, Moſes accepit, vt nos poſt Philonem, Clementem Alexandrinum & alios copioſe oſtendimus inferius.[a] Quo fit vt nec Carmentæ illi fatidicæ carminum origo & inuentio tribui poſsit, vt fruſtra quidam nituntur, licet Carmenta Iuſtitia dei, Nicoſtrata vocata, qua inſpirante & opitulante carmina in Dei laudem canuntur, myſticè dici poſsit carminum inuētrix vt conſiderat Ioa. Goropius.[b] Nec eiuſdem poeſeos originē auiculæ, vt Horatius vult, tribuēda eſt, cui ſubſcribit Gregorius Nazianzenus.[c] Nulla autem tam barbara gens vnquam fuiſſe videtur, nec tam feris moribus prædita, quæ poeticem, & muſarum ſtudia aliquo ſaltem modo, pro naturæ, & regionis ſuæ modulo

Poetica ante Moſē Chaldeos, & Aegyptios.

[a] lib. 10. cap. 5.

[b] libro de originib. Antuerp. 8. pa. 98

[c] Oratio 1. pag. 570. col. 2.

Nulla tā barbara gēs quę poeticā non colluerit āliquando.

modulo non adamauerit vti varijs priſcorum ſcriptis & veterum monumentis facile comprobatur. Et nouiſsime carmina quadã à quodam gentili Chinarum ad fidem conuerſo, in epiſtola religioſorũ patruũ Societatis Ieſu rellata vidi. Quorum quidẽ ſententia & conceptus, illarum gentium iuditium et ingenium nõ vulgare ſatis indicãt. Moſem tamen, & Mariã eius ſeniorẽ ſororẽ, primos haud dubie fuiſſe; præfati auctores teſtãtur, qui Carmen Hexametrum trãſacto mari rubro decãtauerunt, et excogitarunt.

Moſes & Maria primi q carmen Hexametrum inuenere & decãtarunt deũ magnificãtes.

Hodie tamẽ Hebræi propter nimia ſcelera ſua, amiſſa ciuitate regno, & prophetis, atq; propria lingua vera, et genuina intelligẽtia, carminum quoq; veterẽ traditionẽ amiſſerunt; obidq; apud ipſos, oĩa trunca mãca, & deprauata reperiuntur.

Hebræi propter ſua ſcelera & perfidiã veterẽ poeticã vti & alia amiſſerunt.

Qua de cauſſa Elias Leuita in Maſoreth putabat Carmina illa Moſis [a] *nulla lege Poeſeos cõſtare, nec eas leges carminum apud hebræos fuiſſe, nec aliquẽ, ex ſacris libris carminibus cõpoſitum, cum tota lex vnico* פסוק *Paſuck cõſcripta fuerit: cæterũ hac in re maxime fallitur, cũ Moſes leges carminis Hexametri, ab eodẽ inuẽti, teſtante D. Hiero. in præfatione libri Iob, optime ſciuerit: ante quã diuinus ille furor, de quo ſtudioſe Grego. Gyraldus & Thomas Correa*

a Deut. 31. Eliæ leuitæ opinatio vana.

Tota lex erat vnũ paſuk ſine vlla diſtinctione capitũ.

Moiſes Inuẽtor carminis Hexametri ante græcorum vates.

ſupe-

ſuperiori loco[a] *ſcribunt, Orpheum linum, et Homerum Græcorum vates exagitaret. Nec ad rem facit totam legem fuiſſe ſub vna paſuk conſcriptã, nam licet ante Maſſoritas, ſiue Tiberitas nulla eſſet legis diſtinctio, diuerſitas tamen erat ſermonis, & diuerſam canendi formam*[b] *habebant, vt Zamorẽ tradit. Vnde D. Hiero. in epiſtola*[c] *ad Paulã Vrbicã agens de interpretatione Alphabeti Hebræi leges et mẽſuras quorundam pſalmorum canticorũ & threnorum refert: & in præfatione 113. in Iob*[d] *omnia græcorum metrorum genera prius ab Hebræis culta oſtendit; non enim Pyndarici verſus, non Horatij Lyrici, nec vniuerſum poeſeos genus in pſalmis & alijs hebræorum libris deſiderari poſſunt, niſi (Deus Opt. Max. vt diximus) Hebræorum incuria et demeritis, tanto fructu poſteriores carere permitteret. Ferenda tamen eſt hac in re hæc nõ leuis iactura ſicut et alia in multis alijs. Quod autẽ pſalmi, quorũ auctorẽ Dauidẽ, Philon lib. de conuerſione linguarũ*[e] *hymnorum diuinorum poetã appellat, Salomonis, cantica, threni Ieremiæ, Eſaiæ aliqua, & triũ puerorum canticum, Iob quoque ab eo ſaltem loco, quo ſermonem ex ſua perſona exorditur, vſque ad libri calcem carmine hexametro & dacty-*

[a] pag. 5.

[b] lib. 1. cap. 4. artis grammaticæ.

[c] epiſt. 105. to. 3. pag. 315.

Poeſeos vniuerſa genera apud hebræos reperiri.

[d] tom. 1 pag. 36.

[e] pa. 224

[a] pag. 44 & ſequ. *& dactylico ſit compoſitus late apud Lilium [a] Gyraldum legi poterit, in ſuis libris de poeſi, poſt Diuũ Hierony. d. præfatione 113. et Polidorũ Virgiliũ locis citatis. Sed operæ pretiũ erit verba Diui Hieronymi eo in loco præfationis [b] in Iobũ lubenter audire. A principio itaq; voluminis, vſque ad verba Iob apud Hebræos proſa, oratio eſt. Porro à verbis Iob, in quibus ait: Pereat dies, in qua natus ſum: & nox, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo: vſque ad eum locum, vbi ante finem voluminis ſcriptum eſt; Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pænitentiã in fauilla, & cinere: hexametri verſus ſunt, dactilo ſpondæoque currentes, & propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes, nõ earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum. Interdum quoque rhythmus ipſe dulcis & tinnullus fertur numeris lege ſolutis. Quod metrici magis, quã ſimplex lector, intelligunt. A ſupradicto autem verſu vſque ad finem libri, paruum comma quod remanet, proſa oratione contexitur. Quod ſi cui videtur incredulum metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in more nostri Flacci, et græci Pindari, et Alcæi, et Sapphus, vel pſalterium, vel lamẽtationes Ieremiæ, vel omnia fermè ſcripturarũ cantica comprehendi*

[b] præfati. 113. tom. 3. pag. 36.

di, legat Philonẽ, Ioſephum, et Origenem. Hæc D. Hiero. Anabaptiſtæ vero libros ſacros incuſantes eo quod ea carminũ genera, quibus cõſcripta fuere hodie minime ſeruẽt: à D. Hieronymi ſenſu aberrantes, miſere labuntur. Nam (eodem D. Hieronymo, & alijs teſtantibus) hexametri illi et Trimetri atq; Tetrametri verſus, quibus diuini libri abundant, non ſunt omnino eiuſdem generis cum carminibus noſtrorum poetarum, nec eadem pedum quantitate, qualitate, ac diſpoſitione conſtant, vt bene Sixtus Senẽſis in ſua Biblioteca ſancta a aduertit. Variant ergo in variata qualitate, ſitu, & ordine: ſæpe etenim hexametri hebræorum inter dactylos, & ſpondæos alios pedes recipiunt, et vt idem ait Hieronymus in eadem præfatione libri Iob, variant ordine ſedium in quibus apud nos pedes collocantur. Conſonant autem Latinorum carminibus, in eo quod, illa priſca hebræorum poeſis plures pedes noſtris ſimiles habebat, videlicet dactylos, ſpondæos, Iambos, & alios non paucos. Conſonant etiam in generibus carminum, quæ hexametra, trimetra, ac tretramatra erãt. Eas vero poeſeos & carminum leges, noſtri interpetres in ſuis translationibus minime obſeruare potuerunt, ne vt D. Auguſtinus

Contra Anabaptiſtas.

Carmina quib⁹ ſacri libri conſtant nõ ſunt oſo eiuſdem generis cum latinis vt poſſit in latinis Scripturis ſacris retineri vt imperiti Anabaptiſtę falſo opinantur.

a tom. 4. pag. 581

D. carmina ſacrorũ librorũ in quib⁹ cõſonãt latinis.

ſtinus ſcribit ad Memorium Epiſcopum[a] metri neceßitate ab interpetrandi veritate, amplius, quam ratio ſententiarum ſinebat digredi cogerentur, cui Sixtus Senenſis ſuperius[b] citatus conſentit. Et licet ex D. Hier. & ex deuteroſi (quæ eiuſdem tempeſtate compoſita eſt, quo plura Carmina, in ſuum ſtatum reſtituta leguntur) conſtet, veteres hebræorum vates, carminibus aliqua mandaſſe: eius tamen veteris poeſeos leges huiuſque ignorantur. Quæ tamen in re Andreas Maßius vetuſtatum diligentiſſimus indagator; exiſtimauit verſus illos, quibus inclytus Dux Ioſue,[c] Solem, & Lunam ſiſtere gradum, diuina virtute coegit: Iambicos eſſe Tetrametros, et acatalecticos, quibus Comici vtuntur, quorum carminum Ioſuæ menſuram, inferius[d] demonſtrabimus. Ipſe tamen Maßius ex cõmentario Melchitæ in Exodum ſcripto.[e] Decem cantilenas ex ſacra hiſtoria colligit. Prima fuit illa quam Iſraelitæ canebant in ægypto vti innuit Eſai[f] ibi & canticum erit ſicut in nocte: ſecundam canebant tranſmiſſo Mari[g]: tertiã ad puteum, vt habetur in Num.[h] Quartã cecinit Moſes ante ſuum exceſſum.[i] Quintã, cecinit Ioſue;[k] ſextã Debbora et Baracus[l] ſeptimã Dauid; cum eum ab omnibus hoſtibus,

a epiſt. 131. to. 2. pag. 247. col. 2.

Ratio quare translatores ſacri carmina librorum nõ ita vt in eis cõtinebantur tranſtulerũt.

b pa. 582 D.

c Ioſ. 10

d cap. 2.

e cap. 15

f cap. 30 verſ. 29.

g Exo. 15

h Num. cap. 21.

i Deut. 31.

k Iudic. cap. 5.

l 2. Reg. 22.

ſtibus,

ſtibus, atq; etiam à ſaule Dominus liberaſſet:[a] oċtauam, Salomon dedicata Aedeſacra compoſuit.[b] Nonam, vniuerſus cantorum ordo, cum Ioſaphat eum inſtituit. Decimā cantabunt Beati in æterna illa beatitudine, canticum nouū iugiter Deo offerentes, iuxta illud Eſaiæ[c] quod Beatus Ioānes in Apocalypſi latius & expreßi⁹ repetiuit. Ignorātes ergo penitus Hebræi maiorum ſuorum veterem poeſim, ad ſimilitudinem Carminum noſtrorum, nouam, nouiſque legibus adornatam et ſtabilitam rationem adinuenerunt. Ex quibus tamen, ſequentibus capitibus, potiora, & dilucidiora ſeligemus.

[a] Pſa. 30

[b] 2. paralip. 20.

[c] 27. & 28.

De varijs Carminum Hebræorum, Latinorumq; generibus. Cap. II.

VErſus, ſiue Carmen, apud omnes ſermo eſſe debet colligatus, auctoris intentionem, cum pondere, & delectatione indicans, atque manifeſtās. Non enim ſufficit ad perfectam, completamq; rationem, carminis leges, ſeu dictionum, ſyllabarū, pedumq; pōdera, cōſiderare: Sed op⁹ etiam eſt, vt coordinatio, & carminis diſpoſitio delecta-

Verſus ſiue carmē apud hebræos quid.

delectabilis, quodam elegantia ſale condiatur. Dicitur autem verſus ſecundum Iſidorum in ſuis libris [a] Etymologiarum (cui Lilius Gyraldus [b] de poetis ſubſcribit) ab arandi ratione. Aratur enim terra à ſiniſtra ad dexteram: deinde arator, conuertitur ab inferiore dextram verſus. Ad eius ſimilitudinẽ Latini verſum pro carmine acceperunt. Id quod D. Auguſt. confirmatur auctoritate lib. de ordine [c] vbi de verſu, Metro, et alijs agit. Carmen tamẽ proprius dicimus, quidquid metrice cõſcribitur. Vnde Virgilius, verſum vnum carmine dixit, & rem carmine ſigno. Hebraicè carmen dicitur מִזְמוֹר mizmor, vel זְמִירָה Zemira, & Carmina זְמִירוֹת Zemiroth, & ſecundum R. Dauid, eidem dictioni mizmor, aliquãdo præponitur שִׁיר ſcir, aliquando vero poſtponitur, in ſacra autem ſcriptura carmen ſemper in proſperis, & in bonam partem accipi ex Ezechiele, & alijs locis doctiſſimus Sãctes Pagninus [d] in ſua iſagoge optime demonſtrat. [e] Latini ſicuti Lilius, Gyraldus, de poetica [f] refert, pluribus nominibus varia carminum & verſuum genera nuncupant, vt Hexametrum, vel heroicum; quo heroum geſta ſcribuntur, quo Moſes, vti ſuperius diximus tranſacto feliciter Rubro mari vſus fuit, &

illud

a lib.6.
b pag.7.
verſus vnde à latinis dictis
c lib.2.de ordine cap. 14. pa. 209. col.2.& lib. 5.de Muſica. cap.1.& li. 3. ca 2. to. 1. vid.eũd lib. 2. c. 2. d. to. 1.
in proe. pſalmorum.
Carmen in ſacra ſcriptura quomodo ſumitur
d Cap. 2
e lib.9. cap.40.
f Dial. 1. pag. 28. cũ ſeq.

illud ſex pedibus conſtat; Pentametrum quinque & duabus ceſuris. Iambicum carmen duabus ſyllabis conſtat priori breui, & poſteriori longa. Trocheum carmen duobus etiam pedibus currit, priore tamen longo, poſteriori breui. Dactylum carmen, tribus pedibus cum prima ſyllaba longa, & duabus ſubſequētibus breuibus. Anapeſticum, carmen conſtat duabus ſyllabis breuibus, & tertia longa. Dactylo contrarium. Choranbicum quatuor ſyllabis conſtat, prima, & vltima longis, duabus medijs breuibus. Omitto illa Carmina, quæ ex auctorum nomina nuncupantur, vt Sapphicū, Pyndaricum, & quæ à materia denominantur, vt Elegiacum, Georgicum, Olimpicum & ſimilia, & quæ etiam ab inſtrumento dicuntur, vt Lyricum, quæ omnia carmina, fuſe ſatis, proſequitur & explicat D. Auguſti.[a] Verſus integer apud Hebræos in duo Hemiſtichia partititur, primum Hemiſtichium appellatur דֶּלֶת ideſt Ianua, ſiue porta, eo quod ſit aditus ſeu veſtibulum carminis: ſecundum Hemiſtichium dicitur סוֹגֵר ſoger ideſt clauſura. Singula Hemiſtichia paribus ſyllabis conſtant. Duo autem Hemiſtichia ſimul iuncta dicuntur בַּיִת Baith, ideſt Domus, porta atque tecto clauſa, cuius

Pentametrū.

Troche^9

Dactyl^9

Anapeſtus

Choranbicus.

[a] lib. 2. de Muſica cap. 8 pag. 143 cū ſeqq. tom. 1.

verſus partitio Hemiſtichium primum medietas carmi. Ianua dr. Hemiſtichiū 2. clauſura dicitur,

cuius exemplum ſequenti Carmine conſpicitur.

porta — שְׁמַע קוֹלִי אֲשֶׁר יִשְׁמַע בְּקוֹלוֹת

Clauſura. — וְהָאֵל הַמְקַבֵּל הַתְּפִלּוֹת

Hoc eſt.

Audi vocem meam, qui exaudis voces
Et Deus acceptans orationes.

Vides hic Deleth, ideſt primum hemiſtichium, ſiue primam partem verſus vſque ad illam dictionem bekoloth: ſecundum, vſque ad illam hattephilloth. Totus verſus dicitur בַּיִת *ideſt vna integra domus clauſa.*

De quantitate ſyllabarum, & pedibus. Cap. III.

VNiuerſa Carmina pedibus, pedes vero ſyllabis, & temporibus conſtare nemo ignorat. Syllaba quoque motionibus, ſiue vocalibus longis, aut breuibus conficiuntur, vt ſuperius diximus [a] *vnde alia breues, alia longa eſſe debent. Qua in re notandum omnes ſyllabas, ſeu vocales, cum ſciurek, eſſe regias, ideſt longas, & in quouis loco produci; Sceua tamẽ mobile ſimplex, aut compoſitum: & Vau Sciurech, cum eſt copulatiua, coniun-*

Syllabæ ex vocalib⁹ conficiũtur.

a lib. 6. cap. 6.

Syllabæ aliæ longæ aliæ breues.

Oẽs ſyllabæ lõgæ ſunt Regiæ.

Sceua mobile ſimplex vel compoſitum eſt breue & vau ſciurek cum eſt coniunctio.

coniunctio, quæ ante litteras labiales בּוּמַף *habet ſciurech loco ſceua (vt ſuperius oſtẽdimus.) Breues ſunt, et ſeruæ dicũtur, ſicuti vocales lõgæ regiæ nuncupãtur.*[a] *At cum ſceua ſeruus ſeruorũ ſit, uocales alias lõga locũ illius occupãs, ſeruilẽ aſſumet naturã et cõſequẽter erit breuis. Vnde quãdo vau ſciurek ẽ in principio dictionis; ſequẽte ſceua quieſcẽte, erit tunc Rex ſiue lõga vocalis, cùm nõ ſit loco ſceua, vt in dictione* וּשְׁכַבְתֶּם *i. & iacebitis, et in dictione* וּקְשַׁרְתֶּם *et ligabitis. De vocalibus cõpoſitis inferius videbimus. Si vero vau ſciurek ſit in medio, vel fine dictionis, longa etiã et regalis erit, ut* תַּגִּידוּנִי *i. annunciabitis mihi: et in fine, vt* מַה נָּאווּ *i. ò quã pulchri. Porro de ſceua inferius aliqua ſpecialia adnotabimus. Signũ vero vel notamẽ vocalis correptæ hoc eſt* ᵕ *ſignum vero productæ iſtud* ‒. *Vnde quot ſigna eiuſmodi reperies; tot erunt vocales productæ, vel correptæ. Aduertendum tamẽ eſt ſuperiorẽ regulam de vocalibus lõgis, & correptis; iuxta modernã Hebræorum poeſim accipiẽdam, non vero iuxta veterẽ. Cuius licet leges hucuſq; ignorentur. Andreas tamen Maſſius diligentiſſimus auctor in ſuis comẽtarijs ad Ioſue.*[b] *Imperatorem, exiſtimat rationẽ carminum, quibus Ioſue Solem, & Lunam, gradum ſiſtere fecit: Iambicos fore Tetramicos, & Acatalectycos;*

Syllabæ breues dicũtur ſeruæ.

[a] lib. 6. cap. 9.

Sceua ſeruus ſeruorũ. vocalis lõga locũ correptę occupans fit correpta & breuis

vau Sciurek ĩ medio & in fine lõga

Regula ſuperior ſecundũ Moderni poeſim procedit.

[b] cap. 10 pag. 186

Verſus Ioſue quales fuerint.

quibus Comici vtuntur. Si enim his, qui de Metris Comicis ſcripſerunt fidẽ damus; dum aiunt pro Iambo, Tribrachin, Spõdæum, Dactylum, atque Anapeſtũ collocari: Quãtitas ſyllabarum veterum carminum illa ſequẽda erit, quam in a lib. 1. cap. 10. *grãmaticis negocijs tractandis ſuperius.* [a] *tradidimus, vt nẽpe Kamets, Tſere, chirek magnũ, ſciurec, & vtrumque cholem; ſint vocales productæ; cætera correptæ. Nã quod moderna poeſis cõſtituit, veterum Ioſue* [b] *Carminum legibus* b Ioſue. cap. 10. 12. *minime cõſonat, vt ex mẽſura iſtorũ Apparet.*

הַשֶּׁמֶשׁ־ בְּגִבְ־ עוֹן דּוֹם־ וְהַיָּרֵחַ בְּעֵמֶק אַיָּלוֹן׃

Hoc eſt.

Sol in Gabaon Stà, & Luna in Valle Aialon, & iuxta Vulg. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon.

Similis eſt menſura duorum ſequentium eodem capite verſus 13.

וַיִּדּוֹם־ הַשֶּׁמֶשׁ־ וְהַיָּרֵחַ עָמָד ־ עַד יִקּוֹם ־ גּוֹי ־ אֹיְבָיו׃

וַיַּעֲ־ מוֹד הַשֶּׁמֶשׁ בַּחֲצִי שָׁמַיִם וְלֹא־אָץ לָבוֹא ־ כְּיוֹם תָּמִים

Hoc eſt ad litteram.

Et expectauit, ſeu ſiluit Sol, & Luna ſtetit, donec vlciſceretur gens de inimicis ſuis. 70. Et ſtetit Sol & Luna, ideſt in ſtatione donec vltus eſt Deus inimicos eorum. Vulg. vero, ſte-

te-

teruntq; Sol & Luna donec vlciſceretur ſe gẽs de inimicis ſuis.

Ex his duobus Carminibus primũ carmẽ metitur Bachio ſiue Aenotrio, Tribrachy Bachio, Amphibrachy, Bachio, & duobus ſpondæis Vltimũ eſt aliquantulũ ſimile priori. Tribrachys Dactyl⁹, Anapæſt⁹. Iãbus et creticuſ. Moloſſus Iambus, & tandẽ ſpõdæus cõponunt vltimum verſum. Pedes autẽ carminum tres duntaxat cõſtituuntur, primus dicitur יָתֵד iathed. i. clau⁹, conſtãs duabus ſyllabis, prima breui, et ſecunda lõga, quacunque; et ideo Poetæ Hebræi iſtum pedem ſimul regem, & ſeruum vocant. Vt יְרָא ideſt time, prima ſyllaba eſt correpta, ideſt ſeruilis cum ſit ſceua, et ſecunda producta ideſt regia cum ſit Kamets. Idẽ in dictione שְׁמוֹר. i. cuſtodi. Apud latinos vero pes iſte iathed, dicitur Iãb⁹.

Tres pedes carminum

Pes primus iathed ex prima breuis & ſecunpa lõga.

Formatur ẽt iathed ex vno chateph, & vna uocali magna, quia chateph, nihil aliud eſt, quã ſceua cõpoſitũ. Vt חֳלִי choli, ideſt infirmitas, vides hic unũ Iated, quia chateph kamets ẽ prima vocalis ita breuis et correpta, ac ſi eſſet ſceua: vides ẽt chirek vocalẽ productã. Similiter idẽ de cæteris chatephim dicẽdũ eſt, vt exẽplis ſequẽtibus patet אֱמֶת. i. veritas; אֲנִי ego עֲבָדִים. i. ſerui.

Iathed formatſ ex vno chateph & vocali longa ſicut ex vna breue & altera longa.

Secũd pes, tenughah vni ca ſillaba lóga conſtat.

Secundus pes dicitur תְּנוּעָה tenughah, ideſt motio, dicta à verbo נוּעַ nuagh, ideſt mouere, conſtat vnica ſyllaba, eaque lõga & vnicum tempus habens, Vt כָּל omnis לוֹ illi.

Tertius pes compoſitus dicit ex iated & tenũgha hoc ẽ ex duabus longis & prima breui.

Tertius pes (auctore elia leuita) dicitur cõpoſitus ex Iathed, et Tenugha, vt מְלָכִים melachim .i. leges מְלָ mela Iathed & כִים chim תְּנוּעָה Tenugha. Et ſic integra dictio ex vtroq; cõponitur. Similiter דְּבָרִים deuarim, ideſt verba גְּבָרִים .i. homines. Hunc verſum triũ ſyllabarũ, nẽpe vnius Iathed & Tenughah appellãt Latini Bachiũ. Porro notãdum adhuc ſyllabæ, quatuor accidere, vti tradit Raimund⁹ Mithridatus Roman⁹ de Tropis Hebraicis: quæ ſunt tonus, tempus, ſpiritus & paßio. Tonus in triplici reperitur differentia, nempe acutus, grauis, & circunflexus, Acutus habet ſupra litterã, accentum qui dicitur Miniſter קַדְמָא vel אֶשֶׁל Kadma vel eſciel, in hunc modum ◌֨ & infra habet alium accẽtum qui dicitur מַרְכָא mercha in hunc modum ◌֥

Tonus grauis, habet etiã Duo ſigna vnum ſupra litteram cum accentu grammatico regio dicto גֵּרֶשׁ gereſc. in hunc modum ◌֜ & ſub littera habet alium accẽtum Regiũ qui dicitur פַּרְתָא in

hunc

hunc modum ֽ *Tonus circumflexus habet infra litteram & aliquando ſupra accentum miniſtrū, qui dicitur* שׁוֹפָר יָשָׁר *ſcophar iaſciar vel ſcophar munanch, hanc formam habens* ֣ *nonnunquam accipitur pro galgal: aduertendum tamen accentum circumflexum apud Hebræos non inueniri, vt ſuperius*[a] *dictum eſt, & ſi in carminibus aliæ regulæ & leges ſeruari poſſent à grammaticalibus alienæ.* [a] lib. 1. cap. 20.

Tempus etiam triplex eſt, Breue, longum, & medium. Tēpus longum cognoſcitur ex eo quod in prima dictionis, habet accentum תַּלְשָׁא *talſcia, qui eſt accentus regius ſequentis formæ* ֩, *in medio vero habet accentum Regium, qui dicitur rebiagh in hunc modum* ֗ *præcedente kadma, de quo ſupra. In fine autem dictionis non parua eſt varietas. Nam quando eo in loco eſt vocalis. A. præcedente accentu galgal ſeu darga, qui eſt accentus miniſter; habet accentum regium qui dicitur paZer gadol. Si vero vocalis eſt. E. habet eodem in loco accentum regium qui dicitur paZer katon, ſi vocalis eſt I. erit paſta accentus regius huius formæ* ֙ *Accentus autem regius qui dicitur Zarca huius formæ* ֮ *indifferenter ponitur in vltima, niſi quando in Priore dictione eſt accentus mi-*

niſter dargha vel galgal, quia tunc Zarka poni debet in littera penultima. Accentus quoque regius qui dicitur thebir huius figuræ ב֛ infra litteram ponitur, & indiſcriminatim ſupra litteram ponitur Zakeph gadol, accentus regius huius figuræ ב֕ Tempus breue habet in vltima accentum miniſtrum, qui dicitur תְּלִישָׁא קְטַנָּה thelіſcia Ketanna hui⁹ figuræ ב֩ Tēpus autem medium reperitur in principio, medio & ſine, in principio cum eſt accentus miniſter ſiue virgula מַקָּף machaph, qui quidem accentus in carmine, etiam ſupra litteram inuenitur: & tunc merca erit pauſa, in medio autem reperiemus duplex merca. Et in fine atque penultima ſyllaba trochaica: Hoc eſt in penultitima ſyllaba cuius prima eſt longa & poſterior breuis, habet Duo paſta, accentu poſito ſub primo paſta. Porro in fine & quãdoque in medio habet accentum regium qui dicitur שַׁלְשֶׁלֶת ſcialſceleth huius figura ֓. In vltima autem ſyllaba exiſtente thebir in ſequenti dictione, ponitur darga.

Spiritus habet duos accentus lene, et durum ſiue aſpirationem, & tenuitatem, aſpiratio fit per virgulam raphe poſitam ſuper litteras begad chephad, vt iam ſcriptum manet[a] Tenuitas

[a] lib. 1. cap. 18.

nuitas eſt, quando Dagheſc lene in earundem, litterarum ventre ſiue medio ponitur, vt ibidem etiam diximus[a].

[a] d.lib. 1 cap. 16.

Paßio vero eſt quadruplex; prima colligitur ex roboratione & geminatione litteræ affectæ, cauſa dagheſc fortis vti iam[b] *ſcripſimus. Secũda paßio dicitur ſuſpenſio, ſiue diſtinctio clauſulæ in principio, medio, & fine, de quo etiam ſuperius late egimus.*[c] *Tertia paßio dicitur vnio quæ fit per Machaph virgulam copulantem duas dictiones, vt ſæpius repetitum eſt in ſuperioribus. Quarta paßio eſt diuiſio dictionum & ſententiarum, diſtinctio ſuſpirium cauſans, quæ fit per virgulam dictam,* פָּסֵק *paſek vel peſik: quæ quidem eſt virgula ſiue accentus regius huius figuræ* ' ב *ſimilis legarme, diſtans tamen ab ea, in eo quod nunquam peſik venit niſi inter miniſtrum & regem, vt puta inter machaph & paſta, inter darga & thebir, inter merca & tiphcha, inter munach & athnab, & inter munach & paZer, & etiam venit peſik poſt aliud. In Geneſi, 26. plura peſikim inueniuntur; & in Exod. 14. plura reperiuntur legar mim; quam ob cauſam à magiſtris Maſoreth numerari nequiuerunt.*

[b] eodem lib. 1. ca. 15.

[c] d.lib. 1 cap. 20.

De vſu ſceua, & de eius compoſitis. Cap. IIII.

SCeua, vt iam oſtendimus, inter vocales ſeruiles, & miniſtrantes, à poetis Hebræorum etiã adnumeratur licet ſit mobile ſecundũ grammaticã. Eo tamen varie vtuntur: Nam in poteſtate pœtarum eſt ſceua in dictione repertum mobile, aut quieſcens efficere, prout ipſis magis expedierit, vt אֶרְדוֹף *erdoph, ideſt perſequar, qua indictione, & ſimilibus poterit ex licentia poetica illud ſceua mobile, vel quieſcens fieri. Cuius rei exempla accipito.*

Poetæ hebræi habent licentiã efficiẽdi ſceua mobile, aut quieſcens ẽt ſi ſit cõpoſitũ.

אֲדוֹן עוֹלָם אֲשֶׁר מָלַךְ   בְּטֶרֶם כָּל־יְצִיר נִבְרָא :
לְעֵת נַעֲשָׂה בְחֶפְצוֹ כֹּל :   אֲזַי מֶלֶךְ שְׁמוֹ נִקְרָא
וְאַחֲרֵי כִּכְלוֹת הַכֹּל   לְבַדּוֹ יִמְלוֹךְ נוֹרָא :

Hoc eſt

Dominus ſeculi qui regnauit, ante quam vlla creatura eſſet creata,
Statim facta ſunt ſecundum voluntatem eius omnia:
Fortis rex dictum eſt nomen eius.
Et poſtea cum conſumata fuerint omnia, ipſe ſolus regnabit terribilis, ideſt indeficienter.

Vides

Vides ergo in dictione נַעֲשָׂה eſſe neceſſarium, vt chateph pathach litteræ ghain ſubſcriptum quieſcat. Et in dictione כִּכְלוֹת ſceua ſecundæ litteræ (quod alias iuxta grammaticales canones quieſceret) mobile, ex eadem poetica licentia fieri. Idem in dictione יִמְלוֹךְ obſeruabimus, legemusq; chicheloth, & imeloch, & non chichloth, & imloch, & naghſa, & non naghaſa.

Secundo notandum vocalem ſceua in principio dictionis, ideo mobilem eſſe, ne vna littera ex dictione defficiat, & ne ſenſus illius minuatur, quod plane ceſſat vbi ſceua eſt in medio dictionis, tunc namque littera quodãmodo tangitur, & profertur, vt אֲבָל ideſt ſed, dictio aduerſatiua: ſi dictio illa, abal, defficeret littera, tũc ſenſũ haberet diuerſum, quod minime euenit cum ſceua eſt in medio; vt כִּלְכֵּל gubernauit, vbi littera Lamed, & ſi non legatur, integra, nihilominus, quodãmodo tangitur, & ſentitur. Sceua ĩ pricipio dictionis cur mobile & non in medio.

Tertio notandum ſecundum R. Moſem in libello nũcupato דַּרְכֵי נוֹעַם darche nonghed, ideſt viæ delectationis, quod duobus ſceuaim in medio dictionis cõcurrẽtibus primum quieſcit, & ſecundum profertur, iuxta regulas grãmaticales, uti dictũ eſt [a] licet aliqui Poetæ ea duo quieſciẽtia effecerint. Quã ĩ re fallũtur q̃ppe, quia ſi duo Duo ſceuaim in medio dictionis. a lib. 1. cap. 24. verſ. 2. quãdo.

duo ſimul quieſcerēt deficeret littera, & ſenſus, vt in ſequenti dictione patet וְאֶשְׁמְרָה *veeſcmerah, ideſt et cuſtodiam. Si ergo illa duo ſceuaim*

Sceua in fine legi tur & erit mobi le.

ſubſcripta litteris, ſcin, & mem, non legerentur; pronunciaretur, veera; quod nihil eſt. Vbi vero duo ſceuaim reperiuntur licet in ſine dictio nis vltimum, iuxta regulas grammaticales

[a] lib. 1. cap. 14.

Sceua ſub lr̃a notata dagheſc erit mobile.

minime debeat legi, hic tamen legitur & erit mobile.[a] *Quibus accedit ſceua quoque ſub littera notata Dagheſc legi debere, vti alias diximus; licet aliqui Poetæ illud quieſcēs effecerint.*

Triplex ordo vocaliũ cõpoſitarũ

Quarto notandum vocalium compoſitarum cum ſceua triplicem ordinem reperiri, nempe, chateph Kamets, chateph patach, et chateph ſegol, quæ ſunt vocales correptæ, et miniſtrātes, vt diximus. Et licet iuxta ſuperius ſcripta[b]

[b] lib. 1. cap. 13.

Kamets chateph & kametschatuph in cõpoſitione carminũ differunt.

Quomodo vtrũque chateph cognoſcat.

Kamets chatuph, idem ſit, quod chateph Kamets; tamen, quo ad carminum compoſitionem ſolet inter vtrumque conſtitui diſcrimen, ita vt chateph Kamets ſemper ſit ſeruus, Kamets vero chatuph minime. Vnde kamets chatuph cognoſcitur tribus modis, primo, quando in littera, quæ ſequitur poſt Kamets, notatur dagheſc, tunc eſt Kamets chatuph. Vt רָנִּי *Ronni ideſt Cane: legimus ergo Rōni, & non Ranni. Sic etiam* חָגִּי *ideſt Celebra feſtum; legimus*

choghi.

choghi, & non hcaghi. Secundo cognoſcitur, quando littera ſequens poſt Kamets notatur, ſceua quieſcente, vt עָרְמָה ideſt aſtutia, legemus nanque ghorma, & non gharma; & tunc erit Kamets chateph miniſtrans. Quando vero eſt in medio, vel fine dictionis, erit Rex, ideſt vocalis producta, vt לְעָבְדְךָ ad ſeruiendum tibi; quo in exemplo illud Kamets ſub beth eſt Kametschatuph, & legi debet laghauodcha; & conſequenter vocalis longa reputatur, quia eſt loco hcolem. Tertio cognoſcitur quando Kamets eſt in fine dictionis ſequente maccaph, vt יַעֲבָר־נָא ideſt, trãſeat nunc, & profertur iaghauor, & non iaghauar, in fine namque valet pro Kamets chatuph, & eſt loco cholem.

chateph kamets in principio ē miniſtrorũ

Qñ kametschatuph: eſt ĩ medio vel fine eſt Rex.

Quinto notandum, non ſolum kamets chateph in omni loco eſſe ſeruum, & corripi, ſed etiã chateph ſegol et chateph pathach, maxime cum ſubſcribuntur gutturalibus, cum etenim in locum ſceua ſimplicis ſubſtituantur, gratia dilatandæ prolationis, merito aſſument eandem ipſam ſceuæ naturã, vt חֲרֵרָה charera, ideſt ſubciniritia אֱמֹור emor, ideſt dic. Quod non ſolum obſeruandum eſt cum chateph pathach & chateph ſegol in principio dictionis reperiuntur, ſed

Segol chateph & pathach chateph ſemper ſum ſerui.

etiam

chateph pathach & chateph ſegol ī medio ſunt breues ſicut in initio di chonis.

etiam quando, in medio, vt וַעֲשִׂיתֶם *& facietis;* אֱמוֹר *dicendo. Hæc de ſceua, & eius cōpoſitis.*

De varijs Carminum ſpeciebus. Cap. V.

Prima ſpecies Metri ē paſuk epigramma latinum.

SVpereſt nunc vt de varijs carminum ſpecieb⁹, quibus poetæ Hebræorum vtuntur aliquantiſper agam⁹. Quamobrem ſciendum eſt, primam metri ſpeciē dici פָּסוּק *paſuk, et noſtro latino epigrammati reſpondere. Et tunc dicitur paſuk cum verſuum, numerus ad decimum nō aſcendit, quaſi vna tantum ſit periodus.*

Secūda ſpecies dicitur ſcer aut ſcirah

Secunda ſpecies dicitur שִׁיר *aut* שִׁירָה *ideſt Cātilena ode, quæ decem pluresuè continet* בָּתִּים *.i. domos, hoc eſt verſus integros.*

Tertia ſcir paſcut.

Tertia eſt שִׁיר פָּשׁוּט *hoc eſt verſus ſimplex, in quo quidem nullum ſceua mobile reperitur*

בְּהִפַּלְתִי יִסְכּוֹן גֶּבֶר כִּי בָהּ יִלְמַד יוֹשֶׁר וּזְכוּת :

Hoc eſt.

Oratio mea iuuabit hominem.
Ex ea namque diſcet rectitudinem, & meritum.

Vides

Vides ergo in hoc carmine nullum reperiri ſceua mobile, & ideo dicitur verſus ſimplex. Idem reperies in verſu ſequenti.

אַשְׁרֵי אָדָם שׁוֹמֵעַ לִי · לִשְׁקוֹד עַל דַּלְתוֹתַי יוֹם יוֹם :

Hoc eſt

Beatus vir qui audit me.

Vt euigilet ſuper portas meas quotidie. Idē videbis in exemplo ſequentis carminis.

שִׁמְעוּ דִבְרֵי פִי יִרְאֵי אֵל · מָה שַׂרְעַף לִבִּי נָא שׁוֹאֵל :
תַּחֲזִיקוּ עִבְרִית בַּחֵשֶׁק ; הִיא תִהְיֶה מִבְצַר הַנֶּשֶׁק :
לְלַחוֹם נֶגֶד אַנְשֵׁי רִבְכֶם : צִנַּת רָצוֹן תְּעַטְּרְכֶם :

Hoc eſt.

Audite verba oris mei timentes Deum: qualem vè cogitationem nunc cor meum meditetur.
Accipietis Hebraicam (ſuple linguam) cum dilectione ipſa erit robur armaturæ: ad prælandum contra aduerſarios veſtros.
Scuto bonæ voluntatis coronabit vos.

Quarta ſpecies dicitur שִׁיר מוּרְכָּב *ſcir murcau hoc eſt. Carmen compoſitum, et mixtum, quod quàm antiquū ſit, oſtendit R. Moſes filius Semtou, in ſuo libello via delectationis, vbi teſtatur ſe vidiſſe in ciuitate, quæ dicitur Moruitre (hiſpanè vero Moruiedro.) Regni Valentiæ; Lapidem peruetuſtam, cui ſculptum erat Epitaphium Ducis & principis exercitus Amaſiæ* Quarta ſpecies ſcir murcau.

Regis

Regis Iudæ in hunc modum.

שְׂאוּ קִינָה : בְּקוֹל מָרָה :

לְשַׂר גָּדוֹל : לְקָחוֹ יָהּ :

Hoc eſt.

Eleuate lamentationem.
Cum voce amara.
Pro Principe magno.
Accepit eum Dominus.

Et ſubiungit ſtatim ſe non potuiſſe vltra legere, eo quod litteræ iam erant vetuſtate conſumptæ, & quod ſecundus verſus terminabatur לַאֲמַצְיָה *laamatſiah, ideſt ad AmaZiam. Conſtat autẽ hoc carmen ex Iathed, et duabus Tenuoth, hoc eſt ex prima correpta, & ſecunda longa, vt illud.*

יְרָא הָאֵל בְּנִי רֵאשִׁית

Hoc eſt.

Time Deum filimi initium, &c.

Similiter etiam in ſequenti exemplo videre licebit variam commiſtionem vocalium & iatheth.

נְדוֹד הֵסִיר אוֹנִי · וְהִבְהִיל רַעְיוֹנִי ·
נֻשַּׁת פִּי וּלְשׁוֹנִי · אֲסוּרִים בְּזִקִּים :

Hoc

Hoc eſt.

Vagatio abſtulit robur meum.
Et conturbauit cogitationem meam.
Et poſuit os meum, & linguam meam.
Ligatam in compedibus.

Similiter Canit R. Moſe filius Sciemtou.

מְאֹד נַפְשִׁי תִגְעַל · לְכָל אַנְשֵׁי מַעַל ·
בְּמָכְרָם נַפְשָׁם עֲלֵי · צְרוֹרוֹת כַּסְפֵּיהֶם ׃
וְיִרְבּוּ קִנְיָנִים · וְנִטְעֵי נַעֲמָנִים ·
וְיִבְנוּ בִנְיָנִים · בְּאֶרֶץ לֹא לָהֶם·

Hoc eſt.

Valde anima mea odit.
Omnes homines mendaces. Contra mendaces.
Qui vendunt animam ſuam pro
Ligaminibus argenti eorum. Contra auaros.
Et multiplicant negociationes.
Et plantas delectationis.
Et ædificant ædificia,
In terra non ipſorum, ideſt aliena.

Vides hic variam cõmixtionem Iated, & motionum, quia in prima dictione eſt vnum Iated, & in aliijs 4. Tenuoth, hoc eſt prima motio eſt breuis, & ſecunda producta, & aliæ quatuor motiones productæ, & hoc eſt vnum huius quartæ ſpeciei genus, nam ex ea ipſa quarta ſpecie

Prima ſpecies carminis compoſiti.

ſpecie carminis compoſiti, & mixti, plures forma conſurgunt, quarum prima eſt hæc proxime ſuperior, ſuperioribus exẽplis manifeſtata.

Secũda ſpecies carminis compoſiti.

Secunda autem eſt illa, quæ ex Iathed, & quatuor Tenuoth, Iated te duabus tenunghoth componitur; hoc eſt, illud quod ex ſceua cum ſyllaba producta, et poſtea quatuor ſyllabis longis, & deinde alio ſceua cum ſyllaba longa; & demum alijs duabus ſyllabis longis, vt patet in ſequenti exemplo.

בעת תהיה דיין שפוט צדק ·
ואל תט דברי דין חדל חדל ·
שניהם פין יחד ולא תשא :
פני דל לא תהדר פני גדול

Hoc eſt.

Cum fueris Iudex iudica iuſtitiam.
Nec inclines cauſſam iudiciorum, ceſſando ceſſabis.
Ambos audies ſimul, nec recipies.
Facies pauperis, ne vè honorabis Facies magni.

Tertia ſpecies carminis compoſiti.

Tertia ſpecies carminis cõpoſiti eſt illa, quæ componitur ex ſceua, & longa ſyllaba, & duabus longis ſyllabis ſubſequentibus: & rurſus ex eodem ſceua cum longa ſyllaba, alijſque duabus lõgis, & vltimo ex ſceua cum longa, et vna altera

altera ſyllaba lõga, vt videre eſt apud R. Emanuelem Poetam in ſuis compoſitionibus.

אֲדַמֶּה אִישׁ · אֲשֶׁר יִתֵּן רְכוּשׁוֹ ·
אֱלֵי זָרִים · וְיִמְנַע מִקְּרוֹבוֹ :
אֱלֵי עַיִן אֲשֶׁר יִרְאֶה רְחוֹקָיו ·
וְלֹא יִרְאֶה אֲשֶׁר יִשְׁכּוֹן סְבִיבוֹ :

Hoc eſt.

Comparabo hominem, qui dat facultatem ſuam.
Alienis, & vetat à proximo ſuo.
Oculo, qui vidit, quæ abſunt, ab eo
Nec vidit, quæ in circuitu eius verſantur.

Quarta ſpecies, componitur ex Iathed, & duabus Tenuoth, & Iathed, et duabus Tenuoth, vt canit R. Emanuel in ſequentibus Carminibus, compoſitione nona. 4. ſpecies cõpoſitorũ

אֲנִי יָשֵׁן · וְלִבִּי עֵר · בְּתַחְבּוּלוֹת זְמַן סוֹעֵר :

Hoc eſt.

Ego dormiebam, cor autẽ meum vigilabat.
Circa fallacias temporis fluctuantis.

Quinta componitur ex Iathed & vna Tenugha, & Iathed & duabus Tenughoth, & Iathed & vna Tenugha & Iathed & duabus Tenughoth, exemplum accipito. 5. cõpoſiti carminis ſpecies

אֱמֶת אֵל אֱמֶת אַתָּה · וְאִם לֹא רְאִיתִיךָ :
וְאוּלָם כְּרֹב טוּבְךָ · בְּכָל עֵת חֲזִיתִיךָ :

Hoc eſt.

Vere Deus, verè tu es.
Quamuis non vidi te
Mediante autem bonitate tua,
In omni tempore video te.

6. ſpecies cõpoſiti carminis.

Sexta ſpecies componitur ex Iated, et Tenuha, Iated, & Tenuha, cuius exẽplum ſequitur.

הֲיִגְאֶה וְיִשְׁלַם · אֱנוֹשׁ דַּךְ וְנִכְלָם ·
וְעַל טוֹב וְעַל רַע · גְּמוּל לוֹ יְשׁוּלַּם :
וְיַרְבֶּה אֲשָׁמָיו · וְחַטֹּאת עֲלוּמָיו ·
כְּחוֹל יָם וְסֵפֶר אֱמֶת לֹא יְכִילֵם :
וְיִשְׁכַּח מְעוֹדֵד · עֲנָוִים וְדֶרֶךְ ·
רְשָׁעִים יְעַוֵּת · וְיִמְלוֹךְ לְעוֹלָם :

Hoc eſt.

Nunquid creſcet, & manebit pacifice.
Homo pauper, & erubeſcens vel pudore ſuffuſus?
Et pro bono, & malo, reddetur ei retributio.
Et multiplicabit iniquitates eius,
Et peccata iuuentutis eius,
Sicut arena, & liber
Veritatis non continet ea.
Et obliuiſcetur exaltãtis humiles, & viam

Pecca-

Peccatorum peruertet.

An regnabit in æternum?

Septima ſpecies componitur ex Tenungha, & ex Iathed, & duabus Tenughoth, & Iathed, & Tenungha, vt in ſequenti exemplo. 7. ſpecies carminis cõpoſiti

נִגְדְעָה קֶרֶן עֲדִינָה ·
הִיא גְבֶרֶת כָּל מְדִינָה :

Hoc eſt.

Abſciſſum eſt cornu Adinæ.

Illa eſt princeps omnium prouinciarum.

Octaua ſpecies componitur ex duabus Tenughoth, & Iathed, & duabus Tenughoth; & rurſum ex duabus Tenughoth, & Iathed, & duabus Tenughoth, vt in ſequentibus. 8. ſpecies cõponitur

נַפְשִׁי בְּמִצְוֹת אִם · יָפוּ פְּעָמַיִךְ
בִּתִּי בְּרוּכָה אַתְּ יֹאמַר אֱלֹהַיִךְ
לָכֵן בְּכָל כֹּחֵךְ · בֹּשֶׁת עֲלוּמַיִךְ ·
זִכְרִי וְהִנָּקִי · מִכֹּל בְּדִילַיִךְ :

Hoc eſt.

Anima mea ſi in præceptis

Pulcræ ſunt viæ tuæ;

Benedicta tu filia mea

Dicet Deus tuus.

Ideoque omni virtute tua.

Confuſionis iuuentutis tuæ.

Memento,& purgare.

Ex omnibus falſitatibus tuis.

Nona ſpecies. *Nona ſpecies componitur ex duabus Tenughoth,& Iathed, & ex quatuor Tenughoth, et Iathed,et Tenugha,vt in ſequēti Carmine.*

אָמְנָם לְבָרֵךְ שֵׁם נוֹרָא וְעֶלְיוֹן
עַמִּי בְּשִׁיר קוּמוּ ולְכוּ לְשָׁלוֹם

Hoc eſt.

Certe ad benedicendum nomini terribili, & ſublimi.

Popule mi ſurgite cum cantu & ite in pace.

Decima ſpecies. *Decima ſpecies cōponitur ex duabus Tenugoth,& Iathed,& duabus Tenughoth & Iathed,& tribus Tenughoth, vt ex ſeq. Compoſitione apparet.*

חוּשָׁה · לְבָבִי קַח · לְךָ צִנְצֶנֶת ·
אַחַת · וְתֵן שָׁם מָן · מְלֹא הָעוֹמֶר :
אוֹ מִן · צֳרִי גִלְעַד · קְחָה לְךָ חוֹמֶר ·
לִהְיוֹת · צֳרִי אֶל מַ · חֲלָה נוֹשָׁנֶת

Hoc eſt.

Feſtina Cor meum accipe tibi Vrnam.

Vnam, & pone ibi Mannæ plenitudinem homer.

Vel tyriacæ ex Galaad accipe tibi vnū corū.

Vt ſit tyriacæ infirmitatis, veteris.

Vnde-

Vndecima ſpecies componitur ex duabus Tenughoth, & Iathed, et Tenua, & Iathed, & Tenua, vt in ſequenti cantu. Vndecima ſpecies.

נִחַר בְּקָרְאִי גְרוֹנִי · דָּבַק לְחִכִּי לְשׁוֹנִי :

Hoc eſt.

Raucum factum eſt guttur meum præ clamore meo.

Adhæſit palato meo lingua mea.

Duodecima componitur ex duabus Tenuoth, & Iathed, & duabus Tenuoth, & Iathed, & duabus Tenughoth, vt in hoc cantico. 12. ſpecies.

אֶפְקוֹד · צְבָא מָרוֹם · וְאֶרְאֶה כִּי ·
נִפְקַד · מְקוֹם צֶדֶק · וְאוֹר נוֹגַהּ ·

Hoc eſt

Viſitaui exercitum cæli, & vidi, quod
Deficiebat locus Iouis, & ſplēdor Veneris.

Tertiadecima ſpecies componitur ex duabus Tenughoth, et Iathed, & duabus Tenuoth, & Iathed, vt videbis in carmine ſequenti. 13. ſpecies.

מַה לָּךְ יְחִידָה תֵּשְׁבִי ·· רוֹמָה כְּמֶלֶךְ בַּשֶּׁבִי

Hoc eſt.

Quid eſt tibi, quod ſedes ſola.
Exaltare quaſi Rex in præda.

 Ideſt,

Ideſt vt gloriatur Rex cum capit inimicorum ſpolia.

14 ſpecies. *Quartadecima, Componitur ex duabus Tenughoth, & Iathed, et quatuor Tenughoth, vt in hoc carmine videbis.*

קוּמָה אֱלֹהִים עֶזְרָתָה · לִי וַעֲנֵה בְּצָרָתָה :

Hoc est.

Exurge Domine in adiutorium.
Mihi; & exaudi in tribulatione, ſupple me.

15. ſpecies. *Quintadecima ſpeceis componitur ex duabus Tenughoth, et Iathed, tenua, & Iathed, et duabus Tenughoth & Iathed, & duabus Tenughoth, vt in exemplo ſequenti*

צִיּוֹן הֲלֹא תִשְׁאֲלִי לִשְׁלוֹם אֲסִירָיִךְ ·
דּוֹרְשֵׁי שְׁלוֹמֵךְ וְהֵם יֶתֶר עֲדָרָיִךְ

Hoc est.

O Sion quære iã de pace captiuorũ tuorum.
Quærentium pacem tuam, ipſi enim ſunt reliquiæ gregum tuorum.

16. ſpecies *Sextadecima ſpecies componitur, ex duabus Tenughoth, & Iathed, et duabus Tenughoth, et Iathed, & tribus Tenughoth, vt in exẽplo ſeq.*

עֵת שַׁעֲרֵי רָצוֹן לְהִפָּתֵחַ ·
יוֹם בּוֹ אֱהִי כַפַּי לְאֵל שׁוֹטֵחַ :

Hoc

Hoc eſt.

Tempus aperiendi portas bonæ voluntatis.
In illa die manus meas ad Dominum expandam.

Decima ſeptima ſpecies eſt omnium difficillima. Id quod omneſq; alij tradunt, vnde raro ea vtuntur. Cōponitur autem ex Tenugha, & Iathed, Tenugha, et Iathed vſque ad finē eius. Cuius exemplum accipe. 17. ſpecies Rara & difficilior.

אֶדְרְשָׁה חַסְדְּךָ כִּי אֲנִי עַבְדְּךָ ·
אֶעֱרוֹךְ נֶגְדְּךָ מַהֲלַל נֶחְמָד ׃

Hoc eſt.

Quæram miſericordiam tuam.
Quoniam ego ſeruus tuus ſum.
Præparabo in conſpectu tuo.
Hymnum ſiue laudem deſiderabilem.
Sic etiam ſequens Carmen Conſonat.

אֲנִי בֶּן · חֲכָמִים · וּמֵבִין · עֲלוּמִים ·
וּבֶן גּוּר · אֲרָיוֹת וְאִמִּי ׃ לְבִיָּה ׃

Hoc eſt.

Ego ſum filius ſapientum.
Cognoſcoque occulta;
Sumque filius Catuli leonum,
Et mater mea eſt Leena.

Decima octaua ſpecies reperitur tota ex Iethedim cõfecta, nullam aliam ſyllabam admittens. Vt videre eſt Apud Emanuelem comp.

רְאֵה · צְבִי · זְמַן . וְעֵת ·
וְעַל · דְּבַר · אֱמֶת · שְׁקוֹר :
זְמַן · וְעֵת · לְכָל · יְצוּר ·
וְעֵת · סְפוֹד · וְעֵת · רְקוֹד :

Hoc eſt.

Reſpice pulchritudinem temporis, & horæ.
Et ſuper Verbum veritatis vigila.
Tempus, & hora eſt omni creaturæ.
Et tempus lugendi, & tempus ſaltandi

Hæc autem forma non eſt frequens in vſu, ſed & ſi aliæ reperiantur formæ, hæ tamen ſufficient, vt inſtituto huic vtcunque à nobis ſatisfactum ſit.

Index ſpecierum, ſiue formarum metri Compoſiti. Cap. VI.

ADuertendũ ſignum hoc v - vt dictũ eſt ſignificare Iathed, hoc eſt primã breuẽ, Sceua nẽpe cũ longa ſyllaba. Et hoc - ſignificare Tenuoth; Id eſt longam ſyllabam, vt iã. cap. 3. ſub finẽ monuim⁹.

Prima Forma.

1 v - - - - - || 3 v - - - v - - - v - -
2 v - - - - - v - - - || 4 v - - - v - - -
5 v - -

5	⏑– – ⏑– – – ⏑– – ⏑– – –	12	– – ⏑– – – ⏑– – –
6	⏑– – ⏑– – ⏑– – ⏑– –	13	– – ⏑– – – ⏑–
7	–⏑– – – ⏑– –	14	– – ⏑– – – – –
8	– – ⏑– – – – – ⏑– – –	15	– – ⏑– – ⏑– – – ⏑– –
9	– – ⏑– – – – – ⏑– –	16	– – ⏑– – – ⏑– – – –
10	– – ⏑– – – ⏑– – – –	17	– ⏑– –⏑– –⏑– –⏑–
11	– – ⏑– – ⏑– –	18	⏑– ⏑– ⏑– ⏑–

De Rhythmorum natura, & compoſitione. Cap. VII.

Rhythmus (cenſorino teſte) à Rhythmonio filio Orphei et Idmonia nympha maricæ, dictus eſt. Conſentit Lilius [a] *Gyraldus in ſuis dialogis, de poetica, Latine dicitur numerꝰ et modus (vti D. Augu.* [b] *libris de Muſica tradit) cui adiunge & Lilium ſuperius citatũ. Obidq; Imago modulata ſeruans numerum ſyllabarum eſſe dicitur: et poſitionem ſæpe, ſublationemque continens, quia nec finem habet certum, nec vllam varietatẽ in contextu, ſed qua cœpit ſublatione, ac poſitione, ad finem vſque decurrit. Et differt à metro, quia temporum ſyllabarum, atque pedum congruentia, in infinitum multiplicatur, ac profluit, quippe quia aliquando Rhythmus breuiores, ſiue anguſtiores, aliquando longiores ſeruat cadentias. Vnde omne metrum* eſt

[a] Dial. 1 pag. 32.

[b] D. Au. lib. 3. de muſica. cap. 3. & lib. 2. de ordine. cap. 12. to. 1 pa. 209.

Diſcrimen Rhythmi metri, & verſus.

eſt Rhythmus, ſed non omnis Rhythmus eſt metrum, ſicuti omnis verſus eſt metrum, ſed non omne metrũ eſt verſus, cum tamen omnis verſus ſit Rhythmus & metrum. Vide D. Augu. in libris de muſica[a] *Adiunge Eliam leuitam in Præfatione ſui Maſoreth Hammaſoreth, qua incipit.*

[a] lib. 1. ca. 1. cũ ſeq. & li. 5. cap. 1

נאם אליהו הלוי · המוציא והמביא ׃

Hoc eſt.

Dixit Elia Leuita.
Qui producit, & Conducit, &c.

ואחריו ספר ההרכבה · כל מלה זרה בו נכתבה ׃

Hoc eſt.

Et poſt eum Liber Compoſitionis.
Omnis dictio aliena, ſiue peregrina in eo eſt ſcripta.
Sic etiam alius canit.

אשכילך ואורך בדרך זו תלך כי תאוה נפשך לשיר
שיר ערב וזמר נעים לזמר ליהוה אלהי ישראל
ואפרת לו בחשב אפורי ונופך ספירי תרשישי וישפי ׃

Hoc eſt.

Intelligere faciam te, & docebo te viam, in qua ambules, quando deſiderabit anima tua Canere Canticum dulcẽ, et pſalmum pulchrũ, vt pſallas Domino Deo Iſrael, & decorabis eũ ſtudio.

ſtudio. Superhumeralis mei, Carbunculo meo, Saphirro meo, Chryſolito meo, & Iaſpite meo. Conſidera ergo in his Rhythmis longiores, & breuiores Cadentias; quod illis proprium & peculiare eſt.

Ab Hebræis dicitur Rhythm⁹ חָרוּז & חֲרוּזָה .i. Rhythmus, vnde Carmē Rhythmicum dicitur שִׁיר חָרוּזִי; quod eſt homeoteleuton, ideſt ſimilis cadentia, vt patet ſequenti exemplo. Rhythmus hebræis vnde?

מִשְׁקַל שִׁירִים · הַנִּבְחָרִים · בִּלְשׁוֹן עִבְרִים כַּמָּה יִנְעַם :
חָרוּז נָאֶה וִיפֵה מַרְאֶה · אֶל כָּל רוֹאֶה · וּלְחֵיךְ יִטְעַם :
כָּל תּוֹרָתוֹ · וּנְתִיב דָּתוֹ · אוֹרֶה אוֹתוֹ · זֹאת הַפַּעַם :

Hoc eſt.

Pondus Carminum	*Omni videnti,*
Electorum	*Et palato ſapiet ei.*
In lingua Hebræorū.	*Totam legem ſuam,*
O quam delectat.	*Et ſemitam conſtitu*
Rhythmus formoſus.	*tionis eius,*
Formaq; præſtanti,	*Docebo eū, hac vice.*

Ad hoc Rhythmorum genus reducendi ſunt hymni, quibus diebus feſtiuis, Hebræi vtuntur, quos vocant קְרוּבָץ, cuius dictionis denominatio non inuenitur, ſed ſecundum quoſdam eſt Raſce teuoth, vt ק ſignificat קוֹל, ideſt vocem, ר· רִנָּה, ideſt Cantici ; ו· וִישׁוּעָה, ideſt & ſalutis ב impor-

ב importet בְּאָהֳלֵי idest in tabernaculis צ denotet צַדִּיקִים idest iuſtorum: Illa ergo dictio קְרוּבָּץ idē plane ſignificat; quod Vox cantici & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Cæterum Elias Leuita Germanus קְרוּבוֹת & non קְרוּבָּץ dicendū credit.

De Rhytmorum differentijs. Cap. VIII.

Triplex Rhythmorum differentia.

CVm Rhythmorum cadentia ſiue deſinentia apud Hebræos triplex eſſe poſſit, triplex quoque Rhythmorum diſcrimen apud ipſos constituēdum eſt: De varietate Rhythmorum apud latinos vide D. Aug. in libris de muſica.[a]

[a] lib. 3. ca.3. cū ſeq. to.1. pag.146 col.2.

Rhythmi. pri. ſpecies.

Rhythmus vulgaris

Prima igitur ſpecies dicitur עוֹבֵר ghouer idest tranſiens, ſiue vulgaris, et eſt, cum ſolæ ſimplices litteræ, ſine punctis cōueniunt, vt דָּבָר verbum דֶּבֶר peſtis, Vnde ſi ita Canamus, nuncupabitur Rhythmus vulgaris. Erit etiam Rhythmus tranſiens, ſiue vulgaris, cum vna, eadem littera in fine dictionis ponitur, vt אָמַר idest dixit דִּבֵּר idest loquutus eſt, Hæc tamen ſpecies Rhythmi, apud bonos poetas Hebræorum minime reperitur.

Rhythmi 2. ſpecies.

Secunda ſpecies dicitur רָאוּי .i. perſpicuus, et elegās perfectus, & cōueniens cum integra ſyllaba, ſimiliter cadit vt Cantico ſeq. videbitur.

שְׁפָלוּת:

עַל כָּל קִנְיָן תִּקְנֶה חָכְמָה · עַלכָּל מַעֲלָה תִּבְחַר שִׁפְלוּת׃
הַרְחֵק מִכָּל מִדָּה רָעָה · וּבְרֹאשׁ כֻּלָּן מִן הַכִּילוּת

Hoc eſt.

Ante omnem poſſeßionem, eme ſapientiam. Sapiẽtia emenda
Super omnem dignitatem elige humilitatẽ. Humilitas, dignitas.
Mane procul ab omni vitio, ſeu malo.
Et præ cæteris, ab auaritia. Auaritia fugiẽda.

Ad hanc ſecundam ſpeciem pertinet etiam Rhythmus, cuius deſinentia eſt duarum litterarum ſimilium, vt ſi in fine primi verſus ponas יִשְׁמוֹר*, & in fine ſecundi* לֵאמֹר*, & in fine tertij* לִגְמוֹר *vt etiam ſequenti exemplo perſpicuum fiet.* Rhythmus cuius deſinentia ẽ duarum ſimiliũ litterarũ

אֱמֶת תִּבְחַר בְּדִבּוּרְךָ · וְלֹא שֶׁקֶר בְּשׁוּם עִנְיָן׃
וְהָאֱמֶת יְסוֹד שָׁלוֹם · וְכָזְבִּי בַּת נְשִׂיא מִדְיָן׃

Hoc eſt.

Veritatem elige in ſermone tuo. Veritas.
Et nullo modo mendacium.
Veritas autem eſt fundamentum pacis.
Et Cozbi filia principis Madian.

Iſte autem Rhythmorum modus eſt omnium frequentißimus.

Tertiæ ſpecies, quæ tamen raro reperitur, eſt מְשׁוּבָּח *ideſt verſus laudabilißimus, & omnium excellens, quod eſt, quando duæ ſyllabæ vltimæ conſen-* Rhythmis q̃dã vers⁹ laudabiliſſimus. tertia ſpecies.

conſentiunt, vt עֵינַיִם *oculi* אָזְנַיִם *aures, ſic appellat Elias Leuita Germanus, quoddam carmẽ à ſe præfixum in libri Maſſoreth Præfatione, quod tale eſt.*

אֶתֵּן שֶׁבַח גַּם תִּפְאֶרֶת :
לָאֵל תִּכֵּן רוּם בְּזֶרֶת

Hoc eſt.

Dabo gloriam, & decorem.
Deo, qui creauit altitudinem in menſura palmi.

Accedat & aliud ſequens.

אִם תִּקְטְלֵנִי אֵל לְךָ אוֹחִילָה ·
אָנוּס לְעֶזְרָה מִמְּךָ אֵלֶיךָ :
אֶתְכַּס בְּכַנְפוֹת חַסְדְּךָ יוֹם צַר וּמִן
חֲמָתְךָ אֶבְרַח עֲדֵי צִלֶּךָ :
אֶבְטַח בְּיוֹם חוֹשֶׁךְ וְקַדְרוּת וַעֲמָךְ :
לָאוֹר בְּאוֹר יִשְׁעֲךָ וְנֵר הִלֶּךָ :
הִנֵּה לְבָבִי עִם לְבָבוֹת עַמְּךָ ·
עִמְּךָ נִרְכּוֹת הֵם בְּיוֹם חֵילֶךָ :

Hoc eſt.

Etiam ſi tu Deus me occideres, ego tamen in te ſperarem.

Spes afflictorũ in Deo et auxilium ab ipſo ſperandum

Vadam pro auxilio, à te ad te.

Abſcondar ſub alis miſericordiæ tuæ in die tribulationis, & ab Ira tua curram vſque ad vm-

vmbram tuam.

Sperabo in die tenebre, & obſcuritatis iræ tuæ.

Illuminari in lumine ſalutis tuæ, & in lucerna ſplendoris tui.

En cor meum cum cordibus populi tui.

Tecum principium ſunt ipſi in die virtutis tuæ.

Quibus adhuc addi debet carmen quod שִׁיר מְחוּלָּק *dicunt, ideſt carmen diuiſum, vt pote in quatuor partes diuiſum, & in vnaquaque eſt Rhythmus, vt ſequens exemplum indicat.* Carmē diuisū.

עֲזוֹב אַף וְחֵמָה · נְדִיב לֵב וְקוּמָה ·
וְדַבֵּר בְּחָכְמָה · בְּמִלִּים עֲרֵבִים :

Hoc eſt.

Depone Iram, & furorem; Deponē da ira.
Princeps corde, & exurge,
Et loquere cum ſapientia.
Verbis dulcioribus.

Aduertēdum autem, horum Rhythmorum ſingula Hemiſtichia ſolere in duas diſtribui partes, ita vt verſus integer quatuor pauſis conſtet, tres primæ inter ſe eodem Rhythmo connectuntur; vltima vero cum nulla ſuperiori conuenit, ſed cum alia vltima, et poſtrema ſequē- Hemyſtichij Rhythmorum

tis

tis carminis, vt iſta. Quamquam tacet, multis placet, Raro iacet, vir Optimus. Quicquid loquetur, deſpicietur, nec coletur peßimus.

Secundo aduertendum ne cum imperitis in Rhythmi eis componendis, litteras ſimiles quæ ſunt eiuſdem ſoni confundamus, vt cum כ : ק *& alias huiuſmodi litteras. Quod quidem doctis maxime diſplicet.*

Hæc de poeſi et Rhythmis: reliqua (ſi lubet) videri etiam poſſunt apud Aiuonium de carminibus Hebræorum. Nobis ſatis ſit pauca iſta in ſtudioſorum gratiã collegiſſe adnotaſſeque. Supereſt nunc, vt vaſtißimum ſacræ ſcripturæ arcanorum pelagus, exiguo ſequẽtis decimi libri nauigio, Deo. Opt. Max. auſpicante ingrediamur.

LIBER

LIBER DECIMVS DE DIVINIS ARCANIS.

De Arcani Etymologia atq́ partitione. Caput primum.

VASTVM hoc diuinorum arcanorum pelagus enauigaturi, ſoluta iam è grammaticalium tractationum littore puppi: Hoc primo capite, arcani etymologiam, ſignificationem, partitionẽque, principio cõplectemur. Arcanum ergo latinis dicitur, quid ſecretum, abſcõditum, & occultum; quod nulli temere communicamus, nobiſq; tãtum reſeruamus. Et ſicuti ſecretum dicitur à ſecerno quaſi ſeparatum ſit à vulgari hominum cognitione, ita & Arcanũ dicitur ab Arca, in qua recluſa & recondita, ſecreta manent. Ea verò myſteria, quæ à vulgari hominum comparatione nimis ſunt diſtantia, & ſeparata; ſancta atque ſegregata dicuntur, vti præſtantiſſimus B. Arias Montanus poſt alios quãplures in ſuo libro d'arcano ſermone, oſtendit. Accedit illud [a] Matth. 7. verſ. 6. nolite ſanctũ dare Canibus,[b] & Luc. 1. 15. ibi quod ex te naſcetur ſanctum, &[c] Leui. 11. verſ. 44. ibi ſancti eritis mihi quia ego ſanctus ſum. Vide patres citatos ab Authore Siluæ Allegoriarũ Dictione ſancire & ſanctus, & Berchorium pictauiẽſem in 3. parte ſui dictio. dictione ſanctus, & Polyantheã eadem dictio. Adde incognitum pſal. 85. verſ. 1459. & pſal. 144. verſ. 2525. Hinc ſane dicitur Chriſtus Dominus, & Saluator Noſter, Nazaræus. i. ſeparatus à turba coinquinata, & à vulgaribus operibus, vide [d] Rupertum Abbatem in Numerorum. Commentarijs atque [e] Tertulia. aduerſus Marcionem, & ibi Renatum lauren

Arcanum quid latinis dicat.

Secretum & Arcanũ vnde deriuentur.

Miſteria ſancta cur dicantur.

a Matt. 7. 6.
b Luc. 1. 15.
c Leui. 11. 44.

Nazarçus i. ſeparatus dictus D. N. Ieſu Chriſtus.

d Rup Abb. in 6. Num. caput tom. 1 cap. 11. & ſeq. pag. 341. e Tertulianus lib. 4 pag. 192. & in nubis eodem l.b. 4. cap. 8 pag. 839. tom. 3. pag. 888.

Laurentium,& Pameliū poſt a D.Hieronymū in Matth. ſuper illis verbis euangeliſtę, quoniam Nazaræus vocabitur. Vnde Chriſtiani primitus Nazarę i vocabantur vti apud D.Hiero.& alios videre eſt. Arcanum ab Hebræis dicitur סוד ſod,& b ? lat. i. quid velatū, & abſconditum:vide nouiſſimum pagnini c Theſaurum.Græcis dicitur μυστεὶον .i. muſterion, à verbo μυω, quod eſt claudo. Muſterion profero,& non Myſterion,obſeruata veterum genuina, & vera proferendi ratione, qua η pro è longo, & υ pro u. proferebant, vti ſuperius lib. 1. cap. 20. admonuimus. Eſt ergo gręcis muſterion, ſiue myſterion, Arcanū,ſacramentum,ſub quo arcani aliquid latet, quodq; nephas eſt vulgo efferre. Legere libeat d Clementem Alexandrinum in illa ſua oratione adhortatoria ad gentes,vbi ſic ſcribit: Mihi autem videtur oportere dare etymologiam horum vocabulorū,orgia,& Myſteria. Orgia quidem dicuntur ἀπὸ τῆς ὀργῆς hoc eſt ab ira Cerę ris in Iouem. Myſteria autem ἀπὸ τοῦ μύσους, hoc eſt ab execratione,& abominatione quæ accidit circa Dionyſium. Quod ſi etiam à Mæonte quodam Attico,quem dicit appollodorus,interijſſe in venatione,nulla eſt inuidia,veſtra Myſteria ſepulchri honore eſſe affecta.Poſsūt autem aliter quoque intelligi μυστήρια quaſi μυστήρια litteris exaduerſo ſibi reſpondentibus θηρῶσιν .i. venantur enim ſi vllæ aliæ huiuſmodi quoq; fabulæ,ex Thracibus, Maxime barbaros:ex phrigibus,amentiſſimos:ex gręcis ſuperſtitioſos. Pereat ergo qui huius fraudis fuit princeps & Author hominibus,&c. Hęc Clem. Alexandr. Sed tamen his adde Gregoriū e Gyraldū,qui de Orgiæ, & Myſterij ætymo, aliter ſentire videtur. Hæc autē arcana Myſteriorum diuinorum ratio non ſolum proprie diuinis,& eccleſiaſticis ſacramentis,& arcanis cōuenit, vt 1.q.1.canone multi ante mediū.Sedet colēdiſs. Miſſę ſacrifitio,à priſcis,& recētioribus accōmodari ſolet. Illud

a D.Hiero in Matth. c.2. lib. 1. to 6. pag. 6. uid Io. lang.in ad notat Iuſtini Marty.tom 2. pag.228.

b Vid.Hier. in Eſai. c. 52.tom 4. pag 367. & Marc-nū Marti. li.2.hypotypos c 3. poſt epipha.aduerſus Nazarę os lib 1. to. 2 pag. 35. hæres. 29.& Iuſt. de verita-te chriſtia. religio to. 2.pag. 52. & 187.vbi Ioānes lāgus.

c col. 1213. 1760. & dictio hebręū Mag. Foſterij. pag. 404.

d Clem. Alexādrin⁹. pag. 9. in oratio. ad gentes.

e Gregor. gyral. de dijs gētiū. pag. 414. linea 9. & 464.& de ſymbolis pytagh. pag. 493. ſub finem vbi ſic habet παρὰ τὸ μύειν τὸ στόμα, hoc eſt à claudere os dicebantur. Nam in ſacrificijs os claudi iubebatur.

lud per excellentiá, reconditi cæleſtis arcani Myſteriũ appellantes. Græci patres τελετῶν τελέτη dixerunt: hoc eſt, Secretum Secretorum, Sacramentũ Sacramẽtorum, Myſterium, Myſteriorum, Arcanum, Arcanorum. De qua re videndus eſt Dionyſius Areopagita in libro de Eccleſiaſtica hierarchia qui huius rei eam rationem aſſignat, nempe quod nullũ fere hierarchici ordinis ſacramentum, ſine diuina Euchariſtia perficitur. Vnde in cõſtitutionibus apoſtolorum à [a] Clemẽte Romano con geſtis Miſſa Myſterium dicitur. Vide [b] D. Chryſoſtom. ſuper Io. & in Epiſtola ad [c] Corinth. Auguſtin. etiam in libro de viduitate, adde Anaſtaſi.[d] ſynaitam in examero ſuo. Claudium Epiſcopum de nominibus Miſſæ. poſt Sot. [e] in 4. & noſtrum minoritam, & comprouintialẽ Patrẽ [f] Alphonſum a Caſtro aduerſus hereſes. Accedit Iacobus [g] Pamelius in adnotationibus ad D. Cyprianũ, vide [h] Hugonẽ de ſacramentis, & [i] D. Thomam in tertia parte ſummæ. Præterea Arcanum etiam à Græcis dicitur ἀπόρρητον. Vnde ἀ ἀπόρρητα ῥήματα, ideſt Arcana verba apud D. Paulũ [k] 2. ad Corinth. 12. verſ. 4. [l] D. Auguſtinus de verbis Domini, legit ineffabilia verba, quippe quia arcana fari nequeunt, præſertim illa quæ ipſe raptus vidit. Arcana, vt puto triplici partitione diſtinguũtur. Alia namque ſunt ſacra, atque diuina, Alia Magica ſiue naturalia, occulta Naturæ ſecreta, & rerum naturalium uires ſiue propietates complectentia, alia humana, & inter homines vſitata. Illa vero Magiæ ſuperſtitioſæ arcana, & quamplurima alia, Dęmonum ſuperſtitioſorũ magis quàm hominũ ſunt commẽta, vti [m] Clemens Alexandrinus ait, atque Delirantium Rabinorum amentiſſima deliria, ſomniaq; uaniſſima. Præterea Myſteria, ſiue ſymbolica Arcana quibus, Aegyptij, Chaldæi, Gręci, &alio-

EEe 2

Myſteriũ Myſterio-rũ, Arcanũ Arcanorũ, Secretum Secretorũ dicitũ miſſa.

Nullũ ferũ ſacramentum ſine Euchariſtia pficit.

a Clemens Rom. lib. 8. cap. 21.

b Chryſoſtom. homil. 77. ca. 16.

c ad Corin. 15. homil. 41. & in Matt. homil. 24.

d Anaſtaſius Synaita. pag. 1568. in appendice bibl. SS. patr. caſ. to. 4. bibl. SS. patr. pag. 11. & ſeq.

e Sott. in 4. diſtin. 8. q. vnica.

f Alphõſus

f Caſtr. lib. 10. pag. 651. dictio. miſſa. g Iacobus Pamelius. pag. 152. col. 1. & ſeq. & 472. col. 1. h lib. 11. i D. Thom. 3. par. q. 83. art. 4. k 2. ad Corin. 12. 4. l D. Aug. ſerm. 38. cap. 5. to. 10. pag. 55. col. 2. m Clemens Alexan. in orat. adhort. ad gentes pag 9.

& aliorum gentiliũ Nationes vtebantur, cum nec Diuina, nec naturalia ſint, humana, ſeu, potius Diabolica, haud dubię, cenſenda ſunt; proculque à noſtris arcenda liminibus. Ea verò optime confundit Clemens Alexandrinus loco adducto, atque late [a] Euſebius de Euãgelica præparatione. De his Myſterijs gẽtilium vide [b] Iamblicum in libello de Myſterijs ægyptiorũ. Quis autem primus arcanorum Author Inuenctorque fuerit inferius cap. 3. manifeſtatur. Vnũ tamen adhuc eſt aduertendũ Arcanum, ſecretum, Myſteriũ, & ſacramentũ, ſynonima eſſe vt [c] prouer. 11. verſ. 13. ibi qui ambulat, fraudulenter reuelat arcana. Vbi chaldaica paraphraſis ꝓ arcano, poſuit ſecretum. Qui accuſator, (inquit, eſt) reuelat ſecretum. ſimiliter [d] prouer. 25. verſ. 9. ibi, & ſecretum ſuum, ſiue Arcanum tuum, extraneo ne reueles. [e] Et pſal. 88. vers. 8. vbi pro eo quod noſtra vulgata habet. Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum, [f] D. Hiero. tranſtulit, in arcano ſanctorum, cum ſod, in hebræo textu poſitum, arcanum, & conſilium ſignificet, quod quidem ex ſua natura eſt occultum, ſeu occultatum, atque ſecretum eſſe debet. Ac proinde Chaldaica paraphraſis ſic habet. Deus fortis ſecreto ſanctorum. Idem etiam [g] eccleſ. 27. verſ. 24. ibi denudare autem amici miſteria. deſperatio eſt animę infelicis. Septuaginta; ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια ἀπώλεσε πίστιν, ideſt qui reuelauit arcana perdidit fidẽ. [h] Primo etiã paralipo. cap. 15. uerſ. 20. ibi cantabant arcana, vbi 70. pro arcana, ſic ſubſtituerunt τὸν κρύφιον, quod etiam ſignificat, quid occultum, ſeu tectum, & abſconditum: ſic [i] Eſ. 45. 3. vbi noſtra vulgata habet; Dabo tibi Theſauros abſconditos, & arcana ſecretorũ. Sept. dixere theſauros tenebroſos abſcõditos; eodem vtentes nomine. [k] Clemens Alexãdrinus legit, theſauros, abſconditos, obſcuros, inuiſibiles, & occultos. Vbi etiã explicat qui ſint hi theſauri, diuitięq; abſcõditę. Targum habet; Theſauros qui ſunt in tenebris, & ob-

ſtruſas

a Euſebius li. 5. 2. & 3. latiſſ.
b Iãblicus pag. 145.
Arcanum ſecretum, Myſteriũ, & ſacramentum, ſynonima.
c prouer. 11 13.
d prouer. 25 9.
e Pſal. 88. 8.
f D Hiero. ſ. pſal. 88.
g Eccleſ. 27 24.
h primo paralip. 15. 2.
i Eſ. 45. 3.
k Clem. Alex. lib. 5. ſtro. pag. 354. & 365.

ſtruſas opes, vide Tertulia. [a] aduerſus Marcionem. Hinc Arcanus, ſiue Myſticus ſenſus ideſt reconditus, & occultatus, iuxta illud Aeneidos. 4. Arcanos etiam tibi credere ſenſus. Appellatur prætereà arcanum teſtimonium ideſt ſecretum & interius vnius cuiuſque mẽtis iudiciũ. Qua in re falſo Nouatores hæretici aſſeuerant, Arcanũ ſpiritum vniuſcuiuſque ſufficiens, & idoneum eſſe ad diſcernendum dijudicandumque, de Sacrę ſcripturę ſenſibus, atque de quo vis alio Dogmate. Huius erroris confutationẽ vide apud doctiſſimum noſtrum Minoritanum Fratrẽ [b] Michaelem Medinã, de recta in Deũ fide, & latius [c] apud Stapletonum in methodica principiorũ fidei demonſtratione. Sacramentum quoque pro arcano paſſim in ſcriptura reperies, præſertim [d] Tobiæ 12. verſ. 7. ibi Sacramentum regis abſcondere: vbi Deo dante latius dicturi ſumus. Accedat interim D. Paulus Adephes [e] 1. 9. vbi vulgata noſtra ſacramẽta poſuit pro myſterio; Syriaca interpretatio vtrumque complectens ſic ſcribit. אֶרְזָא, Arzo ideſt arcanum ſiue ſecretum. Vide Fabritium [f] Boderianum in ſuo Syro Chaldaico Dictionario. D. Paulus etiam [g] 1. ad Corinth 4. verſ. 1. Diſpenſatores Sacramentorum Dei, diſpenſatores Myſteriorũ Dei appellat. Syriaca interpretatio habet, diſpenſatores arcanorum Dei. Idem videbis [h] apocalyp. 1. verſ. 9. ibi ſacramentum ſeptem ſtellarum, ideſt Myſterium vel arcanum. Vide Iamblicum de myſterijs ægyptiorum, ſacramentum pro arcano, & ſecreto etiam vſurpantẽ. Alia ab ſcholaſticis interpretibus de ſacramento tradita uide in 4. diſt. 1. q. 1. art. 1. & alia à ſanctis quibuſdam patribus de arcano adnotata. Sylua allegoriarum, Dictione arcanum late deducit, & cogerit. Hæc de etymologia, & ſignificatione arcani ſatis ſint.

[a] Tertul. li. 4. pa. 216. 6.

Arcanus ſpirit' nõ eſt ſufficiens ad diiudicandũ de ſacræ ſcripturæ ſenſibus.

[b] Frater Michael de medina li. 7. cap. 13.

[c] Staplet. cõtrouer. 5. li. 9. cap. 1

[d] Tobia. 12. 7.

[e] Adephes. 1. 9.

[f] Boderia. in Syro Chalda. dictio. pa. 16. col 2.

[g] 1. ad Corinth. 4. 1.

[h] Apocaly. 1. 9.

De Arcana Dei Opt. Max. incomprehenſibilitate. Caput II.

Dei incõprehenſibilitas.

HIs ergò vndecumq; prelibatis ad noſtra diuina Arcana Sermonem conuertentes, illico Deus ipſe Opt. ſemper Max. ſeſe nobis offert; Vbique præſentialiter, & eſſentialiter exiſtens. Quemquidem Arcanorum omnium immenſiſſimum pelagus, Myſteriorum abiſſum profundiſſimam, ſacramentorum ſpacioſiſſimum oceanum, atque peremnem ſecretorum fontem eſſe: Nullus ſanè mentis eſt qui non intelligat, qui non credat, Ac proinde incomprehenſibilem, & arcanam Naturæ ſuę diuinæ immenſitatem, Nulla humana ne dicam [a] Angelica ſapientia, comprehendere poteſt. Eſt namque (vti diuinus ille Dionyſius [b] Areopagita de diuinis nominibus teſtatur) ſuper omnes celeſtes mentes incomprehenſibili virtute collocatus: et paulo poſt; Et quia eſt (inquit) ſupra omnem ſubſtantiam ab omni cognitione ſegregatus. Idẽ Dionyſius [c] de cæleſti hierarchia De hac eadem Dei Opti. Maxi. incomprehenſibilitate in hunc modum loquitur. Aliquando ab eiſdem laudatur ſcripturis, ſuper ſubſtantialis, Deitas, honeſtiſſime, ac pene diuinè, dum in eius laude diſſimilibus vtitur ſignis, eamque inuiſibilem, infinitam, & incomprehenſibilem pṛdicant, ijs eam appellantes nominibus, quibus nõ quid ſit, ſed quid non ſit dicitur. Hoc enim verius (vt arbitror) in ipſa eſt, & de illa propriè magis aſſeritur. Nam ſicuti ſecretior illa ſacerdotaliſque traditio docuit, Dum illam eſſe negamus aliquid ex his quæ dicta ſunt, verum profecto loquimur, & ſi modum quo illa in definita eſt (quippe quæ ſubſtantialis, & imcomprehenſibilis, atque ineffabilis eſt) prorſus ignoramus. Tanta ergo eſt hæc incomprehenſibilitas, eiuſdem arcanę naturę; vt nec affirmationes ipſe, tantis arcanorum late-

bris

[a] D.Tho. 1. par q. 12. art. 7. & q. 56. art. 3. Scot. late in 2. ſent. diſt 8. q. 9. palati ibi diſt. 4. diſpu. 1. in fine adde ét Chryſ. de verbis Eſaię homil. 2. to. 1 pa. 1384. & Ludo. Cæli. Rhodigin. lib. 21. antiq. lectio. ca. 14. Adde D. Th. cõtra gẽtes c. 3.

[b] Dionyſius areopagita. c. 9.

[c] cap. 1.

bris congruant, conueniant. Accedunt quę Io.[a] Damaſcenus in libris orthodoxe fidei de ipſa Dei incomprehenſibilitate atque theologia negatiua docet. Et quę tradit Clemens[b] Alexandr. dum (inquit) ſi ergo ablatis omnibus quę adſunt corporibus, & his quæ dicuntur incorporea nos ipſos proiecerimus ad Chriſti magnitudinē & deinde in vaſtitatem immenſitatemq; ſanctitate proceſſerimus, ad intelligentiam omnipotentis vtrumque proceſſerimus, non quod eſt, ſed quod nō eſt cognoſcentes. Et uid. eundē Clem.[c] Alexan. loco pręcitato. Adiunge illis D.[d] Auguſtinum in tract. ſuper Ioannem, & in libro de cognitione veræ vitę (ſi is[e] liber eſt Auguſtini,) Vide etiam doctiſſimum noſtrum Hiſpanum Martinum Martines[f] cantapetrenſem in ſuo lib. Hypotyposeon. Nec aliena ab hoc loco iudicari debet, pulchra illa platonis ſententia, cuius Ludouicus[g] Cęlius Rhodiginus loco præcitato meminit. quę ſic ſe habet θεὸν μὲν τὸ ῥάδιον νόησαι δ᾽ ἀδύνατον, hoc eſt, Deum quidem inueniſſe haud facile eſt, intellexiſſe autem impoſſibile. Arcanam hanc, incomprehenſibilemque Dei naturam, Diuinus Almus ſpiritus nobis ſignificare voluit, cum Pſalm.[h] 17. 12. dixit: poſuit tenebras latibulum ſuum ideſt abſconſionem ſuam, vel ſecretum, aut arcanum: סֵתֶר ſatar, enim ibi poſitum, abſconſionem, & occultationem ſignificat, & conſequenter arcanum exprimi poteſt. Vid. Deut.[i] 27. 15. &[k] Iere. 47. 10. atque[l] pagnini Theſaurum nouiſſimum. Magiſtrum etiam Forſterum in ſuo[m] dictionario. Sed quę nam tenebrę illę ſunt: cum Deus ipſe vera lux ſit; omnem hominē; immo, & ipſammet ſolis lucem, & angelorum ſplendorem; illuſtrans atque illuminans? At nullę quidem alię ſunt, nec eſſe poſſunt, niſi incomprehenſibilitas hęc, & negatiua ignorantia. Porro cum Anima ad haſce diuinę cognitionis, diuinas tenebras peruenit: Deū ibi abſconditum

a Io. Damaſcenus li. 1. cap. 4. fol. 68. verſo. B.

b Clem. Alex. lib. 5. ſtrom. pa. 167. c

c pag. 170.

d D. Augu. tracta. 23. cap. 5. to. 9. pag. 84. col. 2.

e tom. 9. pa. 402. cap. 3 & 7. & de verbis do. to. 10. ſer. 38. vbi plura.

f Martinus cantapetrenſis li. 2. cap. 2. pag. 134.

g Ludo. Cælius Rhodig. d. lib. 21. cap. 34

h Pſal. 17. 12.

i Deut. 27. 15.

k Iere. 49. 10.

l Pagninus in ſuo theſaur. nouiſſ. col. 1844. m Forſterus in ſuo dictio. pag. 589.

a cap.7.

cęca videt,& ignorans agnoſcit. Audi [a] Dionyſium de diuinis nominibus ſic loquentem. Eſt auguſtiſſima Dei ſcientia quæ per ignorantiam ſcitur in coniunctione cum Deo, quæ ſuperat ſenſum; quando mens omnia alia tranſiliens, & ſe ipſam demum linquens, coniuncta fuerit lucidiſſimis radijs, inde atque illis inſenſibili ſapientiæ profundo illuſtrata. Hoc autem diuinæ ſapientiæ profundum, quo mens humana in hac ſublimi cum diuinitate illuſtratur coniunctione, non aliud videtur eſſe quam ſcire quid ſit Deus. Hæc Dionyſius. Cuius tamen ſententia vti recte Michael de [b] Palacios in ſuis ſcholaſticis diſputationibus aduertit. Accipienda eſt iuxta extaticam methodum, humanæ mētis uires ſuper gredientem, qua, ipſum, quod quid diuinum, hominibus raptis vitalibus functionibus ſuſpenſis, diuinitus elucet: non vero iuxta ordinariam theologię methodum, qua quidem attenta; quod quid diuinum, & quid ſit Deus, nobis nunquam elucebit. His tamen addenda videntur quæ Beatus [c] Maximus in ſuis centurijs conſiderans ſic ſcripſit. Aiunt ſapientes fieri non poſſe, vt ſimul quis experientiam Dei habeat ac de eo loquatur: aut Deum ſentiat, & eum mente concipiat. Sermonem autem de Deo (inquio) proportionem ſpeculationis ex creaturis Dei, cognitionem præbentis; ſenſum, ipſam quę participatione fit experientiam, bonorum ſupernaturalium: intelligentiam ex his quę ſunt, ſimplicem quandam de eo notionem. At forſitan etiam hoc in alio quouis perſpicuum eſt. Si quidem illius ipſius rei experientia, ſermonē de ea ſiſtit: & eius ipſius rei ſenſus, de ea conceptam intelligentiam quieſcere facit. Experientiam vero Dico ipſam operis faciendi cognitionem quę ſuboritur poſt omnem ſermocinationem,& ſenſum, ipſam rei cognitæ participationem, quę poſt omnem intellectionem emergit. Quod forte myſtice docens Magnus [d] Apoſtolus (inquit) ſiue profetiæ eua-

Extatis quomodo humanæ menti accidat.

b Palatius in 1 diſ.3. diſpu. 2. pa. 48 co. 1. i fine, et col. 2. in prin.

Method[a] extatica differt a methodo ordinariæ theologię circa Dei cognitionem.

c Maximus epus centur. 4. de virtu.& viti.c.31. in appēdice bibli. SS. patr. pag. 1319.

d 1.ad Cor. 13.8.

euacuabuntur, ſiue linguę ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur: loquens videlicet de cognitione, quæ ſita eſt in ſermone, & conceptione. Quę ſane conſideratio diuinis illis tenebris ſatis adaptari poteſt. Hinc ergo optime colliguntur, duæ illę indicationes ſiue modi quibus (authore [a] Cyril. in dialogo de Trinitate) Deus indicatur ſiue cognoſcitur. Primus eſt, cum Deum lucem dicimus ſeu vitam vel alia à quibus eſt. Secundus quando per ea à quibus non eſt vt cum negamus corruptibilem, & viſibilem. Conſonat his frequentiſſima illa theologiæ diſtinctio affirmatiua; Nempe, & negatiua, ſiue ablatiua. Cui etiam accedit alia ſymbolica ſiue arcana, quę quidem per ſenſibiles formas quas Dionyſius [b] ſacra velamina appellat, progreditur. Huc etiam pertinent omnia illa ſymbola, quæ Deo Opti. Max. Methaphoricè, & translatiue applicantur. Vnde iam aperte vides. Quid ſit Deum in tenebris latibulum ponere. Qualeſque, & quam lucidiſſimę illę tenebræ ſint in quibus ſanè diuina Dei Maieſtas, & Arcana Diuinitas lucidiſſimis tenebris agnoſcitur, & conſpicitur. Ac proinde pręcitat [c] Pſal. 17. verſ. 12. Targum, ſic tranſtulit: collocauit Maieſtatem ſuam in calligine. Scio, Euthymium, & pleroſque alios, locum illum aliter explicare, verum ſuperior expoſitio, & noſtro inſtituto, & D. Ioan. Damaſcen. loco præcitato, menti, conſonantior eſt. Hinc etiam intelligemus cauſam, ſiue rationem quare Euangelicus Propheta Eſaias [d] cap. 45. verſ. 15. Deum; Deum abſconditum dixerit; ibi vere tu es Deus abſconditus, vel qui ſe abſcondit, vbi participiũ illud מִסְתַּתֵּר Miſtatar, quartæ coniugationis, ſignificat abſconditum, & ſecretum. ſecretiſſima namque res eſt ipſe Deus omnium intellectum maxime fugiens. Qua de cauſa lucem habitare inacceſſibilem Paulus ait [e] 1. ad Tim. 6. verſ. 16. vid. Reuerẽdũ Patrẽ [f] Alphonſum à caſtro in libro aduerſus herçſes vbi illud 3. Reg. [g] cap. 19. 23.

D. Opt. Max. duę indicationes.

[a] Cyrill. li. c. 1. to. 2. pa. 365.

Theologia duplex affirmatitiua & negatiua.

[b] Dionyſi⁹ de diuinis nominib⁹ cap. 1.

[c] Pſa. 17. 12

[d] Eſa. 45. 15

[e] 1. ad Tim. 6. 16.

[f] Alphõſus à caſtro li 5. 10. 1. pa. 327. dictione Deus

[g] 3. Reg. 19. 23.

19. 23. De Helia vultum pallio cooperiente; ad hanc ſecretiſſimam incomprehenſibilem Dei Maieſtatem refert. Proinde cum in caligine habitare dicatur 2. paralip. [a] 6. verſ. 1. quidditas ipſius Dei à nobis in caligine ſecretiſſimaque incomprehenſibilitate occultari intelligitur. Et ſi eius diuinitas omnibus nota ſit. Quis enim Deum Diuinum, & omnia ſuper tranſcendentem ignorat? Septuag. pro abſcondito, tranſtulere: & non nouimus; quomodo etiã [b] Cyrillus ibidẽ legit. Sed minimè nouimus ſeu cognouimus quæ occulta ſunt, & minus quæ occultiſſima, ſicque ſep. à vulgatæ ſenſu non diſcrepant. Vnde merito de hac abſconditiſſima Dei notitia, dici poteſt illud, quod ſanctus. [c] Iob. de diuina ſapientia pronuntiauit. cap. 28. verſ. 12. ibi; ſapientia vero vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ? Idem [d] cap. 11. 8. vbi forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies? excelſior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terris menſura eius, & latior mari. Quibus tropis & loquendi modis, docet impoſſibile eſſe vt illius arcana, & ſecreta comprehendamus. Septuag. ibidẽ ſic habent. Nunquid veſtigium Domini inuenies, aut ad vltima uenisti quæ fecit omnipotens. Excelſum Cęlum & quid facies? profundiora autem his quę inferno quid noſti? Aut longiora menſura Terræ, aut latitudine maris. Targum; Nunquid inueſtigationem Dei inuenies; aut vſque ad fines omnipotentis reperies; in altitudine Cæli quid tu facies? In lege quæ profundior eſt inferno, quid, tu ſcies? cuius menſura longior eſt Terra, & latior mari. Sed nos noſtræ vulgatæ adherentes lubenter D. [e] Gregorij ſententiam in huius loci explicatione repetemus. Quod Deus (inquit) cælo excelſior, inferno profundior, terra longior, marique latior eſſe deſcribitur: tanto ſpiritaliter debet intelligi, quanto de eo quicquam nephas eſt iuxta cor-

porea

[a] 2. Paralip. 6. 1.

Quidditas Dei abſconditiſſima.

Diuinitas Dei notiſſima.

[b] Cyrillus to. 1. pag. 412.

[c] Iob. 28. 12

[d] Iob. 11. 8.

Septuaginta.

Targum.

[e] D. Greg. Magnus l. 10. Moral. cap. 7.

Quid ſit Deũ cælo excelſiorẽ ex terra mariq; latiorem.

porea lineamenta ſentire. Sed cælo eſt excelſior quia incircumſcriptione ſui ſpiritus cuncta tranſcendit. Inferno profundior quia tranſcendendo ſubuehit. Terra longior, quia creaturæ modum, peremnitate ſuæ eternitatis excedit. Mari latior, quia rerum temporalium fluctus, ſic regens poſſidet, vt hos ſub omnimoda potentię præſentia coanguſtando circundet. Et rurſus: Excelſior, itaque eſt cælo, quia ipſi quoque electi ſpiritus, viſionem tantæ celſitudinis perfecte non penetrant. Hæc ille. Cui ſatis annecti poſſent quę Gregorius Nyſſenus de magnitudine, & amplitudine Dei diſſerit in oratio. prima, in verbis illis faciamus hominem. Eo etiam teſtimonio Iob pręcitato cap. 11. verſ. 8. cum ſeq.. Scholaſtici noſtri interpræetes vtuntur, vt oſtendant Deum eſſe extra mundum de qua. q. vide Seraphicum noſtrum Bonauenturam,[a] Baſilium, Nazianzenum, & alios quos diligens & perdoctus Magiſter Michael de Palacios [b] adducit. Vnde Baruc. [c] propheta cap. 3. verſ. 29. ita ait. Quis aſcendit in cælum, & accepit eum, & eduxit eum de nubibus? quis transfrætauit mare, & inuenit illam. & attulit illam ſuper aurum electum? non eſt qui poſſit ſcire vias eius nec qui exquirat ſemitas eius. Verum, & ſcire, & intelligere, atque credere, Deum Opti. Max. incomprehenſibilem eſſe (theſtante D.[d] Bernard. in libris de conſideratio. ad Papam Eugenium) erit ipſum, nouo quodam modo comprehendere; atque immenſitatis eius pelagum, ebibere. Ait igitur. Incomprehenſibilis eſt Deus, ſed non parum apprehendiſti ſi hoc tibi de eo compertum eſt, quod numquam ſit, qui non clauditur loco, ſuo autem ſublimi, atque incomprehenſibili modo, ſicut omnia in ipſo, ſic & ipſe in omnibus eſt. Denique ſicut ait euangeliſta in mundo erat, alias vero vbi erat antequam mundus fieret? ibi eſt: non eſt quod quęras vbi erat? Pręter ipſum nihil erat, ergo in ſeipſo

Deus extra mũdũ.

[a] D. Bonauẽtura in 1. diſt. 37. par. 2. art. 1. q. 3.

[b] Palati. in 1. diſt. 37. diſput. 2.

[c] Baruc. 3. 29.

[d] D. Bernardus lib. 5. cap. 6. fol. 213. verſo col. 1.

Nou⁹ modus cõprehendendi Deũ eſt incõprehẽſibilem eũ agnoſcerẽ

De⁹ ante mũdũ conditũ erat in ſeipſo, & ſe ipsũ diligebat.

ſe ipſo erat. Hoc vltimum etiam [a] D. Auguſti. corrupte alias à [b] Michaele de Palacios citatus in libro de fide contra manichęos,& in pſalmorum enarratione aſſerit. Vnde conſtant D. Opt. Max. ante orbem conditum in ſe ipſo fuiſſe, nec tunc ocioſum extitiſſe cum ſe amaret, atque intelligeret. Illum vero modum comprehendendi Deum minime. [c] D. Chryſoſtomum latuiſſe credas. Ille namque de incomprehenſibili Dei natura, eloquentiſſima comparatione propoſita; Anomęos hęreticos eloquentiſſimè redarguens, ſic ſcribit. Verum quoniam non propter inimicitias agimus, ſed quo eos doceamus, & emendemus Agè benigne id etiam oſtendamus. Non eos qui neſciunt quid ſubſtantiæ Deus ſit, ſed eos potius qui ſcire contendunt, Deum ignorare. Dic quæſo, ſi inter duos orta altercatio eſſet de Cęli magnitudine; quorum alter negaret hominis oculum rem poſſe percipere: alter contenderet fieri poſſe vt palmo ſuæ manus facile metiendo totam molem traſmitteret. Quem cæli nouiſſe dixeris magnitudinem? Eum ne qui ſcire contendit, quot palmos cæli ambitus compleat, an eum qui neſcire confitetur? Hunc prorſus. Quod ſi qui cęli amplitudini cedit, hic potius nouit eius magnitudinem; longe omnino abſit, vt is mente ſit ſanus, qui in Dei immortalis ratione ne tantillum cenſeat temperandum. Requiritur certæ à nobis vt eſſe Deum ſciamus, non vt quid ſit Deus indagemus. Quod [d] Paulus doctor eximius docet, cum dicit: credere enim oportet eum qui ad Deum accedit, quia eſt. Propheta item cum impietatis quempiam argueret, non crimine aſſignat quod neſcit quid Deus ſit, ſed quod Deum eſſe ignoret, quippe ita ſcribat, [e] Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Igitur vt ille impius eſt non quia Deum quid ſubſtantiæ ſit ignorat; ſed quia neſcit Deũ eſſe, ſic ſatis ad pietatẽ eſt ſcire Deũ eſſe. Is ergo Deum melius ſcit, qui neſcit, quam qui curioſe quid ſit, inueſtigare cõtendit. Nec

diſtat

[a] D. Augu. to. 6. pag. 240. cap. 37. & pſal. 122. to. 8. pag. 592. col. 2.

[b] Michael. de Palacios in 1. ſent. diſt. 37 diſpu. 2.

[c] D. Chryſoſtomus homil. 4. to. 5. pag. 1082. in fin. cũ ſeq.

De cæli magnitudine al ercantes.

De' ſciendus, & nõ quid ſit indigandus.

[d] ad Hebr. 11. 6.

Nõ eſt crimen Deũ quid ſit ignorare ſed quod nõ ſit ignorare.

[e] Pſal. 13. 1.

Google

diſtat ab hac ſententia [a] Origenes in libro primo periarchon, vbi aptiſſimis ſimilitudinibus Dei incomprehenſibilitatem demonſtrat. Sed his relictis, veniamus ad D. [b] Gregoriũ, qui in libris Moraliũ ſic diſertiſſime diſcurrit. Secreta eius ſapientiæ pauci valent inquirere; ſed nullus inuenire: quia quod ſuper nos, de nobis ab immortali ſapientia non iniuſte diſponitur, iuſtum profecto eſt, vt à nobis adhuc mortalibus ignoretur. Sed hæc ipſa ſapientiæ illius ſecreta conſpicere, vtcunque iam incomprehenſibilitatis eius eſt potentiam videre; quia etſi in ipſa conſiliorum eius inquiſitione deficimus deficiendo tamen verius diſcimus, quam timeamus. Ad hæc ſe [c] paulus ſapientiæ illius ſecreta tetenderat, cum dicebat, O altitudo diuitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: quam incomprehenſibilia ſunt iuditia eius, & inueſtigabiles viç eius. Quis enim cognoſcit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Qui ſuperius etiam de ipſa inquiſitione laſſeſcens, ſed tamen ad cognitionem infirmitatis proprie laſſeſcendo proficiens, pręmittit dicens: O homo tu quis es qui reſpõdeas Deo? Nunquid dicet figmẽtum ei qui ſe finxit, quare me feciſti ſic? Qui igitur ad occulta Dei pertingere non valens ad infirmitatis ſuæ cognitionem redijt, atq; ad eruditionem ſe propriam deficiendo reuocauit, vt ita dicam, ſecreta ſapientiæ non inueniens, inuenit. Quia cum ad ſuperna conſilia requirenda laſſeſceret, didiſcit vt humilius timeret: & quem ſua infirmitas à cognitione intima repulit, hunc ei verius humilitas iunxit. Hæc D. Gregorius. Recte ergo [d] Clemẽs Romanus Pontifex in Epiſtola ad Iacobum Fratrem Domini, & [e] Venantius honorius in exageſi ſymboli Apoſtolici tradiderunt: Nomen Dei ſecreti ſacramenti vocabulum eſſe. Ait enim Clemens: Deus ergo pater ſecreti ſacramenti vocabulum eſt, cuius veri filius eſt verbum, & ſpeculum & character, & imago viuens, patris viuentis in omnibus patri

ſimilis

a Origenes. cap 10 to. 1 pag. 422 col. 1. & 423. col. 1

b Gregori⁹, lib 10. cap. 14. tom. 1. pag. 257. in line & ſeq.

Secreta diuina ignorare & conſpicere eſt incomprehẽſibilitatis ei⁹ potentiã videre.

Deficiẽdo in inquiſitione conſiliorũ Dei diſcimus.

c ad Rom. 11. 33.

Secreta ſapientię diuinę non inueniendo, inueniuntur.

d D. Clemens Romanus ſũ. Pont. fol. 138.

e Venanti⁹. in appẽdi. bibl. ſanctor. Patr. to. 3. pag. 232. col. 4

Deus ſecreti ſacramẽti vocabulum eſt

ſimilis,eiuſdem Naturę in Diuinitate genitus,& genitori per omnia œqualis. Nec quæratur quomodo genuit filium,quod & Angeli neſciunt Prophetis incognitũ eſt, generationem eius quis enarrabit? Quam ſecretam originẽ cum proprio filio nouit ipſe ſolus qui genuit. Nec Deus à nobis diſcutiendus eſt ſed credendus. In nobis ipſis neſcimus quod ſapimus; Quomodo ſapientia ingenium, aut intellectus aut conſilium,aut mens noſtra generat verbum.Hæc Clemens Ponti.Ro.Nec etiam minus elegãter dici poſſet hoc Dei mirificum vocabulum: Theſaurum, quemdam Arcanorum: Minerariumque Myſteriorum eſſe,ex quo quidem ſignificationum & ſacramentorum opes;non ſolum Theologorum noſtrorũ ſchola;ſed etiam ipſi hebręorum & gentilium ſapientes effoderũt. Adiunge interim dum illius nominis arcana inferius pertractantur.D.Auguſt.de doctrina Chriſtiana de huius vocabuli magnitudine atq; myſterijs, & Greg. c Nyſſen.in canti.& d Clemẽtem d Alexãd. Conſidera tamen illam Hiere- authoritatem,quę ſuperioribus ſatis ſuffragatur.Dum cap.32.vers.18. ſic ait:fortiſſime, Magne & potens,Dominus exercituum nomen tibi Magnus in conſilio.& incõprehenſibilis in cogitatu. Quaſi diceret.O Domine quãta magnitudinis,potentię,& fortitudinis potentię & fortitudinis tuę, incomprehenſibibilia arcana: Hoc tuum Diuinum Nomen comprehendit atque cõplectitur.Cęterum 70. interpretes ita eo in loco tranſtulere.Magnus conſilio,& potens operibus.Pagninus conſentit cum alijs.Targum:cuius conſilia ſunt magna & multa opera;cui interpretationi occaſionẽ prębuit,Dictio illa רב Rau.Quę multitudinem,& magnitudinem ſignificat;ſed cum hæc Dei magnitudo exacte, comprehẽdi nequeat, nec vlla cogitatione aſſequi,vllove ſermone vnquã explicari: iuxta illud Iob.36.23.quis poterit ſcrutari vias eius & verſ.26. ecce Deus magn⁹ vincens ſcientiam noſtram, Numerus annorum eius in

extima-

a Eſa. 58. vers,

Vocabulũ De⁹ Theſaurus arcanorum & mynera rium myſteriorum

b D. Aug. cap.6.&7. to.3. pag. 5.col.2.

c Gre.Nyſſe.in cant. homil. 2. pag.449.

d l.5.ſtrom. pag.170.

e Iere. 38. 18.

f Iob. 36. 32.

extimabilis. Chaldaica Ecce. De⁹ magn⁹ eſt, & neſcimus & numero annorum eius nõ eſt finis. Septuag. Et non cognoſcimus numerum annorum eius, & infinitus. D. Hieronymus incomprehenſibilem pro magno poſuit, explicãdo qualis ea Dei magnitudo ſit; & pro eo quod ipſi dicunt, opere, iure cogitatum ſubſtituit, cum הָעֲלִילִיָּה hagaliliah ſimul ſignificet opus, & cogitatus animi atque meditationes, iuxta ſui thematis ſignificationeum vt in dictione עָלַל ghalal videbis. Porro vt hoc in articulo arcanę Dei incomprehẽſibilitatis, diligens, & ſtudioſus lector abſq; nimio reuoluẽdi patrum ſententias, labore: pręcipuas facilime habeat, videre poterit pulcros, magnique momẽti diſcurſus nõ ſolum apud. D. [a] Auguſtinum in ſermonibus ad fratres in heremo, & de expoſitione fidei, atq; de verbis Dñi: ſed & etiã apud D. [b] Chryſoſtom. dę incomprehenſibili Dei natura, & [c] Cyprianũ in præfatione libri de Cardinalibus operibus Chriſti, & Clementem Alexandr. [d] atque Beatũ Maximũ [e] in ſuis cẽturijs & Græg. [f] Nyſſenũ in eccleſiaſten. & Greg. [g] Nazianzenũ, & eius ſcholiaſtem in 2. oratio paſchæ. Adde Iuſtinum Martyrem qui difuſe, & elegãter loquitur in libro [h] de expoſitione fidei orthodoxe, & Bernardũ [i] in libro de paſſione Domini & in ſermonibus de capite Ieiunij; a quibus cũ opus ſit plura mutuare poteris. Adiũge etiam qua plurima, quę ex græcis & latinis vetuſtioribus, recentioribuſq; auctoribus, diligentiſſime congerũt Dominicus Nanus Mirabelius ac Barthol. Mantius in ſua polyãthea dictione [x] Deus & Berchorius pictauienſis eadem dictione 1. parte ſui Dictionarij Moralis.

Chaldaica.

Vulgata noſtra.

a D. Aug. Ser. 15 & to. 3. pa. 13. & de verbis Domini ſer. 38.

b D. Chryſoſtom. Homil. 1. to. 5. pa. 1048 & 1050. & 1055. & 1018. & homil. 3. pa 1063. & 1070. & in homil. 4. pag. 1072.

c D. Cyprianus pag. 444. col. 1.

d Clem. Alex. lib. 5. ſtrom. pa. 165. & 69

e Maximus In appẽdice. bibl. SS patr. pag. 1294. cap. 92.

f Greg. Nyſſe homil. 8. pag. 216. cum ſeq. g Greg. Naz pag. 434. & 195. h Iuſtinus Martir. tom. 3. pag. 13. i D. Bernardus c. 17. fol. 282. verſ. col. 1. g. ſer. 2. fol. 26. verſo col. 1. littera h. x pa. 210. vſq; 224.

De

De diuinorum arcanorum primæua reuelatione & origine. Caput. III.

a Iuſtinus martir. d. fidei expoſitione. to. 3. pag. 13.

Audax temeritas & præceps arrogãtia eſt, diuinarum intelligentiam rerũ. ſibi arrogare.

Arcana diuina plane eſſe ineloquibilia.

b Pſal. 138. 6.

Reb. diuinis quaſi uiá decedere pij viri eſt.

Diuina quantum ad religionem pertinét ſecura inquiſitione indagãda ſunt.

Deitas ſicet ſit nobis incomprehenſibilis nõ tñ eius inueſtigatio ꝓ captu noſtro deſidioſe omittenda eſt.

NVllus ergo (vt elegantiſſimis verbis [a] Iuſtini Martyris vtar) ad vecordiam tã erit præceps, & audax, vt ſibi ipſi teſtimonio ſuo, abſolutam rerum Diuinarum arroget intelligentiam; Illico autem, & nos Arcana plane eſſe ineloquibilia ſcientes, Dauidis [b] ad rerum uniuerſarũ Deũ verba protulerimus. Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me, confortata eſt & non potero ad eam. Atq; hæc quidem docere ſanctum eſt, & ſentire ſanctius, rebus etiã Diuinis, quaſi via decedere τῆς θείας παραχωρεῖν pij, & prudentis fuerit viri. Quamobrem Diuina, quantum & ad ſecuram inquiſitionem ſatis eſt, & ad veræ Relgionis cultum piè decet, conſiderabimus. Non enim quod deitas intelligẽtia noſtra plane ſit incomprehenſibilis, propterea par eſt nihil nos de ea omnino ſcrutari, ſed in deſidia vitæ huius conſumere tẽpus. Proinde iuxta menſuram à Domino cuilibet tributam ſtudioſe quiſque cognitionem inueſtigare debet: quod quidem exactam ſcientiam conſequi non ſit, perſuaſum habentes: quantũ autẽ pro captu noſtro poſſumus, nos ipſos illi per contẽplationẽ adiungentes. Hæc Iuſtinus. Sed quonam Duce, quoue lumine abſcõdita Diuinæ caliginis latibula, & occulta arcana inueſtigabimus? Quo nam Magiſtro, quo Doctore, earum cognitionem & intelligentiã conſequemur? Niſi eo ipſo abſconditiſſimo Deo Magiſtro, atque Doctore ſapiẽtiſſimo, cuius quidem luce (ut pſaltes [c] diuinus ait,) illuminati, veræ cognitionis lumen videamus. Solus namque ipſe ſeipſum melius cognoſcẽs apertius intelligens, & exactius comprehendens, quam ullo quæat ſermone explicari: arcana ineffabilia, obſtruſa myſteria, & recondita conſilia, etiam ante omnem

uiſibilem

Deus ipſe Mag[i]ſter Doctor & lumen noſtrum, ad eius Arcana pertractanda. c pſal. 35.10.

Reuelauit arcana etiam antequã ſenſibilẽ vitam & viſibilẽ conderet creaturã.

viſibilem, & ſenſibilem creaturam conditam; Reuelare atque pandere voluit. Sicuti vero omnia flumina quantumcumq; [a] exigua (vt ſcriptura teſtatur.) mare intrant eiuſq; aquarum immenſitatem ebibunt, indeq; ſatiata, iterum fluunt: Sic quidem, intelligentię illę diuine, & hominum mentes, Diuinum, diuinæ arcanęq; ſapientię mare, per reuelationem, & contemplationem ingrediuntur, indeque cognitione ſatiatæ, iterum fluunt, & influunt. Sed quid ſicca Flumina Diuinū mare ingredientia conſidero? cum potius videam ipſummet profundiſſimū arcanorum Oceanum, fluminum natura quaſi mutuata, intelligentiarum angelicarum flumina, & humanarum mentium ripas ingredientem Arcanorū quæ ſuorum innundinatione, & reuelatione mirabili inundaſſe? O Res Mirabilis, & Miranda naturarum reciproca, atq; beneuola quędam (vt ita dicam) commutatio. Immenſum Mare, exiguiſſimorum fluminum, exiguiſſimam aſſumit, Naturam: flumina vero ipſa iam iam veluti profunda, & immenſa maria, arcanorū reuelationibus, & myſteriorū aquis profluunt redundant. Sed ne ſuperior hæc noſtra conſideratio iſque conceptus Sacræ Scripturæ teſtimonijs, aut Patrū deſtituatur authoritatibus, citare libet in primis D. [b] Thomam quem cęteri Theologi probant, qui ex profeſſo hunc articulum dilucidè pertractat; quonā modo Deus Opti. Max. ſe ipſum intelligat atq; comprehēdat ſuaq; ipſe intellectio ſit. Quę quidē veritas, & ipſiſmet philoſophis teſtatiſſima eſt; vt ex eorū placitis late oſtendit Magiſter [c] Michael de Palaci. Adde perdoctū Minoritanū nr̄um fratrē Hannibalem [d] Roſſeliū in Pymandro Mercurij terſmegiſti. Sed D. Paulus. 1. ad Cor. [e] c. 2. ver. 11. cū ſeq. modū illū, accōmodata quadā ſimilitudine illuſtrās ſic explicat. Quis .n. hominū ſcit quę sūt hominis, niſi Spirit⁹ hominis qui in ipſo eſt. Ita, & quæ Dei ſunt nemo cognouit niſi ſpirit⁹ Dei. Vnde D. [f] Aug. in euāgelio Iōis ſic explicās ait: Vnuſquiſq; homo habet

[a] Eccleſ. 1. cap. ver. 7.

Flumina, quę in mare diuinit⁹ intrant.

De⁹ quaſi mare, fluminū naturā mutuās i Humanas, Ripas tāq; in mare intrat.

[b] D. Tho. 1. par. q. 14. art. 2. & 3. & in 3. di. 14. ar. 2. q. 1. & 2. & i 1. di. 25. ar. 2. & 1. par. q 56. ar. 3.

[c] Magr̄ Mich. d̄ pala. 1. ſent. diſ. 35. diſp. 1. pag. 186.

[d] Hannibal. Roſſeli. in pymādro li. 5. cō. 11. q. 4 cap. 2. cum ſeq.

[e] 1 ad Cor. 2. 11.

[f] D. Augu. trac. 32. ex ca. 7. to. 9. pag. 106. col. 1.

in ſe proprium ſpiritũ de quo loquebar cum animũ com mendarem. Animus enim cuiuſque proprius eſt ſpiritus eius, de quo dicit Apoſtolus, quis enim ſcit hominũ, &c. Noſtra nemo ſcit niſi ſpiritus noſter. Nõ enim noui quid cogites, aut tu quid cogito, ipſa enim ſũt propria noſtra: quę interius cogitamus & cogitationem vnius cuiuſque hominis ipſius ſpiritus teſtis eſt. Sic, & quę Dei ſunt, nemo ſcit, niſi ſpiritus Dei, nos cum ſpiritu noſtro, Deus cum ſpiritu ſuo. Ita tamen vt Deus cum ſpiritu ſuo ſciat etiam quid agatur in nobis; Nos autem ſine eius ſpiritu ſcire non poſſumus quid agatur in Deo. Eadem Aug. verba [a] Anſelmus, & Beda [b] eodem loco referunt. [c] Chryſoſtomus vero ibidem aliter diſcurrit. Deinde, inquit, oſtendens magnitudinem dicit, quod niſi ſpiritus qui ſcit Arcana Dei reuelaſſet nõ didiciſſemus. Res Deo erat tanto ſtudio, & tantę curæ, & vt ea eſſet in arcanis. Quamobrem illo quoque opus habuimus Doctore qui ea aperte ſciret. Adde de hac Dei intelligentia ſui ipſius pulchre contra Arrium diſputantem, [d] Marium Victorinum Aphrum, vbi pręcitatam Pauli authoritatem eleganter explicat. Vide etiam Phebadium [e] Epiſcopum contra Arrium. Plura quoque vtilia videbis per Cyrillum in Ioannem, & vide etiam Minoritam noſtrum, Fratrem Michaelem [f] à Medina lib. 2. derecta in Deum fide vbi optime inducit illam Diui Pauli authoritatẽ. Hinc [g] ſane fit vt nemo patris eſſentiam naturaliter cognoſcat, niſi ipſemet, & filius: atque demum illi, quibus filius voluerit reuelare: [h] Matth. 11. verſ. 27. Pro cuius loci explicatione uid. D. [i] Chryſoſtomum de incompręhẽſibili Dei natura, [k] Ireneum & Caſtrenſem aduerſus hæreſes dictione Deus hæreſi. 9. & [l] Cyrillum, loco iam adducto, vbi probat in vtroque patre nempe, & filio, vtriuſq; cogni-

[a] Anſelm' epiſt. 1. ad cor. cap. 2. to 2. pag. 130. col. 2

[b] Beda to. 6 pag. 346. vſq; ad pa. 348.

[c] D. Chryſ. homil. 7. pag. 339. tom. 4.

[d] Marius Victorin' li. 4. pag. 355 to. 5. bibl. SS. patr.

[e] Phebadi' epus eod. to. 5. bibl. SS. patr. pag. 266.

[f] Magiſter Michael. a Medin. de recta i Deum fide li. 2. cap. 1. pag. 14.

[g] Cyrillus lib. 1. cap. 4. ſub fin. pag. 611. col. 1. to. 1. & lib. 10. cap. 6. pag. 935. col. 1. eod. to. [i] D. Chryſoſt. homil. 5. to. 5. pag. 1080. in fin. [k] Irenęus lib. 2. aduerſus hæreſes cap. 19. pag. 105. & lib. 4. cap. 14. pag. 239. [l] Cyrillus lib. 1. 2. cap. 137. to. 1. pag. 690.

cognitionem, non per Doctrinam eſſe, ſed naturaliter. Accedat etiam [a] Phębadius loco pręcitato. Et circa illa verba, omnia mihi tradita ſunt à patre meo; vide eundē [b] Cyrillum in Ioannem; in libro Theſaur. & de recta fide ad Reginas. Verum nullus, & nemo cætereq; excluſiue dictiones, quę iuxta frequētiſſimū Theologorū axioma, prædicatis eſſentialibus adijciuntur, alias perſonas minime excludunt. Vid. Chryſoſt. loco paulo ſuperius adducto, & D. [c] Tho. atque Alphonſum à [d] Caſtro nuper citatum. Et qui ſint illi ſapientes, & paruuli, oſtendit perdoctus [e] Cātapetrēſis ſuperius citatus. Et ſi ergo ipſe Deus pater, ſe ipſum cum filio, & ſacro almoque ſpiritu cognoſcat, comprehendat, & intelligat; Nihilo tamen minus pro ſua immenſa bonitate, & clementia, filium ſuū, Deum, & hominem verum, Doctorem ſecretorum. Magiſtrum Myſteriorum, illuminatorem omnium hominū, liberaliter nobis donauit. Vt per eum quidem vniuerſa ſalutis, fideique noſtræ arcana diuina reuelarentur, Manifeſtarētur. Hæc autē arcana ſunt, Indiuiduæ Trinitatis vna trinitas, Verbi diuini miranda Incarnatio, Paſſio, & mors crucis acerbiſſima; Glorioſa triumphantis Chriſti Reſurrectio, ſalubria, & neceſſaria Sacramenta, Aeternæ vitę beatitudo, Iuditij vltimi dies, & alia quā plurima in vtraq; vtriuſq; Teſtamenti pagina ad cultū quoq; ipſius pertinentia, demonſtrata indicataq;. Cęterū cum [f] Tertulianus hac in re nō pauca ſuperioribus accommodata Marcioni hęretico docte ſatis reſpōdeat, prętium huius operę erit, ea pręſentibus adnectere, atq; adiungere. Quę iſta? inquit, & cuius? & à quo abſcondita? & a quo reuelata? Sed Deo Marcionis abſcondita, & reuelata; qui omnino nihil præmiſerat in quo aliquid abſconditum eſſe potuiſſet, non prophetias, non parabolas, non viſiones, non vlla eorum aut verborum, aut nominum argumenta, per allegorias, & figuras, vel ænigmatum nebulas obumbrata: Sed ipſam magnitudinem ſui abſconderat,

[a] Phebadi⁹ pag. 272.

[b] Cyril.⁹ in Io. lib. 6. cap. 24 to. 1. pag. 800 & in li. 10. theſaur. cap. 1. to. 2. pa. 293. vſq; ad 291 cū ſeq. & de recta in Deū fide pag. 729. tom. 2

[c] D. Thom. 1. par. q. 31 art. 4. & in 1. ſen. diſt. 21. q. 1. ar. 2. & 4. & ſup Matt. cap. 11. fo. 35. verſo.

[d] Caſtrenſis Dicit Deus hæres. 9 to. 1. pa. 347.

[e] Cantapetrēſis li. 1. cap. 10. & li 9 reg. 2.

[f] Tertulianus lib. 4. pag. 216. & 215.

rat, quam cum maxime per Chriſtum reuelabat: ſatis iniquè. Quid enim delinquerant ſapientes, & prudētes, vt abſconderetur illis Deus? ad quē cognoſcendum nō ſuffecerat ſapientia atque prudentia illorum, nulla via data ab ipſo per aliquam operum prædicationem, vel veſtigia, per quæ ſapientes atque prudentes deducerentur? Quāquam, & ſi in aliquo deliquiſſent erga Deum ignotum, pone nunc notum, non tamē Zeloteneū experiri debuiſſent, qui diſſimilis creatoris inducitur? Igitur ſi nec materias prę miſerat, in quibus aliquid occultaſſet: Nec reos habuerat, à quibus occultaſſet: Nec debuerat occultaſſe, etiā ſi habuiſſet, iam nec reuelator ipſe erit, qui abſcōditor non fuit: ita nec Dominus Cæli, nec Pater Chriſti, ſed ille, in quem competunt omnia. Nam, & abſcondit præmiſſo obſcuritatis propheticæ inſtrumento cuius intellectum fides mereretur: [a] Niſi enim credideritis non intelligetis: & reos habuit ſapientes atque prudentes ex ipſis operibus tot ac tantis intelligibilem Deum non requirentes, vel perperam in illum philoſophantes, & ingenia hæreticis ſubminiſtrātes: [b] & nouiſſime Zelotes eſt. Denique hoc olim per [c] Eſaiam concionabatur, perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium [d] Zelabo: ſicut & alibi tam abſcondiſſe, quā reuelaturum eſſe ſignificat: [e] Et dabo illis Theſauros abſconditos, inuiſibiles aperiam illis. Et rurſus: [f] Quis alius diſijciet ſigna ventri loquorū, & diuinationes ex corde: auertens in poſteriora ſapientes, & cogitationes eorum in fatuans? Si autem, & Chriſtum ſuum illuminatorem nationum deſignauit; poſui [g] te in lucem gentium quas interpretamur in nomine paruulorum, ſenſu ſcilicet retroparuas, & imprudentia infantes, iam vero, & humilitate fidei puſillas, facilius vtique credemus eundem etiam paruulis reuelaſſe per Chriſtum, qui etiam retro abſconderit, & per Chriſtum reuelationem repromiſerit. Aut ſi Deus Marcionis ea, quæ à creatore

De⁹ Dñs Cæli pater Chriſti, & illi & omnia cōpetunt.

[a] Eſa. 7. ver. 9. vbi vulgata nſ̃a hēt non pmanebitis

[b] Philoſophi ingenia hæreticis demōſtrarūt q̃ idem alijs in locis Tertullianus oſtendit relat⁹ à F. Frāciſco Ardētio in add. ad Iren. pag. 105 col. 5.

[c] Eſa. 29. 14.

[d] 1. ad Cor. 1. 19.

[e] Eſa. 45. 8.

[f] Eſa. 44. 25

[g] Eſa. 49. 6.

creatore abſcondita retro fuerant, patefecit: ergo iam creatori negotium geſſit, res eius ediſſerens. Sed in deſtructionẽ, inquis, vti traduceret eas. Ergo illis traduxiſſe debuerat, quibus creator abſcondidit, ſapientibus, & prudẽtibus. Si enim benignitate faciebat, illis erat agnitio præſtanda, quibus fuerat negata: nõ paruulis, quibus, nihil creator inuiderat. Et tamen vſque adhuc, puto, probamus extructionem potius legis, & prophetarum inueniri in Christo, quam deſtructionem. Omnia ſibi tradita dicit à patre. Credas, ſi creatoris eſt Chriſtus, cuius, omnia, & quia non minori ſe, tradidit omnia filio creator, quę per eum condidit, per ſermonem ſuum ſcilicet. a Cęterum ſi ἐπιγχόμθμος ille (ideſt ſuperu entitius Deus Marcionis) quæ ſunt omnia quæ illi à patre ſunt tradita? Quæ ſunt creatoris? Ergo bona ſunt quæ pater filio tradidit: & bonus iam creator, cuius omnia bona ſunt: & ille iam non bonus, qui in aliena bona inuaſit, vt filio traderet, Docens alieno abſtinere. Certe mendiciſſimus, qui nec filium vnde ditaret, habuit niſi de alieno. Aut ſi nihil de creatoris traditum eſt ei à patre: & quomodo hominem creatoris ſibi vendicat? Aut ſi ſolus homo ei traditus eſt, omnia homo non eſt. Scriptura autem omnium edicit traditionem filio factam. Sed et ſi omnia, ad hominum genera, ideſt ad omnes Nationes interprætaberis, & has filio tradidiſſe creatoris eſt. b Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Aut ſi habet, & ipſe aliqua ſua, quę omnia filio traderet, pariter cum homine creator is, oſtende vnum aliquem, ex omnibus in fidem, in exemplum: ne tam merito non credam eius eſſe omnia, cuius uihil video, quam merito credam, etiam quæ non video eius eſſe, cuius ſunt vniuerſa quæ video. Sed nemo ſcit qui ſit pater, niſi filius: & qui ſit filius, niſi pater. Nemo enim ſcit patrem, niſi filius, & filium niſi patre, & cuicunque filius

traducere eas .i. infamare eas

Chriſtu magis legẽ & prophetas cõſtruxit, quam deſtruxit.

a Ioan. 1. 1

Deus Marcionis ſuperuentitius.

homo omnie eſt.

omnia cõprehend etiam homines.

b Pſal. 2. verſus 8.

Vniuerſ Chriſto tradita.

reuelauerit. Atque ita Chriſtus ignotum Deum prędicauit. Hinc enim, & alij hæretici fulciuntur, opponentes creatorem omnibus notum, & Iſraeli ſecundum familiaritatem, & Nationibus ſecundum naturalem. Et quomodo ipſe teſtatur, nec Iſraeli cognitum ſe? Iſrael autem me non cognouit[a], & populus me non intellexit: Nec nationibus. Ecce enim nec de nationibus (inquit) Nemo. Propter[b] quod & illas ſtillicidium ſitulæ deputauit, & ſionem tamquam ſpeculam in vinea dereliquit. Vide ergo an confirmatio ſit propheticæ vocis, & exprobantis ignorantiam in Deum humanam, quæ fuerit ad filium vſque. Nam, & ideo ſubtexuit, ab eo cognoſci patrem, cui filius reuelauerit: quoniam ipſe erat qui poſitus à patre, illuminatio[c] Nationum annuntiabatur vtique de Deo illuminandarum: etiam Iſraelis, vtique per agnitionem Dei pleniorem. Hæc Tertullianus. Sed tamen aduertendum nobis eſt, ne cognitionem hanc à fide vllo modo ſeiungamus, ſegregemuſque: vti quidam ſeiungere conantur. Perperam exiſtimantes fidem nobis eſſe de filio, cognitionẽ vero de Spiritu ſancto; quos optimè confundit Clem.[d] Alex. dicens; ſunt enim qui fidem quidem noſtram eſſe de filio, cognitionem autem de Spiritu ſancto diſtinguant. Non animaduerterũt autem, quod verè quidem credere oportet filio, & quod filius, & quod venerit, & quomodo, & propter quid, & de paſſione: Noſſe autem neceſſe eſt quis ſit filius Dei. Iam verò nec eſt cognitio ſine fide, neque fides ſine cognitione. Sed neque pater eſt ſine filio. Simul enim cum eo quod eſt pater: eſt filij pater. Filius autem verus eſt de Patre Magiſter. Et vt credat quis filius oportet noſſe patrem, ad quem refertur etiam filius. Et Rurſus vt patrem priuscognoſcamus, oportet credere filio, quoniã docet Dei Filius. Ex fide etiam ad cognirionem per filium pater. Cognitio aut filij, & patris, quæ & ex conoſcendi regula (quæ vere eſt regula cognitionis) eſt

aggreſſio

a Ieſ. 1. verſ. 3.

b Ieſ. 40. verſu. 15.

c Ieſ. 49. verſ. 6.

Chriſtus illuminatio Nationum.

Cognitio & fides cõiũgenda.

d Clem. Alex. lib. 5. ſtrom. in prin. pag. 147.

Quis ſit filius Dei neceſſario ſciendũ.

Cognitio nõ eſt ſine fide nec fides ſine cognitione.

Pater non eſt ſine filio.

Filius verus de patre magiſter.

aggreſſio, & tractatio veritatis per veritatem. Nos ergo ſumus qui ſumus fideles in eo quod non creditur, & qui ſumus cognitione præditi in eo quod non cognoſcitur, hoc eſt, in eo quod ignoratur, & nõ creditur ab omnibꝰ, cognitione autẽ prędíti, in eo quod à paucis creditur, & cognoſcitur. Cognitione autẽ præditi, nõ oratione opera deſcribentes, ſed ipſa contemplatione. Hactenus ille. Quæ cum ad explicationem, illorum verborum: Nemo nouit filium niſi pater, nec patrem quis nouit niſi filius & cui voluerit filius reuelare, non parum conducant, vtiliter hic relata, & commemorata à nobis eſſe exiſtimato. Nec minus ad eiuſdem loci enucleationem cõducit explicatio illa, qua docti quidam referunt ea verba, niſi pater, ad eundem patrẽ, qui optimè nouit ſe omnia tradidiſſe filio, in quo pacem, vitam, remiſſionem peccatorem, & veram ſalutem, poſuit. Vnde nemo ſcit ea à patre filio tradita, niſi pater, qui tradidit, & ille cui idem pater voluerit reuelare. Quam explicationẽ video etiam aſſignari à Doctiſſimo & Reuerendiſſimo Antiſtite & patre D. Feliciano capitonio in [a] explicationibus catholicis vbi ponderat Chriſtum non dixiſſe, nemo nouit Deum niſi filius, ſed nemo nouit patrem niſi filius. Quoniã philoſophi (inquit, ille) Deum quidem cognouerunt. Et lex Moſis Deum prędicauit, nullus tamen eorũ demonſtrauit homini, eſſe Deum patrem. Solus quippe Chriſtus Deum eſſe factum patrẽ generi humano, declarauit, Philoſophi vero plura de Deo diſputãdo, docuerent. Sed quæ tantum illuminare intellectum, minime vero inflammare affectum valerent. Lex etiam Moſis oſtendit, Deũ judicem, Zelotem, & vſque in tertiam & quartam generationem ſcelera vindicantem. Solus autem filius Dei Chriſtus noſter, patrem eſſe factum, & homines in hæredes & filios conſtitutos patriæ cæleſtis, patefecit. Ipſe enim ſolus (inquit,) pater amat vos, quia vos me amaſtis & credidiſtis, quia a Deo exiui. Vnde Salomon Ioa. 17.

cognoſcẽdi regula patris & filij cognitio eſt aggreſſio & tractatio veritatis per veritatem.

fideles in quo ſimꝰ.

[a] 2. par. cap. 21.

&ſpiritale donum, prçcitato loco appellauit: diſcipli-
nam quoq; illuminationẽ ex eo dictam aſſerens: quia
occulta manifeſtauit; & vt bonus Magiſter arcæ opercu
lum aperuit; contra quam poetæ dicunt, Iouem bono-
rum quidem Dolium obturaſſe, malorum autem aperuiſ
ſe. Et ſubiungens hçc verba ait. Benedictus Dominus
noſter ò fratres, qui ſapientiam, & intelligentiam poſuit
in nobis occultorum ſuorum. Hanc ipſam diuinæ Boni-
tatis communicationẽ, Beatus [a] Maximus in hũc modũ
cõſiderat. Qui communicabilis eſt creaturis, non ſecun-
dum ſubſtantiam, alio vero modo deſiderat illis quç
poſſunt, communicari, ab arcano ſubſtantiæ ſuç plane
non degenerat: cum vel ipſe modus ſecundum quem
cõmunicari cupit, perpetuo maneat omnibus indicibi-
lis. Quemadmodum ergo Deus ea quam ipſe nouit ratio
ne ſponte ſe communicat: ita etiam volens modo ſibi
cognito excitauit ea; quibus communicatur, beneficio
bonitatis potentiam ſuperantis. Nec longe ab hac ſen-
tentia abſunt, quç idem B. [b] Maximus eodem loco con
ſiderat. Summç bonitatis (inquiens) proprium eſt, non
ſolum diuinas, & incorporeas intelligibilium ſubſtan-
tias, arcanæ diuinçque glorię, ſimulachra conſtituere, in-
tegrã, quantum fas eſt, illarum habita ratione, ſuſcipien-
tes incomprehenſam animo pulchritudinem inacceſſç,
dignitatis: verum etiam ipſis ſenſibilibus, & ab intelle-
ctualibus ſubſtantijs longe diſtantibus, magnificentię
ſuç ſummitates immiſcere: quç poſſunt, humanum il-
lis inſidentem animum ad Deum recta traijcere, ſupra
viſibilia omnia collocatum: vt qui tendat ad ſummam
Beatitudinem. Hçc B. Maxi. At ſicuti D. [c] Opti. Max.
charitatem ſuam in eo maxime commendat, quod fili-
ũm ſuũ mũdo donauerit, vt ſaluaretur mũdus per ipſum;
ita ſane ardentiſſimum hoc (vt ita dicam) deſiderium
communicandi, reuelandique arcana & Myſteria
ſua hominibus; in eo euidentiſſime demonſtrauit,
quod

Magiſter noſter aperuit arcæ operculũ, contra quã poçtę Iouem feciſſe aiũt. Doliũ bonorum, & malorum

[a] B. Maximus centur. 1. de virtute & vitijs ca. 7. pag. 1265. in appẽd. bibl. SS. patr.

[b] Idem. B. Max. centur. 2. cap. 96. pag. 1295.

[c] Ioa. 3. 1.

Deus quã i re magis oſtenderit ardentiſſimũ deſideriũ ſuũ, vt homines ſua arcana intelligerent.

quod filium ſuum vnigenitum à ſummis cælorũ in hunc infimum terræ locum miſerit vt ea mũdo aperto ore, Diuinitus propalaſſet reſeraſſet. Stupenda profectò amicitiæ indicatio, admiranda amoris inflãmatio, & excelſa immenſę bonitatis demonſtratio. Conſonant huic noſtræ conſiderationi quæ eleganter tradit Clemens. [a] Alex. loco iam citato. Cum enim (inquit) ad ea quæ ſunt comprehenda imbecillis eſſet anima, & diuino magiſtro egeremus: deorſum mittitur ſeruator, bonæ poſſeſſionis, & Doctor, & ſuppeditator. Arcanum magnæ prouidentiæ, ſanctumq; ſignum & indicium. Vbi eſt ergo ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Et reliqua. Accedit his D. [b] Chryſoſtomi conſideratio: Qui maximum amicitię argumentum eſſe credens, hanc diuinorum arcanorum reuelationem: ſic ait. Non amplius vos dicam ſeruos, ſed amicos; omnes vos amici mei eſtis, quoniam omnia quę audiui à Patre meo annuntiaui vobis: Hoc eſt, credidi, ac commiſi vobis. Si autem hoc ſolum eſt amicitiæ argumentum crediſſe, cum pateat eum non ſolum per verba crediſſe myſteria, ſed etiam, ea ipſa nobis gratis donaſſe per opera, cogita quantæ ſit id quod ſit charitatis. Similiter etiam D. [c] Gregorius in euangelia adnotat etiam Amicis, diſcipulis nota, & denuntiata eſſe ſupernæ fęlicitatis arcana. Adiunge D. [d] Bern. in capite Ieiunij ibi, ſecretum eſt quod reuelatur amicis. Nec tantum hoc, amicitiæ, & charitatis argumẽtum, reuelationumq; ſplendorem quidquam obſcurat; Arcana hæc à prudentibus, & ſapientibus ſiue intelligentibus occultata; ſolis paruulis fuiſſe reuelata, cum id potius ſuperbiæ, arrogãtiæ, Malitiæque ipſorum quorum cauſa obſcæcati remanſerunt; quam Domini Dei noſtri, inuidentię (cupientis tamẽ omnes in veritatis [e] aguitionem venire) tribuendnm ſit. Id quod aperto Pauli teſtimonio fulcitur ad [f] Ephcſ. 4. 18. ibi non ambuletis ſicut, & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes

a Clem. Alex. lib. 5. pag. 149. Imbecillitas noſtra ad diuina cõprehendenda effecit vt pius pater mitteret filiũ ad hoc.

b D. Chryſ. 1. ad Cor. 2. homil. 7. to. 4. pa. 342. Amicitiæ ſignũ arcanorum reuelatio.

c D. Gregori' in euãgeli homilia. 27. to. 2. pag. 291.

d D. Bern. ſer. 2. fol. 26. verſo. col. 1. littera h.

e 1. ad tom. 2. 4.

f Paul. ad Epheſ. 4. 18.

bentes

bentes intellectum, alienati à vita (ſeu à via) Dei, per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis illorum. Qui deſperantes, ſemet ipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immũditię omnis, in auaritiam. Vbi ſpeciatim Aecumenius adnotauit, eorũ vitam exc̨ęcationis cauſam extitiſſe. Idẽ aperte docet D.[a] Chryſoſtomus, & B. Anſelmus,[b] atque Theodoretus[c] eodem loco. Qui etiam capite 1. ad Romanos idem adnotarũt, et pręcitato capite vndecimo Matth. Accedit optimus locus ſcripturę apud Baruc. cap. 3. qui expreſſe agit de ignorantia ſapiẽtum, & omnium culpa, cuius occaſione diſciplinam & intelligentiam Domini aſſequi non meruerunt. Quod autem. D. Opt. Max. inuidus non ſit, oſtendit D. Apoſtolus ad Epheſ. 3. 4. & ad coloſ. 1. verſ. 26. cum ſeq. vbi cognitionem, & reuelationem ſuorum arcanorum omni genti ad ſalutem fieri voluiſſe atque ſemper velle teſtatur. Adde Tertullianum contra Marcionem hoc capite 3. adductum, & Clementem[d] Alexãdrinum loco præcitato. Dixiſſe enim Prophetã, inquit, parabolam Domini quis intelligit niſi ſapiens, & ſciens, & diligens Dominum Deum ſuum? paucorum eſt hæc capere. Non enim inuidens (inquit) pręcepit Dominus in aliquo euangelio: Myſterium meum mihi, & filijs domus meæ in tuto, & extra ſolitudinem ſtatuens electionem, vt cum ea acceperit quæ ſunt coniuncta, & conuenientia ijs quę elegerit, ſit zelo ſuperior. Qui enim non habet boni cognitionem, eſt malus, quoniam vnus bonus eſt pater. Patrem autem ignorare eſt mors, vt noſſe, vita ęterna per participationem poteſtatis in qua non cadit interitus, & non interire quidem, eſt eſſe participem diuinitatis. Interitum autem affert receſſus à Dei cognitione. Rurſus idem Clem. illud apoſtoli ad Rom.[e] 1. verſ. 5. ad obediendum fidei in omnes gentes cogniti, explicans ait: hoc eſt in eos qui ex gentibus eum eſſe credebant. Vnde ſi gentes, & Phariſęi minime credebãt.

nihil

Æcumenius.

a Chryſoſt. homil. 13. tom 4 pa. 1036.

b Anſel pa. 350. col. 2. tom. 2.

c Theodoretus to. 2 pag. 129. col. 1.

D. Opt. Max. non eſt inuid⁹.

d Clem. Alex. lib. 5. ſtrom. pa. 165.

Malus eſt qui nõ habet boni cognitionem.

Patrem ignorare ẽ mors vt noſſe vita æterna.

Non interire ẽ eſſe participẽ diuinitatis.

e ad Rom. 1. verſ. 5.

nihil mirum eſt Arcana diuina ſalutis illis, in ſua ſapientia, ſuperbia, impudicitia, & cęcitate permanentibus occultari. Reuelari vero his, qui humilitatem, ſimplicitatemque ſectantes, Chriſto Opti. Max. credentes noui homines, veteri exuto, fieri voluerunt. Idem Clemens [a] in lib. pędagogi. ſic ait: Confiteor tibi pater Deus Cęli, & Terræ, quod abſcondiſti hęc a ſapientibus & intelligentibus, & reuelaſti ea paruulis. Infantes nos ac paruulos pędagogus, & Magiſter appellans, qui ſapientibus, qui ſunt in mundo; ſumus aptiores ad ſalutem: qui ſapientes ſeipſos exiſtimantes ſuperbia inflati ſunt. Et exclamat exultans, & mirandum in modum lætus, tanquam vnà cum infantibus balbutiens: Næ, O pater, quia ſic complacuit ante te. Propterea quæ abſconſa ſunt à ſapientibus, & intelligentibus huius quod nunc eſt ſeculi, reuelata ſunt infantibus. Merito ergo Dei pueri, qui vetere quidem hominem depoſuerunt, & vitij tunicã exuerunt, Dei autem incorruptionem induerunt: vt nouus facti, populus ſanctus, regenerati impollutum hominem cuſtodiamus: & infans quidem eſt, tanquam Dei puellus, qui à fornicatione, & improbitate eſt expurgatus. Manifeſtiſſime itaque B. [b] Paulus nos ab hac quęſtione liberauit, in priore Epiſtola ad Corinthios ſic ſcribens. Fratres ne pueri efficiamini mentibus, ſed ſitis vitio infantes, mentibus autẽ eſtote perfecti. Illud [c] autẽ, quãdo eram paruulus, cogitabam vt paruulus, loquebar vt paruulus, quam ſub lege egit vitam ſignificat, in qua, non vt iam ſimplex, ſed vt adhuc inſipiens, puerilia quidem animo agitans, perſequebatur, puerilia autem loquens, blaſfemijs, & maledictis verbum inceſſebat. Duo enim ſignificat τὸ νήπιον, infantem videlicet & ſtultum. Poſtquam factus ſum vir, (rurſus inquit Paulus) feci, vt ceſſarent ea quæ erant infantis. Non ætatis imperfectam magnitudinem, ſed nec temporis præfinitam menſuram, neque virilium, & perfectiorum, diſciplinas, Arcanas, ſcilicet

alias

[a] Clem. Alex. in lib. 1. pedag. pag. 17.

Infantes, & paruulos aptiores ſapientibus ad ſalutem.

Chriſtus ſapientiſſ. Magr̃ exclamat veluti cũ infantib⁹ balbutiens.

Pueri dicũtur qui veterẽ hominẽ exuũt, & Dei incorruptionem induunt.

[b] 1. ad Cor. 14. 20.

[c] 1. ad Cor. 13. 11.

Grece nepion ſignificat infantẽ, & ſtultum.

Arcanæ doctrinę perfectiorum diſciplinæ.

alias doctrinas ſignificat, infantiã extra fines amandans, qui ſe eam annuntiare profitetur apoſtolus; ſed infantes quidem dicit eos qui ſunt in lege qui nõ ſecus ac laruis pueri, timore perturbantur. Viros autem, qui verbo paremus, noſtriq; ſum⁹ iuris, & arbitrij, vocauit, qui credidimus ſpõtanea electione ſeruati, ſapienter, non inſipienter metu territi. Hęc Clemẽs Alexandr. Iuxta quæ accipi debet locus ille D. Pauli ad [a] Epheſios. 4. ver. 14. ibi vt iam non ſimus paruuli, fluctuantes, & circũferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia, ad circumuentionem erroris. Vbi Syriaca interpretatio ſic habet: vt non ſimus paruuli, qui agitemur, mutemur quouis vento doctrinarũ fraudulẽtarum, hominum illorum, qui calliditate ſua imponũt vt inducant in errorẽ. Quod vero authores græci νήπιοι Nepion, merito ad ætatẽ referant, pro infante pueroloq; ſumentes; & ad mentẽ etiã pro eo vſurpantes, qui eſt animo infans, & latius pro imprudenti, ſtulto, ſimplici & amente: late videre poteris apud [b] Theſaurũ linguæ Grecæ. Idem apud hebræos reperies qui פְּתָאִים pethaim, Vocãt paruulos, ſimplices ſuaſibiles, fatuos, ſtultos, & imperitos, imprudentes, & inſipiẽtes: à verbo פָּתָה pathah. ideſt facile ſuadere, inclinareq; vti videre eſt apud [c] Theſaurum pagnini, & dictionariũ [d] Forſterij, atque [e] Boderiani. Sumitur autem ea dictio tam ab hębreis quã à Gręcis, & in malã, & in bonã partem. In malam vt [f] prouerb. 1. verſ. 22. ibi vſquequo paruuli diligitis infantiã; & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam. Vbi tranſlatio Chaldaica; vſquequo inſipientes diligitis inſipientiam & deriſores deriſionẽ appetũt ſibi, & ſtulti odiunt ſcientiam. Et [g] prouer. 7. ver. 7. vbi pro pethaim, D. Hierony. tranſtulit paruulos; ibi, & videbo paruulos. Et [h] prou. 14. 18. pro pethaim, ponitur ſtultitia, ibi impatiens operabitur ſtultitiam. Et [i] cap. 8. verſ. 5. intelligite paruuli aſtutiam, & inſipientes animaduertite.

Vbi

Infantes q ſunt ſub lege.

Viri qui.

[a] ad Epheſ. 4.14.

Syriaca interpretatio.

Nepion q & qua in ſignificatione ſumat.

[b] to. 2. pag. 1671. cum ſeq.

Paruulus apud hebręos quis dicat?

[c] Pagnin. in Theſ. col. 2271. cum ſeq.

[d] Forſterius in dictio. pag. 680.

[e] Boderianus in dicti Syrochal. pag. 165. col. 1.

[f] pro. 1. 22.

[g] prou. 7. 7.

[h] pro. 14. 18

[i] prou. 8. 5.

Vbi in hebręo eſt פְּתָאִים pe haim pro paruulis,& in tex-
tu Græco ἀπαίδευτοι, ideſt inſipientes. Et [a] prou. 9.verſ.6.
prou.9.6. ibi Relinquite infantiam & viuite,& ambulate per vias
prudentiæ. Vbi loco infantiæ,eſt pethaim. Vid. etiā Iob.
5.verſ.2.ibi ſtultū, & paruulum(ſecundum Hiero.) occi-
pſal. 118. verſ. 130. dit ira. In bonā etiā partē ſumit,vt pſal. [b] 118.verſ. 130
ibi declaratio ſermonū tuorum illuminat & intellectum
dat paruulis,vbi in hebræo eſt,pethaim, & græco νηπίοις
Et Chaldaica [c] habet, intellectum dabit ſimplicibus. Et
Chaldaica pſal. 18.8. pſal.18.verſ. 8. ibi lex Domini immaculata conuertens
animas,teſtimoniū Domini fidele ſapientiam præſtans
paruulis,vtrobique eſt. Pethi hebraicæ,Etnepia Gręcę:
Chaldaica hēt prębens ſapientiam inſipienti. Et [d] pro-
Pro.9.14. uerb.9.verſ. 14. ſi quis eſt paruulus,veniat ad me,& inſi-
pientibus locuta eſt. Idem [e] cap. 14.15. ibi innocēs cre-
Pro.14.15 dit omni verbo vbi eſt, pethi. i. paruulus: aut ſimplex
aut inſipiens,qui facile ſe perſuaderi ſinit,& ita Chaldai
ca,pro innocēte tranſtulit: inſipiens credit omni verbo.
ſimplices facile deci piuntur. Id quod experientia ipſa habemus ſatis compertū.Cum
uideamus ſimplices & innocentes homines ab alijs faci-
le decipi,eo quod facile,ſincereq; uera ſibi dici credant.
Matt. 11. Vnde illud [f] Matth. 11. ſæpe citatum de paruulis, ideſt
de paruulis q.modo accipiendum. de ſtultis euangelicis,ſimplicibus,inſipientibus, & fatuis
à mundo eiuſq; ſapientibus reputatis,ſane eſt intelligen
dum. Sapientiæ namq; carnis,ſpiritus ſimplicitas;& pru
dentiæ mundanę: fatuitas,atque crucis ſtultitia,præua-
Seraphic' pater N. S Fran. let.Quāobrē hi merito cū Apoſtolo,& Seraphico noſtro
Coripheo & Auriga D.Frāciſco paruulorū,humiliſſimo
inſtitutore,& ſimplicium pędagogo dicere poſſunt. Nos
1.ad Cor. 4.10. ſtulti propter Chriſtū,& cęt. Paul. [g] 1.ad Corinth.4.10.
Oportet ergo vt qui vult eſſe ſapiens (iuxta illud eiuſdē
1.ad Cor. 3.8. Paul. [h] 1.ad Cor.cap.3.verſ.18.)ſtultus ſeu paruulus fiat
Nam ſapientum,prudentumq;,ſapientiā,atq; prudentiā
humanam,& inſipidam, Deus Opt.Max.ſuperborū oſor
1. ad Ro. 22. perpetuus,ſtultam, fatuamq; reddidit: vti D. [i] Paul. 1.ad

Rom.

Rom. verſ. 22. & 1.[a] ad Cor. 1. verſ. 20. ait. Porro de huiuſcemodi paruulis vide latius D.[b] Auguſtinũ, & alios patres citatos a Sylua[c] allegoriarũ dictione paruus. Diuinis ergo myſterijs, & ſancta illa luce Deus imperti-rĩ illos conceſſit (vti Clemens[d] Alexãdrinus tradit) qui ea poſſent capere. Iam vero non reuelauit multis ea quę non erant multorũ, ſed paucis quibus ſciebat cõuenire; qui & ea poſſent accipere, & ex eis informari.[e] Quod ſi aliquis dicat ſcriptum eſſe; Nihil occultũ quod non manifeſtabitur, nihil opertum quod non reuelabitur: à nobis quoq; audiat ei qui occulte audit, occultũ manifeſtatum iri, & ei qui ſecretè ea quæ tradũtur poteſt ſeruare, apertum iri, quod opertum eſt: vt veritas, & id quod multis eſt occultum fiat paucis manifeſtum. Nam cur omnes neſciant veritatem? cur autem non eſt ab omnibus amata Iuſtitia? ſi eſt omniũ Iuſtitia? ſed enim traduntur myſticè myſteria vt ſit etiam in ore loquẽtis id quod loquitur, potius autem non in voce, ſed intelligentia. Quæ maxime conferunt ad confundẽdos impios herę̨ticos incuſãtes Apoſtolos eo quod omnia omnibus, nõ reuelarũt, De quo articulo optime diſputat Stapleton⁹[f] lib. principiorũ Fidei, cui hęc addes & alia ſuperi⁹ adnotata. Quãobrem Chriſto Saluatori, & Magiſtro veriſſimo dicenti: Nemo nouit patrẽ niſi filius; & cui filius reuelauere; indubitata fides (vt idẽ[g] Alexandrinus teſtatur) eſt adhibenda. Cum fide dignus ſit, qui non aliena ſed ſua annũciat. Quod ẽt ipſe Clemens Alexandrinus ex Platonis ſententia credendũ aſſerit, licet abſque probabilibus, & neceſſarijs demonſtrationibus, per vetus, & nouum Teſtamentum dicatur, & prędicetur.[h] Si enim non credediritis, dicit Dominus, in peccatis veſtris moriemini. Contra[i] autem qui credit habet vitam æternam. Beati[k] ergo ſunt omnes qui confidunt in ipſo: fidutiam autẽ habere eſt quid fide amplius. Quãdo enim ſciuerit quiſpiam Magiſtrum noſtrũ eſſe Dei filium, concipit fidutiã

quod

---

[a] 1 ad Cor. 1. 20.

[b] D. Auguſtinus. to. 9. pa. 196. col. 2. & 199. & to. 10. pag. 13 & 667. co. 2. & pag. 21. col. 2.

[c] Sylua allegoriarum to. 2. pag. 681. verſia.

[d] Clem. Alex. lib. 1. ſtrom. 4. c.

[e] Matt. 10. 26. Luc. 8. 17.

[f] Stapleto. lib. 7. contro. 3. c. 5.

[g] Clem. Alex. lib. 5. ſtrom. pa. 171.

[h] Ioa. 8. 21. & 24.

[i] Ioa. 3. 36.

[k] Pſal. 2. 12.

quod eius Doctrina ſit vera. Quomodo autẽ Doctrina, ex ſententia empedoclis auget præcordia: ita in Domino fiducia auget fidem. Liquet ergò perſpicuè, vniuerſa arcana diuina ab eo ſanè, fluxiſſe, dimanaſſe, qui eorum veriſſimus, fideliſſimusq; eſt reuelator, ipſi quidem (qui vt Baruc.[a] teſtatur cap. 3. verſ. 20. inuenit omnem viam diſciplinę, ſiue ſciẽtię, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo) omnium myſteriorum, Arcanorumq; adinuentio: & non præſtigioſis gentium Dijs, ſiue potius Dęmonibus, reuelatoribus, obſcuriſſimis, falſiſſimiſque, tribuẽda eſt. Ac proinde Daniel[b], dicebat cap. 2. verſ. 27. & 28. Myſterium, quod Rex ſummopere ſcire cupiebat, ſapientes Magos incantatores, gazarenos illud reſerare, aut reuelare minime potuiſſe: Sed ſolũ Deum ſolum in cælo reuelantem. Et Rurſus verſ. 21. & 22. ibi, ipſe dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat profunda, & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Huic veritati conſonant aliqua quæ Reuerendus pater Pinctus noſter Luſitanus congerit loco ſuperiore Danielis.[c] Accedit etiam illud D. Paul.[d] Apoſtoli 1. ad Cor. 8. verſ. 6. Ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, & ad Rom. 11. 36. & coloſſ. 1. 16. Adde quæ ſcribit Tertul. in Lib. de Trinitate &[e] Iamblicus de myſteriis cap. de expoſitione ſymbolorũ & proclus de Anima, & Dæmone. Vide eundem[f] Alexandrinum loco ſępe repetito cum Euſebio de præparatione euangelica: Vbi oſtendit arcana diuina hebræis manifeſtata, ab Aegyptijs, & alijs gentibus immixtis quamplurimis fabulis, ſuperſtitionibus, atque mendatijs; vſurpata fuiſſe. Nihil enim ipſæ gentes præter vmbras habebant. Vid.[g] Chryſoſto. in epiſt. ad Cor. Vnde falſo ſibi ipſę gentes Arcanorum inuentionẽ arrogarunt. Qua in re Dęmon inuidus

Doctrina vt emp e-docles ait auget præcordia.

Fiducia in Dño auget fidem

a Baruc. 3. 20.

Inuentio arcanorũ, & myſteriorũ origo à Deo, & nõ gentilibus nec dœmonibus attribuenda.

b Daniel. 2. 27. 28.

c fol. 33. verſo in paruis.

d 1. ad Cor. 8. 6.

e Iamblic. pag. 146. procl. pa. 230. cum ſeq.

f Alexand. li. 1. ſtrom. pag. 8. & lib. 5. pag. 150. 159. & 165. Euſebius lib. 5. de præ par. euang cap. 7. & lib. 2. & 3. per totum.

g D. Chryſ. ad Cor. 1. pag 338. in fine to. 4.

dus [a] vt homines cæcos dementaret. [b] Quod olim per magos illos incantatores & ſerpentes eorum, per incantationes,& arcana ægyptiorũ,corã pharaone in æmulationem Moyſis facere conabatur:id etiam cum ſuis apparentibus Myſterijs,& præſtigioſis arcanis tunc,& hodie apud cęcas nationes,& magicos Cabaliſtas,impioſque hæreticos arcanum quodam falſiſſimum excogitantes efficit. Verum vt ſcriptura teſtatur loco adducto & D. Hiero. tradit q. 2. ad algaſiam de Antichriſto,ſicuti virga Moyſis deuorabat virgas ſerpenteſque magorum, ita,& noſtra ſacra myſteria atq; diuina arcana:profana, & falſa gentilium,hæbreorumque de liria, deuorabunt, exinanibũt,funditusq; euertent. De his magicis arcanis vid.late Patrẽ Medinã [c] lib.de recta in Deũ fide & Thomam Stapletonum ſuperius citatum. Sed de his in ſequentibus latius diſſerendum erit.

[a] Demõ inuidus falſa arcana, & myſteria adinuenit vt gẽtiles deciperet. vid. Euſeb. de præpa. euãgelica lib. 4. c. 8.

[b] Exo. 7. 11.

[c] P. Mich. Medi. lib. 2. cap. 7. cõtro. 1. li. 2. cap. 18.

De multiplici diuinorum Arcanorum reuelatione.

Cap. IIII.

QVemadmodum ſol hic noſter (vt D. [d] Dionyſij ſenſum,& verba ſequamur) non ratiocinando,nec eligendo, ſed eo ipſo, quod eſt, illuminat cuncta, quæ poſſunt illius lumen pro ſua quodq; ratione, participare: ſic ipſum bonum tantum quidem ſolem ſuperans, quantum tenui imagini eximius pręſtat Archetypus: Ipſa ſua exiſtentia, in omnes res proportione totius bonitatis radios emittit. His, conſtiterunt omnes & quæ ratione cernuntur,& quę mente prędità ſunt,eſſentię,atque virtutes,& actiones:horũ enim ſunt,vitamq; habẽt ſempiternam,& quæ imminui non poteſt, ab omni interitu, morte materia,ortaq; ſolutę ac liberę. Nec in eas cadit, inſtabilis,& fluxa,& quę aliàs aliter fertur mutatio,eadẽque & vt corpore,ac materia vacantes,intelligunt,& eorum quæ ſunt rationes diſcunt,diuina ſibi accomodata

[d] D. Dion. lib. de diuinis nomi. cap. 4. 4. pa. 227. in paucis opuſculis

Eſſentiæ virtuteſq; oẽs actiones quoq; à ſummo bono.

In Angelis non eſt mutatio inſtabilis, & fluxa.

illuſtratione: rurſusque ſua in ea quæ cognita ſunt diffun dit, manſionem quoque à bonitate, habent, earumque illinc pendet tum firmitas, tum ſtabilitas, tum conformatio, tum bonorum pabulum, idque expetunt: ſtatumque ac rectum, integrumq; ſtatum habent, atque ad eius ſimilitudinem, quoad eius fieri poteſt, expreſſę ſunt, bonitatiſque ſpeciem, præ ſe ferunt: & cum inferioribus, vt diuina lex præſcribit, munera quæ ab ipſo bono in ipſas profecta ſunt, communicāt. Hinc ſanè Diuus [a] Auguſtinus, & ſacra omnis Theologorum Academia, ad hanc ipſam ſummi boni & omnipotentis creatoris, immēſam bonitatem & creaturarum vtilitatem, vniuerſorum creationem refert. Quam diuinam, & Arcanam Theologiā, ſapientiſſimum illum Platonem minimè latuiſſe conſpicio. Cum ipſe in Timęo dixerit, nullā aliam cauſam potiorem afferri cur Deus mundum condiderit, quà quod bonus eſſet: Bonum autem nullam vnquam vllius rei attingere inuidiam. Vnde liber cum eſſet, voluiſſe, inquit, omnia ſui quàm maxime ſimilia exiſtere. A qua tamen Platonis conſideratione Proclus Platonicus [b] in libro de anima, & dęmone, non multum diſtat, cum ſic ſcribat. Ipſum bonum tamquam ſuper naturam intellectualem in ſe conſiſtens (ſi dictu fas eſt) vſque ad poſtrema deſcendit, illuſtrans omnia, & conſeruans, exornansq. & interim ad ſe conuertens. Primò quidem ipſis vere exiſtentibus adeſt, ſecundo diuinis animis, tertio numinibus humano generi præſidentibus: quarto noſtris animis; ac deinceps animalibus, & plantis, omnibusq. corporibus; ipſi denique informi materiæ, infimæ rerum fœci, ipſum profectò bonum, clam, ineffabiliterq. ante omnem ordinem proprium munus exhibet omnibus. Hæc autem illud vbique participant aliter, atque aliter, ſuo quælibet ordine, & quatenus vnaquæque naturaliter apta ſunt; Bonum inde reportāt. Mercurius verò [c] triſmegiſtus in ſuo pymandro ſic ait: Bonum in nullo ponitur:

Angeli ſuperiores, cū inferioribus munera communicant.

[a] D. Augū. lib. 1. de doctr. chriſtid. c. 13. & lib. 11. d ciui. Dei cap 24.

Bonitas Dei cauſa ē cur ipſe mūdū cōdiderit.

[b] Proclus. pag. 229.

Bonū in ſe conſiſtens ad poſtrema vſque deſcendit & omnia illuſtrat.

Bonū qui b[?], & quo ordine adeſt.

Bonū, omnia quatenus ad id apta ſunt participāt

[c] Triſmegiſtus. cap. 5 pag. 404. in parui.

tur:niſi in vno Deo,immò ipſum bonum,Deus ipſe ſemper. Quamobrē eſſentiā omnis motionis,atque cognitionis eſſe,Deum oportet. Hac eſſentia orbatum nihil. Hæc circa ſe ſtabilem actum,nullius egenum, infinitum ſuperabundāter porrigentem poſſidet. Vnum id vniuerſorum principiū, bonū porrigens, & effundens bonum. Quoties nomino bonum (ait ille) id quod omnia bona, & quod bonum ſemper intellige. Latius proſequere eū Auguſt. Eugubino in librum de peremni [a] philoſophia. His etiam adde Boetium [b] in libris de conſolatione, aſſerentem gentiles illos ſapientes non ſine quodam diuini cuiuſdam numinis afflatu, illud nemo: Bonus niſi ſolus Deus, hominum auribus, non dum à Chriſto ſaluatore aperte,& dilucide inſinuatum, aſſequutos. Verū vt ad noſtrates reuertamur, eloquentiſſimum Theologum D.Gregorium [c] Nazianzenum; de hac ipſa ſummę bonitatis affluentia loquentem audiamus. Quoniam autem (inquit) illo ſummo bono nequaquam ſatis erat ſua ipſius ſola contemplatione moueri: ſed bonum illud diffundi ac propagari oportebat;vt plura eſſent,quę beneficio afficerentur (id enim ſummæ bonitatis erat) primum angelos,& celeſtes ſpiritus cogitauit: ac illa cogitatio opus erat quod verbo conficiebatur, atque ſpiritu perficiebatur. Hæc Nazianzenus. Quæ profecto cogitatio vt per omnes,illa immenſæ bonitatis diffuſio, communicatioque ab ipſa ſtatim angelorum creatione (ſiue ea ante omnem ſenſibilem creaturam, vt ſuperius [d] tetigimus, & patribus gręcis [e] olim placuit, ſiue ſimul cum viſibili creatura hoc eſt cælo, & terra ut latinis eſt receptius facta fuerit) diuinitus eluceſceret, vel per

Deus eſt eſſētia oīū motionis, & cognitionis.

[a] lib. 2. c. 4. lib 4. c. 21 fol. 87. C & lib. 6. cap 13. 14 & 15. & li. 7. c. 6. fol. 181. ver. D

[b] Boetiū li. 3. pros. 10

[c] Nazianzenus de natiuitate Chriſti pag. 341. & in orat. 2. de paſchate pa. 439.

[d] Cap. 3.

[e] De quare vid. Cātapet. lib. 6. hipotipos. in ꝑpatione, vbi plures pr̄es adducit, & opti. palatiū in 2. ſent. diſ. 12. diſput. 2. pag. 135. vid. Tertul. & annotat. illius lib de Trin. pag. 493. & Anaſta. Synaitā lib. 6. exameron appendice bibl. SS. patr. pag. 1428. vid. et iā langū ſi leſiū in adno. ad Athenagorā pro chriſtianis to. 1. in operibus Iuſtini martyris pag 2 ‹ 0. & optime per R. P. Feliciani capito. par. 3. explica cathol. expli. 69. Vid. ēt R P. Hierony. Vielmiūin lib. ſex dierum lect. 7. vbi abūde de hac q. diſputat poſt Guliel. hamerum ēt Dñicanum a. Geneſ. fol. 6. verſo. & Reuer. Patre. Bongo. de Myſti. nu. ſigni. ſi. par. 1 pag. 18.

ſed ſupernaturalis : quod Theologorum Schola diffitetur. Iuxta hanc naturalem Dei, rerumque cognitionem in verbo imperfectam: Matutinam illam Angelorum cognitionem accipit D. Thom.[a] & Scotus[b] noſter quos alij ſequuntur. Quapropter nec perfectam cognitionē, reuelationemque Arcanorum, & Myſteriorum gratis, tunc temporis habere potuerunt; Niſi poſtea cum iam beati effecti, verbum, & res, ſiue arcana fidei abſcondita, in verbo ipſo, perfecte, & euidenter fide illis infuſa cognouerũt. Id quod D.[c] Thomas loco adducto aperte tradit. Et ſi non omnia, nec omnibus æqualiter, nec eodē tempore illa arcana gratię reuelata fuerint, ſed aliqua ab initio, habita ſuorum munerum, & functionum ratione, reuelata: alia vero poſtea. Hinc fit vt ipſi Angeli ab hominibus in aliquib⁹ circa incarnationis Myſteria eruditi ſint, quibus quidem (vt Scotus noſter[d] docet) Deus Opt. Max. aliqua reuelare dignatus eſt, quę ipſis Angelis denegauit. Sed qualiter illa ſententia à quam plurimis patribus aſſeuerata intelligi debeat, conſule R. P. Fratrem Barthol.[e] à Medina loco pręcitato, vbi ex profeſſo quæſtionem hanc felici calamo abſoluit. Et vltra loca ab ipſo adducta, vide D. Chryſoſtom.[f] De incomprehenſibili Dei natura, vbi multis oſtendit, nonnullas diſpenſationes Myſteriorum diuinorum fuiſſe, quas angelicæ illæ virtutes nobiſcum intellexere, cum omnino antequā nos eas intelligeremus, ignorarēt. Nec modo nobiſcum, verum per nos ipſos acceperunt. Iuxta quę accipienda ſunt quę Anaſtaſius[g] Synaita de cognitione illius myſterij exiſtimauit. Adiunge Iuſti. Marty.[h] de veri. Chriſti. relig. vbi credidit angelos, paſſionis, & Reſurrectionis myſteria ignoraſſe. Adde etiam dulciſſimam illam D. Bernard.[i] conſiderationem qui cum

Matutina Angelorũ cognitio quæ.

a D. Tho. 1. par. q. 62. art. 7. & q. q. 58. ar. 6. & 2. 2. q. 5. ar. 1. arg. 1.

b Scotus in 2. diſt. 9. Melchior Flaui⁹ minorita. in eius reſolutio pag. 15. latius Magiſt. Palati. in 2. diſt. 3. diſpu. 3. add. Scotũ in 3 di. 3. q. 11.

c D. Tho. 1. par q. 57. ar. 1. med. P. F. Bart. de med. 3. p. 1. q. 2. pag. 13. & q. 55. ar. 2. vid. eund. D. Tho. 2. 2 q. 5. art. 1 Scot. in 3. diſt. 24. q vnica & flaui. in reſolut. pag. 45.

d Scot⁹ in 3. diſ. 25. q. & reſolu-

tio. clauij pag 48. col. 1. e Frater Barthol. de medina 2. 2. q 55. art. 2. pag. 1067. col. 2. f Chryſoſt. homil. 4. to 4 pag. 1071. g Anaſtaſius Synaita li. 4. exa nieron in appendice bibl. SS. patr. pag 1407. h Iuſti. Marty to. 2 pag. 78. in fine cum pag. 72. in pri. i D Bernard. in 15. ſermonibus de natiuit. Dñi fol. 389. col. 1. in magnis codicibus Col. 2.

de myſterio incarnationis agit: videt & ardet (inquit) ille vehemens amator, & totum epithalamium in eius laudibus decãtat, vbi manifeſte ſponſus inducitur ſpirãs amorem ſinceriſſimũ, nec vltra valens diſſimulare quod patitur: & poſtea quam angelis incarnationis myſteriũ manifeſtaſſe ait. Quæritur modus redẽptionis, & ſtatim de Theſauro Diuinatis, Mariæ nomen euoluitur, & per ipſam & in ipſa, & de ipſa, & cum ipſa, totum hoc facien dum decernitur: vt ſicut ſine illo factum eſt nihil, ita ſine illa nihil refectum ſit. Sic ergo D. Bernardus ineffabile hoc incarnati verbi myſteriũ, & arcanũ: angelis reuelatum, & cõmunicatũ fuiſſe pro comperto habet. Sed hæ, & ſimiles aliæ ſententiæ iuxta ſuperiorem traditionem accipi debẽt. Vides ergo quãto bonitatis ſtuſtio, & amoris ardore Diuina bonitas ſe diu latere occultariq; minime patiẽs, Angelicã, ſplendidamq; naturã ex nihilo creauerit: ſeſeq; ipſumeidem liberaliter (vt ita dicã) tradens, tot, tantaque arcana eiſdem mirificis modis, ſimul reſerauerit patefecerit. Quis igitur tam demens, tamque obcęcatus eſſe poteſt qui hanc clementiſſimi patris bonitatem nõ obſeruet, & colat? potentiſſimi virtutẽ non miretur? Beneuolẽtiſſimi Domini amorẽ hunc, amore quoq; reciproco, non compenſet? abſconditiſſimæ Diuinitatis communicationem non laudet? totq; reuelationes Arcanorũ angelis factas, non magnifaciat? Verum hæc benefitia, omni humana laude maiora, humanam ſuperant facultatem, & linguas noſtras ſui magnitudinæ obmuteſcere faciunt. Laudent illum potius Aſtra ipſa matutina, hoc eſt angelice illæ ſubſtantiæ, & iubilent omnes filij Dei, quibus hoc laudandi munus, ſanctus [a] Iob aperte conuenire teſtatur. Diuinus ille Pſalmographus, [b] vtrãq; inuiſibilem, & viſibilem, cæleſtem, & terrenam creaturã, ad tanti conditoris laudem inuitans, ipſos primum angelos ad hoc offitium excitat. Laudate, inquit, eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutẽs eius, & ſubiungens

Modus redemptionis: Maria ex theſauro diuinitatis euoluitur.

Sine maria nihil refectum.

Diuina bonitas minimẽ patiẽs ſe diu occultari angelos creauit vt illis ſe reuelaret cõmunicaretq;

Bonitas D. Opt. Max colẽda, & admiranda.

Beneficia angelis facta omnẽ laudẽ ſuperant.

Aſtra matutina angelicæ virtutes.

a Iob. ca. 38 verſ. 7.

b Pſal. 148. verſ. 1. & Pſal. 103. ver.

iungens cauſam (ait) quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt: innuens illos ex eo amoris cõmunicationisq́. Myſterio, & creationis bñficio, peculiarius ad hoc ipſum teneri. Et tres illi ẽt pueri in fornacẽ ignis deiecti, angelos ibidem diuino nutu ipſos ſeruantes, ad hanc eandem laudem decantandam incitarunt. [a] Angeli Domini Dominum benedicite. Porro quanto minus Diuina potentia, Angelorum ope indigebat, tanto magis diuina bonitas, atque beneuolentia, hoc in Miſterio ſplenduit. Ac proinde veriſſimum illud noſtrorũ Theologorum [b] placitum libenter eſt amplectendũ. Quo quidem aſſerunt Deum Opt. Max. ſe ſolo hoc eſt immediiatione virtutis, & ſuppoſiti omnia condidiſſe ornaſſeque. Vnde D. [c] Irenæus aduerſus hęreſes coniunctis quæ ibi eius adnotauit interpres ſic ait: Hic enim filius, qui eſt verbum Dei, ab initio perſtruebat, non indigẽte Patre Angelis, vti faceret conditionem, & formaret hominem propter quem, & conditio fiebat; nec rurſus indigẽte miniſterio ad fabricationem eorum, quæ facta ſunt, ad diſpoſitionem eorum negotiorum, quæ ſecundum hominem erant, ſed habente copioſum, & inenarrabile miniſterium. Miniſtrat enim ei ad omnia ſua progenies & figuratio ſua, id eſt filius, & Spiritus ſanctus, verbum & ſapientia; quibus ſeruiunt, & ſubiecti ſunt omnes angeli. Vani igitur ſunt, qui propter hoc quod dictum ſit nemo cognoſcit Patrem, niſi filius, alterũ introducũt incognitũ patrẽ. Hęc Iręneus. Qui verbis illis Simonẽ Magũ Baſilidem, & Rabinos pungit. Nec tamen diuinæ beneficientię & huic bonitati peremni, ſatis fuit; Arcanorum cognitione, inuiſibilem tantum, irrigare creaturã: Immò etiam (vt proculus ſuperius ait) ad poſtrema vſque deſcendes, rationalem creaturam ex fece & limo conditã, multiplici arcanorum diuinorum manifeſtatione mirifice illuſtrauit. Nam cum ex indiuiduæ ſanctęq; Trinitatis immutabili decreto hominem, propter quem inuiſi-

[a] Daniel 3. 58.

Deus ope angelorũ minime indigebat.

[b] Vid. Doctores 1. ſent. diſ. 1. & ibi ſcotu quę. 2. & late palati. diſp. 3. & 4. vid. R. Antiſtitem D. Patrem Hieronymum Vielmiũ. de ſex operib. lec. 18. pag. 220.

[c] Iræneus lib. 4. c. 17.

Non ſolũ inuiſibili creatura arcana manifeſtauit ſed etiam viſibili hac eſt homini.

Adã ſcientia infuſa, & ſpecies rerũ concreatæ.

[a] Vid. Magiſtrum Michaelẽ de Palac. i 2. diſ.3.diſp. 3.pag.73. co.2.& di. 23.dup.2. pag. 130.

Adã Doctor, magr̃ pędagog⁹ & inſtitutor filiorũ & poſteritatis ſuę.

Adã principium totius naturæ ſecũdũ carnem.

[b] Aug. ſup geneſ. ad litterã li. 6. cap.14. to.3. Beda in quęſt.in geneſim to.8. pag. 151. & R. Antiſtes & Pater Fęlicianus capito li. 1. cõtrouer. catholicarum ca. 7. poſt Eucherium li. 1. geneſ. cap.17

biles,& adminiſtratorios ſpiritus, atque ſumptuoſiſſimi orbis opificiũ creaſſet, illũ nempe primũ hominẽ infuſa omnium rerum naturalium ſcientia, per ſpecierum concreatarum infuſionem [a] cumulatiſſime ſtatim repleuiſſe certum eſt. Et ſi ſpecies illas non tantum vniuerſales, quã angelorum fuiſſe exiſtimemus. Nec mirum videri cuiquam debet Deum maximum, & Optimum, illum tanta ſapientia ornaſſe, ſi conſideret ipſum ſapientiſſimum Dominum non ocioſe, nec fruſtra hominis animam tam varia & multiplici inſtruxiſſe ſupellectili. Quippe quem naturæ humanę Magiſtrum, Doctorem, Pędagogum atque inſtitutorem (vt Theologi noſtri abſque vlla controuerſia Docent) deſignabat. Ac proinde non ſolum eiuſdem naturæ ſecundum carnis propagationem principium futurus erat: verum etiam filios poſterosque ſuos, diuinis doctrinis inſtitutos, atque imbutos cultu verè religionis, vnius verique Dei initiaturus erat. Quã ob rem indicare volens ſapientiſſimus Deus infuſa hac ſapientia, hominem ſapientiſſimum euaſiſſe, vniuerſa animalia ab ipſomet Deo creata in ipſius conſpectum Iuſſione ſua, [b] & Angelorum miniſterio adduxit, vt illis nomina iuxta ſingulas illorum naturas atque propietates imponeret. Formatis igitur (inquit Moſes) [c] Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ & vniuerſis volatilibus cæli adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adam, Animę viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitque Adã nominibus ſuis, cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cęli, & omnes Beſtias Terræ. Cum ergo dicat ipſum eſt nomen eius; nihil aliud (aſſertore [d] Euſebio) uult indicare: Quam quod Adam, conuenienter ad naturas rerũ, Nomina illa impoſuerit. Quod enim vocatum eſt, hoc quidem eſt, in ſua natura. Quod idem D. [e] Tho. docuit, &

recepta

c Geneſ. 2, 19. d Euſebius lib.11. præpar. euang. cap. 4. e D. Tho. 1. par. quæ.96. art.1. ad 3.

recepta Theologorum [a] eſt ſententia. Hinc illud Platonis exiſtimantis primum nominum impoſitorem fuiſſe ſyrum: de quare vide Fabritium [b] Boderianũ in pręfatione Syriacę translationis. Quo fit vt merito Rabinorum quorumdam vana fabuloſitas irridenda ſit. aſſerentium Angelum Adami, Raziel appellatum, illi librũ tradidiſſe, continentem omnium rerum diuinarum, & naturaliũ arcana. Eos irridet R.P. Georgius Venetus loco præcitato. Quale autem Myſterium ſeu Arcanum in ea Nominũ impoſitione ab Adamo facta cõtineretur, vid. Eucherium [c] loco adducto, & Anaſtaſium Synaitam, in examerou, etſi D. Auguſtinus [d] propheticũ arcanũ ſub illis verbis abſconditũ cognoſcẽs minime illud nobis explicauerit. Nec admitto Pagnini [e] interpręrationẽ, & ſententiam; negãtis nomina animaliũ primitus ab Adamo impoſita fuiſſe, & affirmantis illa impoſita fuiſſe ab ipſo Deo, qui tamen ea adduxit ad ipſum Adamũ, vt videret an vocaret ea eiſdem nominibus, ab ipſo Deo iam impoſitis, idque feciſſe vt hominis ſapientiam indicaret, quę tanta ſane erat; vt eadẽ nomina à Deo impoſita, & adinuenta, Animalibus, nullo indicante nec docente impoſuerit. Cæterum ea interpręratio tamquam dura & violenta ab oleaſtro eodem [f] capite exploditur. Cuius tamen illa expoſitio, qua putat non inueniſſe Adamum in poſitis nominibus in illis Animantibus, & auibus, adiutorium quod eſſet coram ſe, ſeu ſicut nomen ſuum: quia nullum erat ſibi ſimile: Cum nullum Animal (ſerpente excepto) loqueretur: Minus profecto mihi arridet. Quippe quæ aperte diuinat, & litteram violat, atque vulgati Textus comunem & receptiſſimum ſenſum, quem tot grauiſſimi authores ſuperius citati amplectuntur. Et præterea, vnde oleaſtro conſtat in eo capite agi de adiutorio ſimili, hoc eſt de nomine ſimili? Catholica autem ſententia eademque vera, & litteralis ad ſimilitudinem naturæ rationalis, & ipſius

[f] cap. 2. pag. 61.

Euę

[a] Aug. ſup geneſ. ad lram li. 6. c. 14. & 12 D. Chryſ. Pſal. 148. to. 1. pag. 1237. philon. li. 1 allegoriarũ fo. 18. Eucherius li. 1. geneſ. c. 19. hamer. in gene. c. 2 fo. 44. co. 2. R.P. Geor. Venetus minorita. nũ to. 1. proble. lect. 1. problem. 22. R. præſul. Felicianus lib. 1. cathol. explicat. in 2. explication.

[b] to. 5. bibl. Regiæ.

[c] Eucheri⁹ Anaſtaſius Synaita in appẽdice bibl. SS. patr. pag. 1491.

[d] D. Aug d. li. 6. ca. 14. ſup gene. ad litterã.

[e] Pagninus li. 1. inſti. hebra. c. 1. pag. 2.

Euæ adiutorium, illa verba ſemper retulit. Vti ex cap. 17. Eccl. inferius adducendo, patebit. Vid. præter omnes alios interpretes R. P. F. Alphonſum [a] Caſtrenſem Minoritanum in lib. aduerſus hęreſes, dictio. Adam. Serpentem autem cum loquela, & ſermonis capacem naturaliter creatum fuiſſe: Merum figmentū eſt Ioſephi, [b] & aliorum, quos D. [c] Thomas & Abulenſis [d] optime redarguūt. Adde plura à nobis diligenter adducta in Torque aureo, ſiue ſacra catena ſacrorum laborum D. Apoſtoli Pauli: Vnde reiecta Oleaſtri expoſitione, communi traditioni magis eſt adhærēdum. Aliarum uero ſubſtantiarum, accidentiumque nomina (exceptis animalibus & volucribus) Deum Opt. Max. impoſuiſſe aſſerit Pagninus loco adducto, & Anaſtaſius Synaita, licet Magiſter Michael de Palacios ſuperius citatus oppoſitum credat. Adde tamen Aug. [e] de geneſi ad litteram. Sed vt ad ſapientiam primo homini infuſam, aliaque dona illi conceſſa reuertamur: Expendenda in primis nobis eſt authoritas illa Eccleſ. [f] cap. 17. verſ. 1. cum ſequentibus: quæ ſic habet. Deus creauit de Terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Et iterum cōuertit illum in ipſam: & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute. Numerum dierum, & tempus dedit illi, poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper omnem carnē, & dominatus eſt Beſtiarum, & volatiliū. Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi, Conſilium, & linguam & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit & illis ſcientiā ſpiritus: ſenſu impleuit cor illorū, & mala, & bona oſtēdit illis: poſuit oculos ipſorū, ſuper corda illorū, oſtendere illis magnalia operum ſuorum. Addidit illis diſciplinam, & legem vitę, hęreditauit illos, teſtamentum ęternum conſtituit cū illis, & iuſtitiam, & iuditia ſua oſtendit illis. Et magnalia honoris eius, vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum. Vnde apud me dubia ſatis

eſt illa

[a] R. P. F. Alphonſus à Caſtro li. aduerſus hęreſes, dictio. Adam pag. 126. co. 2.

[b] Ioſephus li. 1. antiq. cap. 13.

[c] D. Thom. 1. par. q. 95. art. 4. ad 2.

[d] Abulēſis. geneſ. 3. q. 11.

[e] D. Augu. lib. 6. cap. 12. co. 3.

[f] Eccleſ. 17 1.

eſt illa Clementis Alexand. [a] ſententia dum firmat Adamum in conſtitutione ſua minime perfectum factum fuiſſe, ſed aptum ad ſuſcipiendam virtutem; præſertim cum idem [b] aliter de prima hominis perfectione loquatur. Cęterum cum fere ſemper in plurali loquatur textus præcitatus, idemq; plurale græca translatio obſeruet: manifeſtum fit, tot donis virtutibus, ſcientijſque, Euam viuentium omnium Matrem, fuiſſe quoque decoratam: quot vir eius, & communis parens Adam ornatus, & locupletatus fuerat. Quæ recepta Theologorum [c] noſtrorum traditio eſt. Ac proinde Arcana, Myſteria, & magnalia diuina vtriſque communicata exarataq; fuiſſe dubio procul exiſtimādum. Vt autem ſingula pręcitato capite, primorum parentum ſtatum concernentia melius intelligamus, videndus eſt D. [d] Damaſcenus. eiuſque interpres in libro de orthodoxa fide, & D. [e] Thom. in ſumma, Hamerus quoq. dicto cap. 2. geneſeos, vbi de hominis imagine & ſimilitudine agunt. De principatu vero illius ſuper Beſtias omnes, & ſuper omnem Terram, vid. eundem D. [f] Thomam, & ſcripta D. [g] Gregorij Nazianzeni in oratione Natiuitatis Chriſti vbi eleganter probat hominem mundum magnum non corpore ſeu proportione; ſed dignitate eſſe. Quam plurima de eccleſiæ catholicæ primatu & monarchia, huic argumento accōmodata ex ſandero de viſibili Monarchia vtiliter adiūges. [h] De dominio vero ferarū, earumq; obediētia, & manſuetudine, pulchrè. Diuus Chryſoſt. [i] in Pſalmorū enarratione ſic ſcribit. Feræ nō antea Adamo nec Euę terribiles, nec fugiēdę, ſed ſicures, & māſuetę: poſt peccatū vero in hominem quoque feræ rebellarunt, plurimum hac in re ex principatu hominis detractum eſt. Sed nihilominus Dei prouidētia feris loca remota aſſignauit ab vrbibus. Nempe ſolitudines, ne inciuitatibus verſarentur hominibuſque

a Cle. Alex. lib. 6. ſtro. pag. 111.

b Idem lib. 4 ſtrom. pag. 142.

Euatot donis decorata quot vir eius.

c Vid. Pala. in 2. diſt. 23. diſp. 2. pag. 232. col. 2.

d D. Dama. li. 2. c. 12.

e D. Thom. 1. par. q. 3. ar. 1. ad 2. & q. 4. art. 3. & q. 91. ar. 4. ad 1. ad- de Mich. de palat. in 2. diſt. 16. diſp. 1. fol. 191.

f D. Thom. 1. par. q. 96. & contra gētes lib. 3. cap. 22. & 1. ad Cor. 15. lect. 3. & ſeq & ad hæbr. 8. lectio. 2. & 2. 2. q. 64. art. 1.

g Gre. Naz. pag. 342. cū ſeq. vbi Niceta poſt Ioa. Damaſ. loco adducto.

h lib. 3. cap. 10. cum ſeq.

i Chryſoſto. Pſal. 146. tom. 1. pag. 1237. A.

[a] Chryſoſt. ca. 46. to. 5. pa. 1294 ĩ fine & ſe. in princ.

Dominiũ Adami.

que nocerent. Adiunge ipſum [a] Chryſoſtomũ in libro de virginitate vbi ſic ait. Neque enim paruam ei Deus poteſtatis partem ademit, qui ipſum cæteris animantibus præpoſitũ, quaſi dominũ quempiam formidoloſum, tamquam ingratum ſeruum qui apud Dominum offendiſſet in contemptũ ſeruorum adduxit. Nam initio vel à beſtijs omnibus timebatur, omnia enim Deus ad eum adduxit, nec illi quicquam vel ei nocere audebat, vel inſidiari; quippe quod in eo videbant Regiam relucentem imaginem. Simul ac vero ſpeciem illam peccati tenebris obſcurauit, Deus hominem de imperij ſtatu deiecit. Vt igitur quod in terrenos Animantes is non tenet imperium, quin etiam tremit non nullarum timore perterritus; propterea Dei ſententiam illam dominentur beſtijs Terræ, falſam, id eſſe non arguit. Non enim largientis voluntate ſed accipientis culpa illa tum diminutio facta eſt. Hæc Chryſoſtom. ex cuius conſideratione locum adductum optime explicabis. Ex hoc ipſo hominis principatu atque Dominio in animalia, factum eſt, vt iure optimo Adam ſuorum mancipiorum, vere Dominus, illis nomina imponere potuerit. Id quod bene aduertit R.P. Frater [b] Hector Pinctus in Danielem. Vbi Theodoretus [c] aſſerit ex hoc iure, apud quoſdam morem olim fuiſſe ſeruorum nomina mutandi, vt & ipſi ſeruitutem agnoſcerent. Hanc autem poteſtatem, principatum, & dominiũ in Animalia; quidã Dei imaginẽ eſſe ad quam homo factus eſt, aſſeruerunt, vt videmus in catena Pſalmorũ Pſal. octauo. Sed veriꝰ eſt, dominiũ illud, proprietatẽ ipſius imaginis, fuiſſe; vt docte oſtẽdit perdoctꝰ Antiſtes [d] Hierony. Venetus de ſex diebus. Demum (vt magiſter [e] Docet) neceſſe erat, vt animalia & reliqua homini tradita, eius prouidentiam, curam, & gubernationem (quam illi Dominus reliquerat demandaueratque) experiẽtia, & emolumento huius dominij experirentur. Vnde non eſt cur miremur ipſum primum hominem,

Beſtiæ Adamũ formidabant quia in eo relucentẽ imaginẽ regiam videbant.

Dominiũ hominis ĩ beſtijs datũ à Deo, nõ culpa Dei ſed hoĩs diminutũ fuit.

[b] Magr̃ Fr. Hector Pictꝰ in Daniel ca. 1. fol. 9. in paruis.

[c] Theodor. to. 1. pag. 598 co 2.

[d] Hierony. Venet. de ſep. diebꝰ lect. 26. pag. 301.

[e] Magr̃ in 2. diſt. 23.

ſcientiam

ſcientiam hanc,& illam qua quidem corporis, vitęque præſentis neceſſaria prouidentur,peccati perpetratione minimè perdidiſſe. Sed cum ad gubernationẽ vitæ propriæ,& aliorum curam, atque prouidentiam, non ſolum cognitio, manifeſtatioque eorum quę naturaliter ſciri poterant,exigeretur: verum etiam eorum quę naturalem cognitionem ſuperant ad finem ſupernaturalem conſequendum, ipſe primus humani generis parens,omnium rerum ſcientiam habere debuit: Vt alios poſſet (ſicuti diximus) inſtituere. Supernaturaliũ vero cognitio tanta quidem illi fuit; quanta ſanè ad vitæ humanę gubernationem,pro illo originali ſtatu neceſſaria erat. Alia vero quæ nec naturali hominis ſtudio cognoſci quæunt, vt D.[a] Thom. aperte docet,nec ad vitę humanæ gubernationem exiguntur,vt ſunt hominum cogitationes, futura contingentia, & quædam ſingularia, vtputa quot lapilli in flumine iacent, quot arenæ in littore maris, & alia huiuſcemodi,ipſum primum hominem latuiſſe non eſt dubium. Quo fit vt licet ille futurorum, quæ in ſuis cauſis præſentia ſunt,vel ad tales effectus determinata, multo maiorem,& pleniorem nobis, cognitionem habuerit; non tamen eorum quæ cauſas determinatas habent. Sicuti ſunt ea quę ex arbitrij libertate pendent. Inter quæ caſus eiuſdem Adami ad numerandus eſt. Cuius quidem ipſe minime præſcius fuit, vt aſſerit Magiſter[b] quem alij probant,poſt D.[c] Augu.de geneſi ad litteram. Quod idem de Angelis magiſter[d] loco adducto, D.[e] Thom. & alij reſoluunt. Poſt hanc autem naturalium Arcanorum copioſiſſimam cognitionem, Adamo diuinitus infuſam; qualiter ſupernaturalium quoque arcanorum aliam non uulgarẽ: ipſe acceperit: Hugo[f] de ſancto Victore in ſuis ſententijs, nobis ſatis indicat. Cum diuinam Creatoris ſui naturam non ea cognitione, qua foris auditu ſolo percipitur, ſed ea qua intus per inſpirationem, & reuelationem Miniſtratur ipſum

Adam gubernan.li ſcientiam & curan.li ea quę ad corporis, vitęq; pręſentis neceſſaria erãt nõ amiſit.

Cognitio rerũ naturaliũ neceſſaria & ſupernaturalium.

[a] D.Thom. 1. par. q. 94. art. 3. i corpore.

[b] Mag.in 2. diſt.23.

[c] D. Augu. li.2.ca.18. to.3. pag. 268.col.2

[d] Magiſter d.diſt. 23. & diſ 4.

[e] D Thom. ibidẽ.q.1. ar.2.& primi latius ead. diſ.4. diſp.2.pa. 96.col. 2.

[f] Hugo d S. victore.li. 1. de ſacr. par.6.c.14

Adã qualẽ inſpirationem, & reuelationẽ habuerit.

a D. Thom. 2 2. q. 5. artic. 1. ad primum.

ipſum optimè nouiſſe oſtendat. Non quidem (vt idem ait) ea inſpiratione, & reuelatione qua Deus modo à credentibus abſens fide quæritur, ſed ea quæ per præſentiam contemplationis manifeſtius cernebatur. Cuius patris authoritatẽ tanti Roboris ac momenti eſſe D [a] Thomas exiſtimauit, vt ab ea minimè diſcedere fuerit auſus. Vnde hanc eius ſententiam ſic explicat: Contemplatio eorum (ſcilicet angeli, & hominis ante peccatum) erat altior quam noſtra: per quam magis de propinquo accedentes ad Deum plura manifeſte cognoſcere poterant, de diuinis effectibus, & Myſterijs quam nos poſſumus. Vnde nõ inerat eis fides qua ita quæreretur Deus abſens, ſicut à nobis quæritur. Erat enim eis magis præſens per lumen ſapientiæ; quam ſit nobis, licet nec eis eſſet ita præſens, ſicut eſt Beatis per lumen gloriæ. Quo etiam modo Magiſter. d. diſt. 23. eam Hugonis ſententiam explicauit. Ac proinde, Vt idem Angelicus Doctor ait, homo noſter ante peccatum quædam de diuinis Myſterijs manifeſta cognitione cognouit, quæ nunc minime; Niſi credendo cognoſcere poſſumus. Ipſe tamen ſecuti, & angeli, fide indigebat. Quam ſententiam proſequere latius cum Magiſtro Michael. [b] de Palacios in ſuis perdoctis diſputationibus. Hęc autem arcanorum reuelationes primo parẽti, primitus per ſenſibilia ſigna, hoc eſt per creaturam in forma humana, quę illi, & Euæ apparebant factæ ſunt. Quam ſententiam, vt veriſſimã D [c] Auguſt. conſtanter aſſeuerat, dicens. Quomodo ergo illi locutus eſt Deus? vtrum intus in mente ſecundum intellectum, id eſt vt ſapienter intelligeret voluntatem ac præceptum Dei ſine vllis corporalibus ſonis, vel corporalium ſimilitudinibus rerum: Sed non ſic exiſtimo primo homini locutum Deum? Talia quippe ſcriptura narrat, vt potius credamus ſic eſſe Deum locutum homini in paradiſo, ſicut etiam poſtea locutus fuit patribus, ſicut Abrahę, ſicut Moyſi, id eſt in aliqua ſpecie

Adã ante paccatum quędã ex diuinis myſterijs cognouerat q̃ nunc niſi credẽdo nequim⁹ cognoſcere.

b Ma. Mich. de palaci⁹ in 2. di. 23 diſput. 2.

Arcanorũ reuelatio quomodo Adamo facta ſit.

c D. Augu. De geneſi ad literã lib. 8. c. 18 to. 3. pag. 349. co. 2.

cie corporali. Hinc eſt enim quod audierunt eius vocē, ambulantis in paradiſo ad veſperam, & abſconderunt ſe. Idem Augu.[a] rurſus eodem loco ſic ait: ſi modū quęrimus quomodo iſta locutus ſit Deus, modus quidem ipſe à nobis proprie comprehendi non poteſt, certiſſime tamen tenere debemus: Deum aut per ſuam ſubſtantiā loqui, aut per ſibi ſubditam creaturam: ſed per ſubſtantiam non loqui, niſi ad creandas omnes naturas: ad ſpiritales verò, atq; intellectuales nō ſolū creādas, ſed etiā illuminandas, cum iam poſſunt capere locutionem eius, qualis eſt in verbo eius, quod in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum, per quod facta ſunt omnia. Illis autem qui eam capere non poſſunt, cum loquitur Deus, non niſi per creaturam loquitur, aut tantummodo ſpiritalem, ſiue in ſomnijs, ſiue in ecſtaſi ſimilitudine rerum corporalium: aut etiam per ipſam corporalē, dum ſenſibus corporis, vel aliqua ſpecies apparet, vel inſonāt voces. Si ergo Adam talis erat, vt poſſet capere illam locutionem Dei, quam mentibus angelicis per ſuam prębet ſubſtantiam: non dubitandum eſt quod eius mentem per tempus mouerit, miro, & ineffabili modo, non motus ipſe per tempus, eique vtile, ac ſalubre pręceptū veritatis impreſſerit: vt quæque tranſgreſſori pœna deberetur, ea ipſa ineffabiliter veritate monſtrauerit: ſicut audiuntur, vel videntur, omnia bona præcepta in ipſa incōmutabili[b] ſapientia, quæ in animas ſanctas ſe transfert ex aliquo tempore, cum ipſius nullus ſit motus in tempore. Si autem ad eum modum Adam Iuſtus erat, vt ei adhuc opus eſſet alterius creaturę ſanctioris, & ſapientioris Authoritas, per quam cognoſceret Dei voluntatem, atque Iuſſionem, ſicut nobis Prophetæ, ſicut ipſis Angeli: cur ambigimus per aliquā huiuſmodi creaturam ei eſſe locutum Deum talibus vocum ſignis, quæ intelligere poſset? Illud enim quod poſtea ſcriptum eſt,[c] cum peccaſsent eos audiſse vocem Domini Dei ambulan-

[a] D. Augu. loco adducto ca. 27. pag. 251. & lib. 11. cap. 33. & 31. pag. 272. d. 10. 3.

Deus hominib' loqui p naturā ſpiritualē ſiue inſomnijs ſiue in extati.

[b] Sap. 7. 27.

[c] Gene. 2. 8

Deus deambulans i Paradiſo per aliquã ſibi ſubditã creaturã locutus eſt parentibus primis quod eſt d fide catholica vt D. Augu. aſſerit.

a 1. ad tim. 6.16.

b Geneſ ca. 1. pag. 47. & c. 3. pa. 7. col. 2. & geneſ. 9. pag. 131. col. 1. & exod. 33. in fine, & nu. 12. vid. eund. nu. 12.

c Euſe. li. 1. hiſto. eccl. cap. 2. Nicœph. lib. & 1. & ca. 2. pag. 19. ſub finé.

d Lectio. 26 pag. 296. vſque ad 300.

e part. 2. ca. 67.

ambulantis in Paradiſo, quia non per ipſam Dei ſubſtantiam, ſed per ſubditam ei creaturam factum eſt, nullo modo dubitat qui fidem catholicam ſapit. Ad hoc enim, & aliquanto latius, de hac re diſſerere volui, quia nonnulli hæretici putant ſubſtantiam filij Dei nullo aſſumpto corpore, per ſe ipſam eſſe viſibilẽ, & ideo antequã ex Virgine corpus acciperet, ipſum viſum eſſe patribus opinantur, tamquam de ſolo Deo patre dictum ſit: [a] Quem nemo hominum vidit nec videre poteſt: quia Filius viſus ſit ante acceptam ſerui formam, etiam per ipſam ſubſtantiam ſuam. Quæ impietas procul à Catholicis mentibus repellanda eſt: hæc D. Auguſti. Cuius integram ſententiam (ſtudioſe lector) ex induſtria tibi proponere volui, vt aperte videas, quãta cum ratione improbari [b] debeat Oleaſtri luſitani noſtri falſa opinatio, qua ſane credidit, Adamũ Deum in effigie humana, & corpore humano aſſumpto vidiſſe, atque etiam Moſen cui in ea humana effigie locutum etiam affirmarũt Euſebius [c] & Nicephorus. In quo etiã errore Augu. Eugubin. lib. 1. cap. primo de perenni philoſophia verſatus eſt. Quorũ ſententia ab hęreſi Antropomorphireorum, & vadianorum non multum diſtat. Et ne quiſpiam me doctiſſimo, & Catholico viro, atque de religione benemerito ſuſpitionem hanc gratis inijere putet, legat doctiſſimam huius articuli cõfutationem, quam ex profeſſo aduerſus eundem R. P. Oleaſtrum inſtituit Reuerendiſſimus D. Hieronymus Epiſcopus Aemoni. Dominicani etiam inſtituti ſingulare ornamentum, in libro ſuo [d] ſex dierum cui quidem ob eius rationes, & præſertim D. Auguſtini authoritatem (cuius ipſe non meminit) planè aſſentiendum eſt. Adde etiam Reuerendiſſimũ P. Felicianum in explicatio. [e] catholicis. Ex ea ergo D. Augu. Doctrina colligis iam, Deum per ſomnum illum vehementem, quem in Adam inmiſit: Arcana magni ponderis, & momenti eidem reuelaſſe, manifeſtaſſeque. Et in primis diuinam

eſſen-

eſſentiam illi eo tempore oſtendiſſe; Quam quidem ipſum Adamum vidiſſe D. Aug. & alij patres tradiderunt, Et ſi oppoſitam ſententiam de Adamo Moſe, & alijs, veriorem credant alij non contemnendæ authoritatis authores quos recenſet nouiſſimè R.P. Ciſuentes prouintiæ Caſtellæ in ſuis commentarijs vbi latiſſimo ſermone quęſtionem hanc diſputat. Adde Magiſtrum[a] Michaelẽ de Palacios in ſuis diſputationibus in ſecundum ſententiarum, & Reueren.[b] Archiepiſcopum Fęlicianum Capitonium loco nuper citato. Et quæ nos de eadem viſione diuinę eſſentię Moſi facta inferius cap. Sexto repetemus. Sed & ſi ex his appareat dubium; An primus homo Dei eſſentiam viderit; nullum tamen apud nos eſſe debet ipſum eo in ſopore, quem in eum Dominus immiſſit; Arcana Dei & Myſteria futuri redemptoris Chriſti D.N. atque ſacroſanctæ eius Eccleſiæ eiusq. ſponſæ cognouiſſe, ac intellexiſſe, cum alijs quamplurimis tunc tẽporis reuelatis, & ſi gnoſtici, vti refert Sixtus[c] Senenſis huiuſmodi reuelationibus Adę abuſi fuerint. In ſomno namque, & ecſtaſi (vti ſuperius D. Auguſtinus docet) ſolet D. Opt. Max. ſua arcana reuelare. Quod vt Moſes ſignificaret, immiſit ergo (inquit) Dñs Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnẽ pro ea geneſ.[d] 2.21. vbi pro ſopore, eſt in hebræo תַּרְדֵּמָה thardemah, ꝙ ſignificat grauiſſimũ, & valde profundum ſomnum, vt patet geneſ.[e] 15. 12. ibi ſopor cæcidit ſuper Abraham quando Dominus Deus ei Arcana futura patefecit. Accedit illud[f] Ionæ. 1. verſ. 5. ibi dormiebat ſopore graui; &[g] 1. Reg. 26. 12. ibi ſopor Domini cæcidit ſuper eos: & Iob.[h] 4. 13. & Eſa.[i] 29. 10. Quibus in locis ſopor nõ pro qualicũque ſopore ſed pro ſopore graui accipitur. Deducitur autẽ tardemah à verbo רדם Radam. i. ſoporare, ſiue ſopire. Vide Theſ.[k] nouiſſimum

Adam in ſomno grauiſſimo diuinam vidiſſe eſſentiã aliqui aſſerant.

a Ma. Mich. de Palac. fol. 281. col. 2. cũ ſeq.

b Reuerẽdi. Archiepi. Fęlician[9] explicatio 61.

Myſteria maxima illo ſopore Adamo reuelata ſunt.

c Sixtus Senen. lib. 2. bibl. Sãctę littera A. pa. 44. ſub finem.

d Geneſ. 2. 21.

e Geneſ. 15. 12.

f Ionæ. 1. 5.

g 1. Reg. 26. 12.

h Iob. 4. 13.

i Eſai. 29. 10.

k Theſ. linguæ ſanctę. col. 2636.

ſimum, & Forſterum. a Hinc apud latinos grauiſſimus ſopor, vt apud Lucretiũ videre eſt. Et apud Liuium,[b] altiſſimus ſopor, apud [c] Horatium quoque, & profundus ſopor legitur, apud [d] Virgiliũ. Et licet græcis ὕπνος vpnos, ſonus dicatur, & καταφορεῖν Kataphorein idem ſit. quod ὑπνόω, ideſt grauiter dormire: & τὸν βάθον ὕπνον pro ſopore vel ſomno profundo ſumatur, vti in Theſauro linguæ grecæ [e] latius videri poteſt: Nihilo tamen minus ſeptuaginta interpretes præcitato cap. 2. geneſ. verſ. 2 1. poſuerunt ἔκστασιν ecſtaſin. Quo etiam modo D. [f] Hieronymus legit in quæſtionibus hæbraicis in geneſim, vbi ſic habet: pro ecſtaſi, id eſt mentis exceſſu, in hebręo habetur, tardemah quod Aquila Kataphoran, Symmachus Karon, ideſt grauem & profundum ſoporem interpretati ſunt. Denique ſequitur: Et dormiuit. Id ipſum verbum & in Ionæ Stertentus ſomno poſitum eſt. Vide eundem D. Hieronymum in Eſaiam, [g] D. etiam [h] Auguſtinum, in geneſim ad litteram. Chryſoſtomus [i] etiam conſentit ibi immiſſo exceſſu tanto ſomno oppreſſit, vt quaſi grauedine quadam correptus nullum rei quæ fiebat ſenſum caperet. Sumitur autem ecſtaſis pro dimotione rei à ſuo ſtatu, vt in præcitato Theſauro [k] gręco latius videre poteris, & pro exceſſu à ſe ipſo iuxta Dionyſium quem refert diligens, & perdoctus, pater Hammerus [l] in præcitato cap. 1. geneſ. vbi R. P. Hieronymus ab Oleaſtro, ſoporem Adam, naturalem minime fuiſſe recte aſſerit, & ſi in eo quod ait, ſoporem hunc fuiſſe ſpaſmum qui metus cauſa & pauoris fieri ſolet: non parum aberret. Adde his Anaſtaſium [m] Synaitam in hexęmeron vbi non ſolum ecſtaſim legit, ſed & pro ecſtaſi alium interpetrẽ torporem, alium veternum, alium ſomnum legiſſe teſtatur. Sed Epiphanius [n] cæteris præſtãtius, rationem aſſignat, cur pro ecſtaſi noſter ſacer textus dixerit ſomnum; cuius doctrina cum ſuperioribus

maxi-

a Forſterus in ſuo dictio. hebr. pag. 768.

b lib. 7. ab urbe condita.

c Ser. 2. ſati. 1.

d Virg. 8. Aeneid.

e to. 3. col 1749. & 1756. cum ſeq. & to. 4. fol. 110. B.

f D. Hiero. to. 3. pag. 318.

g D. Hiero. to. 4. pag. 233. A. li 9. cap. 19.

h D. Augu. lib. 9. cap. 19. tom. 3. pag. 257. col. 1.

i D. Chryſ. homil. 11. in Geneſ.

k tom. 1. col. 2761. cum ſeq.

l ſol. 45.

m lib. 9. in appendice bibl. SS. patr. pag. 1494.

n Epiphanius titul. 2. tom. 1. ſiue hæres. 48. pag. 124.

maxime conſonet validumque firmitatis robur ac præſidium præſtet, merito quidem in medium proferenda erit. Is ergo in libris contra hæreſes ſic ſcribit. Scriptura dixit. Immiſit Deus ſoporem, & ecſtaſim in Adam, & dormiuit. Et non amplius ſimile eſt hoc illi. Non enim,& hic corpus formaturus erat, Deus vt ideo ecſtaſim immiſiſſet, quo ſimilia inferret, propter excellentem benignitatem. Nam ipſi Adam induxit ecſtaſim ſomni; non ecſtaſim, & emotionem mentis. Ecſtaſis autem iuxta multas differentias modum habet. Dicitur enim ecſtaſis ſtupor ob excellentiam admirationis; Dicitur, & ecſtaſis inſania, eo quod a propoſito emoueat. Verum illa ſomni ecſtaſis, hoc eſt ſopor, iuxta alium modum dictus eſt, iuxta naturalem actionem, maxime eo quod profundiſſime ſancto Adam inductus eſſet, qui manu Dei formatus erat. Re vera enim videre licet, quod merito hanc ecſtaſim diuina ſcriptura poſuit. Nam dum dormit homo, transferuntur omnes ſenſus ad quietem conuerſi. Velut verbi gratia, uis viſiua ſi adeſt, non vidit; concluſi enim ſunt oculi. Quieſcit motorius in homine ſpiritus, ſiue anima. Si graueolentia aut gratus odor eſt in domo, etiam ſi adſit olfactus ſenſus, non ſenſit: emotus eſt enim talis ſenſus, & ad quietem conuerſus. Si amari aut ſalſi aut dulces humores ſint in ore, guſtus non percipit. Nam in quietis ecſtaſi ac ſopore iacet non operans, quod in vigilia operabatur. Auditus adeſt; ſed ceſſat vis audiendi in ſenſu, & ſæpe loquentes in domo, niſi expergefiat homo, non audit quæ dicant, eo quod diſceſſerit actio ad tempus. Si animalia quædam procurrant per noſtrum corpus, non ſentimus ipſorum, circa corpus noſtrum, contactum, niſi grauiter nos impetant: ita toto corporis organo propter ſomni quietem ab actione emoto. Nam quum organum naturæ ſit terreæ, & animæ circundatum, eo quod ſic ex Deo vtilia

Qualem ecſtaſim Dñus Adamo immiſerit.

Ecſtaſis quid ſignificat.

Somni, ſiue ſoporis ratio.

Ecſtaſis effectus.

Vis ſenſuũ in quo cõſiſtat.

nobis contingerunt, datur ſomno tempus, qui ipſum ab efficaciſſimo ſenſu ad tranſitum quietis transfert. Ipſa vero anima, à principali actione ac prudentia non emouetur. Sæpe enim imaginatur, velut in vigilijs, & ob ambulat,& operatur, & pontum penetrat, & plura ac maiora his per ſomnia ſpeculatur. Non tamen in deſipiente, & in ecſtaſi poſito,ac mente moto homine, qui corpore,& anima vigilans,horrenda tractat, & ſæpe ſe ipſum & alios male accipit. Ignorat enim quæ loquitur,ac facit: namque in ecſtaſi mentis ac deſipientia talis exiſtit. Hęc autem omnia ò chariſſimi (idem Epiphanius ait) neceſſario colligimus, ob id quod dictũ eſt immiſit Deus ecſtaſim ſiue ſoporem in Adam, & dormiuit: vt differentias modorum ecſtaſis explicaremus. Et dixit ob quam cauſam illic à Domino ecſtaſis dicta eſt ſomni participatio: nimirum propter Dei indulgẽtiam, & benignitatem, quam omnibus quidem hominibus idem largitus eſt, vt transferatur homo à cura in quietem ſomni, & negotiorum vitæ. Verum illic amplius illam ecſtaſim vocauit, eo quod fecerit ipſum ad tempus non ſentire dolorem, propterea quod accepturus erat coſtam ab ipſo, & ipſam formaturus ei in vxorem. At non erat mentis ecſtaſis ac intelligentię emotio. Statim enim, vt ſurrexit, agnouit, & dixit,hoc nunc os ex oſſibus meis,& caro ex carne mea. Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro ipſius hæc ſumpta eſt. Nouit enim, velut vides,& prima & præſentia,& vaticinatur de futuris: Ecce enim agnouit prima quando erat in ſomno dicens: Hoc nunc os ex oſſibus meis. Et agnouit præſentia; poſtquam facta eſſet mulier agnoſcens ipſam de corpore ſublatam. Et vaticinatus eſt futura: nimirum, ea gratia relinquet homo patrem ſuum, & Matrem ſuam & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Hæc autem non ſunt uiri mente moti

Ecſtaſis immiſſa i Adamũ.

Præſentia Adã ecſtaſi ſoluta cognouit, & prim a & futura.

nec

nec intelligentia priuati, ſed ſanam mentem habentis. Si uero etiã de illo, ego dixi in ecſtati mea, omnis homo mendax, dicendum eſt: alia rurſus hęc facultas, eſt, non velut deſipientis alicuius, ac mente moti hominis, abſit: Sed valde admirantis, & cogitantis de his, quæ ſecundũ conſuetudinem cogitationum moderate videntur ac fiunt. Quando quidẽ enim admiratus eſt Propheta, propter admirationem hic id dicit. Fuerunt etiam prophetæ in ecſtaſi, nõ in ecſtaſi rationis. Fuit itẽ petrus in ecſtaſi, non qui non intelligeret ſermonem, ſed qui videret alia quam, quæ per quotidianam conſequẽtiam ab hominibus videtur. Videbat enim linteum demiſſum, & omnia quadrupedia, ac reptilia, & volatilia cæli in ipſo. Vide vero quod intelligit, & non erat in ecſtaſi ac emotione mentis ſanctus Petrus: Quando enim audiuit, ſurge, macta & comede, non velut qui ſanam mentem non haberet, perſuaſus eſt, ſed ait ad Dominum: nequaquam Domine, nunquam enim inquinatum, aut immundum ingreſſum eſt in os meum. Et ſanctus Dauid [a] dixit, omnis homo mendax. Qui vero dicit, ego Dixi: proprie dixit, & de hominibus dixit; quod mentiuntur, ergo ipſe non mentiebatur: Verum ſtupens, & admirans ipſius benignitatem, & quæ ipſi à Domino prædicata erant, admirabatur per exceſſum. Et videns omnem hominem egentem miſericordia Dei, ſoli Domino veritatem attribuit, omnem autem hominem ſub pœna nouit, vt oſtendat verum ſpiritum, qui in prophetis locutus eſt, & profunditates cognitionis ac certitudinis Dei ipſis reuelauit. Fuit prætere a, & Abraham in ecſtaſi, non in ecſtaſi mentis, ſed in eſtaſi ac percuſſione timoris: Videbat enim clibanum, & lampades circa ſolis occaſum. Sed & alij Prophetæ videntes viſiones mente ſana dicebant: Velut Moſes dicit, timidus ſum, & tremens. Cognouit autem

Prophetę in ecſtaſi

D. Petrus i ecſtaſi vidit linteũ.

[a] Pſal. 30. 23.

Ecſtaſis Abrahę vide.

Moſis uiſio, & tremor & aliorũ prophetarũ.

Abraham ea quæ à Domino dicebantur, Cognoſcens, cognoſces; quod ſemen tuum peregrinum erit in terra aliena annis quadringentis. Et vides quod omnia apud prophetas dicta in veritate videre datur,& in ſana mente,& in ſapienti ratione, & non in inſania. Hęc ſapientiſſimus Antiſtes Epiphanius. Cui non incongrue adiungentur adnotationes Ioannis langi in orat.[a] Athenagor. pro Chriſtianis in primo tomo operum Iuſtini Martyris & Tertulliani interpres [b] aduerſus Marcionem, & ipſe quoque Tertullianus. [c] in lib. de anima. vbi ſic ait. Adam ante ebibit ſoporem,quam ſitijt quietem. Ante dormit quam laborauit,immo quam, & edit, immo quam & profatatus eſt, videant naturalem indicem ſomnum omnibus naturalibus principaliorem. Inde deducimur etiam imaginem mortis iam tunc eum recenſere. Si enim Adam, de Chriſto figuram dabat, ſomnus Adæ mors erat Chriſti dormituri in mortem,vt de iniuria perinde lateris eius,vera Mater viuentium figuraretur Eccleſia. Ideo & ſomnus tam ſalutaris, tam rationalis etiam in publicę & communis iam mortis effingitur exemplar. Voluit enim Deus,& alias nihil ſine exemplaribus in ſua diſpoſitione molitus paradigmate platonico plenius humani,vel maxime initij ac finis lineas cottidie agere nobiſcum, manum porrigens fidei facilius adiuuandæ per imagines,& parabolas, ſicut ſermonum ita,& rerum. Hæc Tertullianus. Qui paradigma Platonis vocat,ideas exemplares quarum lib. ipſo de Anima cap. octauo mentionem facit. Porrò de hac præfiguratione mortis Chriſti,& lateris eius apertura in cruce facta, atque de eiuſdem Domini,redemptoriſque noſtri coniunctione cum Eccleſia, Vide D. Gregoriū Magnum quem Magiſter hammerus in præcitato cap. 2. Geneſ. adducit cum alijs. Atque D.[d] Auguſti,& D.[e] Chryſoſto.

a pag. 226.

b Interpres Tertul. li. 4 pa. 210.

c Tertullia. c. 25. pag. 561. a

Somnus Adę mors Chriſti.

Mater Eccleſia ex latere Chriſti.

Paradigma platonicum.

Mors chriſti,& lateris apertura,& ſomnus adami.

d D. Augu. Pſal. 56. 10. & pag. 227. & in lib. 9.

in geneſim. cap. 13. pag. 251. col. 1. & cap. 15. tom 3. & pag. 257. col 1. e D. Chryſoſt. tom. 1. pag. 85. a. r. a. & pag. 635. c. & tom. 1. pag. 1556.

ſoſtomum, adiunge Alchimum a Auitum, de initio mundi, & primorum parentum creatione, vbi eleganti carmine hæc omnia complectitur. Vid. etiam cętones probæ [b] Falconię, de formatione Euę, & Anaſtaſium Synaitam, in [c] commētarijs in Exęmeron: latiſſime etiam proſequitur D. [d] Augu. in Ioannem vbi ſatis explicat authoritatem [e] illam apoſtoli, hanc vocem Adami proferentis: hęc nunc os, & cęt. de Chriſto, & eccleſia. Vid. ibi Chryſoſto. Anſel. Bedam: & Theodoretum & Adamum delphiũ, & aduerſus lutherum catholice quidē explicat R. P. Archiepiſcopus Fęlicianus [f] capitonius in ſuis catholicis explicationibus, vbi occurrit Caluino inepte, & ignoranter incuſanti noſtram vulgatam quæ habet ſacramentum, & non myſteriũ; prout in græco eſt. Non aduertit, imperitiſſimus homo, Myſterium, & ſacramentum pro eodem ſumi, vt cap. 1. oſtendimus. Quod idem Theſauri linguę Grecę [g] auctor ille, fatetur à gręcis Theologis pro ſacramento myſterium vſurpari. licet etiam ipſemet theſauri author ſatis impius, & profuga: Caluini, & ſimilium vitam, ſectam, moreſq; approbans, vulgatam quoque hac in re mordeat. Præterea, vt Adamus Delphius eo in loco aduertit, apoſtolus ibi ſacramentum ſeu myſterium accipit etiam pro typo, & allegoria iuxta ea quę ex Nazianzeno, & Budeo contra inſolentiam Eraſmi ibidem probat. Sopor ergo Adami fuit ecſtaſis pręter naturę ordinem. Vera quidem & verus ſopor, vt probat Sixtus Senenſis [h] in Biblioth. ſancta contra Caietan. qui perperam oppoſitum ſcripſit. Illa vero ecſtaſis arca & officina quædam myſteriorum fuiſſe videtur. Vnde recte D. [i] Auguſtin⁹ cōtra Manichęos, aſſerit ipſam viſionem ſecretam, nomine ſoporis ſignificari. Eucherius [k] etiam loco pręcitato ſic habet: Iſte ſopor ad hoc intelligitur immiſus, vt ipſius mens per ecſtaſim particeps fieret Angelorum, & intrans in ſanctua-

 rium

a Alchim⁹ in tom. 7. bibl. SS. patr. pag. 291.
b to. 8. bibl. SS. patr. pag. 226. in fine.
c Anaſt. Synai. in appendi bibl. SS. pat. pag. 1493.
d D. Augu. tract. 9 ex cap. 2. to. 9. pag. 35. co. 2. in fi. & 36. col. 1 in prim.
e ad Epheſ. 5. 21.
f archiepi. Fęlician⁹ par. 3. explicatur. 67. pag. 455.
g Theſ. græcũ. tom. 2. fol. 1656. to. primo.
h lib. 5. annot. 46. & 47. pag. 374. in margin.
i D. Aug. li 2. cap. 12 to. 1. pag. 357. col. 2.
k Eucherius in geneſ. lib. 1. cap. 20. pag. 20.

rium Dei intelligeret nouiſſima, & euigilans tanquam prophetia plenus, Sacramentum quod commendat apoſtolus eructaret. Iſta omnia futura, in Chriſto, & Eccleſia facta ſunt, & plena myſterijs, & ſacramentis. Quæ eadem verba Diuus [a] Auguſtinus ſcribit loco geneſeos adducto addens, Ideo Chriſtum Dominum, & amantiſſimum Redemptorem verba illa Adami, propter hanc et cętera; in euangelio [b] repetiſſe, vt hinc intelligeremus propter ecſtaſim quæ proceſſerat in Adamo, hoc eum diuinitus tanquam Prophetam dicere potuiſſe. Vnde primum hominem, primum vatem, D. [c] Hieronymus appellat: qui de Chriſto redemptore nouiſſime venturo, & Eccleſia, primitus tunc prophetauit. Adiunge etiam Theophilum [d] antiochenum in libro contra Chriſtianæ religionis calumniatores. Porro ſub illis propheticis verbis puriſſimam virginem Mariam, Adamum quoque deſignaſſe quæ per Euam eius vxorem etiam ſignificabatur, nullum eſt dubium. De qua re vide [e] Tertullia. aduerſus Marcionem, Irenęum quoq; & R.P. Caniſi. [f] lib. 1. de virgine Maria. Nec ſolum ante lapſum primus homo Diuina Arcana eſt aſſequutus: ſed etiam poſt ea; ad ſuæ calamitatis, & infelicitatis leuamen. Miſericors nanque, & clementiſſimus Deus miranda, & diuina humanæ naturæ inſtaurandæ conſilia, & incarnationis Myſteria illico illi benigne patefecit. In illa namque maledicti ſerpentis maledictione; ipſo Adamo, Euaque preſentibus, Diuinum Arcanum futuri Redemptoris in medicamentum atque peccati remedium; delineare, & demonſtrare dignatus eſt. Inimicitias, inquiens, ponam inter te & mulierē, & ſemen tuū, & ſemē illius: Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius geneſ. [g] 3. verſ. 25. ſiue autem ipſa, vti eccleſia latina Mater noſtra Sacroſancta legit, ſiue ipſum, aut ipſe iuxta hæbraica, & græca exemplaria legamus: eadem, plane ſententia erit. Atque in Chriſtum Dominum, caput

ſerpentis

a D. Augu. lib. 9. d̄ geneſi ad literam ca 19. tom. 3. pag. 217. col. 1.

b Matth. 19 4.

c D. Hiero. in epiſtol. ad eph. c. 5. to. 6 pa. 425. B.

d Theophi. Antio. lib. 3. tom. 5. bibl. SS. patr. pag. 145.

e Tertulia. aduerſus Marcio li. 2. pag. 149 Irēn. li. 3. pag. 216.

f lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 3.

g Geneſ. 3. 25.

Varia lectio, vulgata tñ oib' prēferēda.

ſerpentis conterentem, referenda victoria eſt; Primario quidem, ſecundario vero puriſſimæ eius genetrici Mariç virgini, per quam ipſum benedictum ſemen, fortiſſimum armatum, Gigantem excelſum & inclitum inſerorum expugnatorē miſericorditer habuimus. Vnde lyranus, illud, ipſa conteret caput tuum: vere explicans, inquit, quia per ipſam mediante filio, poteſtas Demonis contrita eſt, ſicque recte dicimus ipſam Virginem intemeratam, redemptionis, & Redemptoris cauſam fuiſſe, inquantū hominem Deum, & Virgo concepit, & perperit: latius proſequitr R.P. F. Barthol.[a] de Medina, poſt alios Quam ob rem ſiue ipſa, ſiue, ipſe, aut ipſum, legas: eūdem ſemper ſenſum elicies. Ipſa nanque per ipſum, & ipſum ſemen, vel ipſe, per ipſam mediante vera carnis aſſumptione, ex eadem puriſſima Virgine, caput ſerpentis cōtriuit. Sed ne in huius lectionis varietate diutius immoremur, videndus eſt Reueren. P.[b] Caniſius in Pio illo & Catholico libro de Virgine Maria, vbi exacte vulgatam lectionem defendit, & vtriuſque lectionis eundem fore finem demonſtrat. Cui tamen adde Franciſcum Lucam Burgenſem[c] in annotationibus in ſacram Bibliam, & Reueren. Patrem Feuardentium[d] in adnotationibus ad D. Irenæum; adde etiam Cepham[e] Syrum in commenta. De paradiſo, & Anaſtaſium[f] Synaitam in exçmeron. Quibus in locis congeſta reperies vniuerſa, quæ ex Hæbraicis, Græcis, Latiniſque exemplaribus, & ex patrum quoque doctrina deſiderari poſſunt. Sed libeat nunc, vt noſtro inſtituto ſatisfaciamus accommodatam ſatis, & pulchram Diui[g] Irenæi ſententiam commemorare. Ille ergo loco præcitato ſic habet. Qua propter, & Deus eum quidem qui à ſemetipſo zizaniam abſconſe ſeminauit, id eſt tranſgreſſionem, quam ipſe intulit, ſeparauit à ſua conuerſatione. Eum autem qui negligen-

ter

Ad Chriſtū Dñum ſerpentis victoria referēda eſt primario, ſecūdario vero ad De perā virginem Mariam.

a Medina 3. par. q. 35. arti. 4.

b Caniſius lib. 4. cap. 3. pa. 374. & lib. 5. c. 9. & cap. 26. pag. 735.

c Burgenſis annot. 1. pag. 25.

d R.P. Feuardētius lib. 4. c. 78 pag. 321. col. 2.

e par. 1. to. 6 bibl. SS. patr. pag. 342.

f appēdice bibl. SS. Patr. pag. 1523.

g d. lib. 4. ca. 78.

ter quidem, ſed male accepit inobedientiam, hominem miſeratus eſt, & retorſit inimicitiã, per quam inimicum Deo facere voluit, in ipſum inimicitiarum authorem, auferens quidem ſuam, quæ erat aduerſus hominem inimicitiam, retorquens autem illam, & mittens illam in ſerpentem. Quemadmodum & ſcriptura ait dixiſſe ſerpenti Dominum; & inimicitiam ponam inter te, & Mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen Mulieris. Ipſe tuum calcabit caput, & tu obſeruabis calcaneum eius. Et inimicitiam hanc Dominus in ſemetipſum recapitulauit, de muliere factus homo, & calcans eius caput, quemadmodum in eo qui ante hunc eſt libro, oſtẽdimus. hæc Irenæus. Et etiam Leo Papa ſerm. 2. de natiuitate Domini, ea in maledictione ſerpentis Deũ Opt. Max. inter ipſa mundi primordia, ſtatim prædeſtinata remedia ſuæ pietatis, præſignaſſe ait. Vnde iam aperte colliges, Redemptoris, reparationẽ futurã ſtatim poſt transgreſſionẽ & ante expulſionẽ è Paradiſo, ipſis primis parẽtibus, manifeſtatã fuiſſe. Id quod etiã Eucherio [a] ſuper geneſim viſum fuit, & Adamo [b] Delphio in Eſaiã. Quib⁹ adiunge illa quæ ſapientiſſime docet circa redemptionis myſterij manifeſtationem Adamo, & alijs poſteris factã; D. [c] Cyrillus in geneſim. Adde etiam Iacobum Fabrũ Doctorem Sarbonicum in epiſtola ſua epiphanij operi præfixa. Conducunt plures ille, & magni ponderis ſimilitudines quas idem Cyrillus inter vtrunque Adamum conſiderat, in quo quidem futuri redemptoris figuram Deus Opti. Max. vt ſuam ſimul ſapientiam, & miſericordiam demonſtraret delineare, & adumbrare voluit. Id quod ſatis D. Paulus [d] ad Roma. 5. verſ. 14. ibi qui eſt forma futuri, nempe Redemptoris Chriſti, & Textus græcus articulo præpoſito, aperti⁹ indicat. ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος hoc eſt, qui eſt typus, ſiue forma, aut figura illius futuri. Syriaca quoque interpretatio eodem modo explicat

Deus inimicitiã in auctorum inimicitiarum retorſit.

Deus quonã modo in ſe inimicitiã hõis recapitulauit.

a Eucheri⁹ in geneſim ca. 29.

b Adamus delphius c. 61. pag. 228. co. 1.

c D. Cyrill. lib. 1. pag. 4. & lib. 2. pag. 8. to. 1

d ad Roma. 5. 14.

explicat dicens. Qui eſt typus illius qui erat futurus. Iuxta quę accipienda ſunt illa verba Zachar.[a] 13. verſ. 5. ibi, Adam exemplum meum. Vbi Rupertus, de Chriſto intelligit, quanquam alij alio referant. Vide Adamũ Delphium ex Origine,[b] & Ambroſio, illam ſimilitudinẽ quoad genus, non vero quoad ſpeciem explicantem. Accedunt quæ etiam[c] Irȩneus omnino videndus tradit: & Aug.[d] atque Tertullianus[e] de carne Chriſti & de reſurrectione. Adiunge his omnino Anaſtaſium[f] Synaitam in geneſim, vbi haſce ſimilitudines optime proſequitur: atque vniuerſa ſex dierum opera myſterium incarnationis ſignificantia; fuſe explicat. R. P. Fr. Barthol. à[g] Medina illam ſimilitudinẽ primi, & ſecundi Adami, optime quoq; exponit. Sed etſi ex his adhuc nõ tam aperte oſtẽſum foret; myſteria Adamo eiuſque vxori à Deo reuelata fuiſſe: ſuffi ceret tamen cognoſcere Diuinȩ bonitatis, Clementiæq; naturam; quȩ ſane afflictos, triſtitiaq; oppreſſos pœnitẽtes, viſcerali pietate ſubleuare ſolet. Quȩ ſola ratio idonea ſatis eſſet vt crederetur D. Opti. Max. & immenſȩ miſericordiæ Deũ parentes, noſtros à paradiſo expulſos, tot tantiſque bonis ſpoliatos, grauiſſimȩ dolentes, penitenteſque, huius tanti myſterij, & reparationis manifeſtatione ſubleuare voluiſſe. Certum eſt nanque eos verȩ penituiſſe, & ſaluatos fuiſſe in virtute meritorum Chriſti ſecundi Adami tunc temporis futuri, vt docet D.[h] Aug. & Anſelmus,[i] atque Iræneus[k] oſtendẽs oppoſitam ſententiam hȩreticã, & falſam. Cui Accedit D.[l] Gregorius Magnus, & Cãtapetrẽſis[m] in ſuo vtiliſſimo libro hypotypoſe. & diligentiſſimus[n] Genebrardus in ſua chronologia. Pro quorum ſententia vide Textum Diuinæ ſcripturȩ apertiſſimum. Sap.[o] 10. verſ. 2. ibi

eduxit

a Zach. 13. 5

b Origines oino vidẽdus. li. 1. c. 5. epiſt. ad Rom. to. 2 pa. 8345. D.

c D Irȩne lib. 3. aduer. hȩreſ. cap. 22. & 33.

d Aug. to. 2 pag. 107. 11 epi. 57. & to. 10. pag. 219. ſer. 13. co. 1.

e Tertullianus pag. 17. de carne Chriſti & pag. 50. & 59 de reſurrectione.

f Lib. 7. pa. 1441. in appen. bibl. SS. pat.

g R. P. Fra. Bartho. a Medi. 3. par. q. 49. ar. 16. pag 955. co. 1.

h D. Aug. epiſ. 99. & ſer. 104. de tẽpore fol. 170. col. 2. i Anſelmus. lib. cur Deus cap. 16. pag 73. col. 2. to 3. k Iræneus. lib. 3 c. 34. & 39. & lib. 1. c. 35. vbi vid fratrẽ Feuardentiũ eius diligentiſſimũ interpretẽ. l D. Greg. epiſt. lib. 6 c. 195. to. 2. pag. 615. litt. E. m Cãtapetrenſis lib 3. cap. 1. n Genebrardus. pag. 4. col 1. ſub. fin. lib. 1. ſuæ chronologię. o Sap. 10. 2.

eduxit illum a delicto ſuo, et cętera. Quem locum poſt alias nõ vulgares rationes, in hanc ſententiã ſe inueniſſe teſtatur R.P.F. Alphonſus [a] à Caſtro aduerſus hæreſes dictio. Adam. Vid. Philiſt. Epiſcopum Brix. lib. de hæreſibus. [b] Nec obeſt Gelaſium Papam librũ de pœnitentiæ Adæ, reijciſſe vt refert Sixtus [c] Senenſis cum ille pœnitentiã illius minime neget; ſed librũ apochriphũ damnet. Hinc ſanè fit vt Eua omnium viuentium Mater edito primogenito ſuo ſic dixerit: poſſedi hominẽ per Deũ vbi [d] textus hæbraic⁹ in huc modũ habet וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה אִשְׁתּוֹ וַתַּהַר וַתֵּלֶד אֶת־קַיִן וַתֹּאמֶר קָנִיתִ אִישׁ אֶת־יְהוָה veha adam, iadagh, eth ſtho, vattahar, vatheled, eth Kain, vatomer, Kaniti, iſch, eth, Iehouah. Hoc eſt (vt ſine noſtræ vulgatæ præiuditio cum Pagnino ad litteram dicamus) & homo ipſe cognouit chauuah vxorem ſuam, & concepit, & peperit Kain. & dixit, Acquiſiui virum cum Domino. Chaldaica paraphraſis ſic tranſtulit. Et Adam cognouit Euam Vxorem ſuam: & cõcepit, & peperit Kain, & dixit poſſedi virum corã Domino: ſed cũ inter dictionem illam, virum, & Deum, nulla ſit præpoſitio, & articulus אֶת eth, accuſatiuum demonſtret; ad litteram (niſallor) rectius dici poſſet, poſſedi hominẽ Deum. Noſtra tamen vulgata ſeptuaginta translationem amplectens, poſſedi, inquit, hominẽ per Deum: ſupplés, illam præpoſitionem per. Eſt igitur ſenſus poſſedi hominem ſeu virum: ideſt certiſſima iam ſum hoc viro, hoc maſculo primogenito noſtro ſuſcepto, de ſpe reuelatione, atque promiſſione, Dei hominis nobis facta, qui quidem per noſtram propagationem carnalem naſciturus verus homo futurus erit: vt tantæ cladis, & ruinę damna omnia inſtauret. Hæc igitur tantæ promiſſionis Arrha, me plane conſolabitur. Vocauit autem primogenitum ſuum, nouiſſimo & inaudito vocabulo Kain, non ſolum vt hanc ſalutis Arrham ſuſcepto maſculo ſignificaret,

[a] Caſtrenſ. lib. 2. hæreſ. 1.

[b] to. 5. bibl. SS. patr. pag 17. D.

[c] Sixt. Sen. in bibl. ſancta lib. 2: dict. Adã pag. 45. in principio.

[d] Geneſ. 4. verſ. 1.

Articulus &, accuſatiuum demonſtrat.

Eua quare nouiſſimo nõie Kain filiũ ſuum vocauit.

sed

ſed vt indicaret ſe,generatione hac in tanta miſeriarum egeſtate,& calamitate;Diuinitus ditatã, locupletatamq; fuiſſe. Kain namq; deriuatur à verbo קָנָה Kanah. quod ſignificat ſubſtantiam,opes & Diuitias; quas quidem habet qui poſsidet. Vide Ezech.[a] 38. 12.& latius in Theſauro[b] nouiſsimo Pagnini. Vnde certe fallitur Euſebius[c] in libro de præparatione euangelica, exiſtimans Kain ab inuidia dictũ, ac proinde illũ merito reprehendit doctiſsim⁹ P.Gulielmus Ammerus[d] in cõmentationibus ſuis in geneſim.Elegãter tñ Philon[e] in libro,quod deterior potiori inſidiatur,per ſigniſicantiã illam poſſeſsionis nominis Kain,Arrogantiã intelligit illius qui ſibi multũ tribuit;& omnia ſe poſſidere credit,alios vero nihil omnino.Idem Philon[f] in libro de Cherubin; eodem nomine,ſignificari aſſerit,eius impiæ ſtultitię morẽ quẽ innumeri hodie obſeruant. Superioribus etiam arridet quorumdam explicatio,qua, poſſedi dicũt,virum,& Dominũ.¦Non eſt tñ ſilentio prętereũda alia[g] Anaſtaſij Synaitę cõſideratio loco ſuperius citato,qui vulgatę noſtrę lectione retenta,aliud arcanũ,& diuinũ Myſteriũ,ſub illis verbis poſſedi hominẽ per Deũ:latere credit. Habet igitur in hunc modum: Eſt autem dignum admiratione quod quando duplex factus eſt Adam, ſtatim Deus, eſt nominatus Dominus, & Deus, per totam Paradiſi Hiſtoriam duplici nomine appellante ſcriptura, opificem. Et de his prompto, & alacri animo tibi philoſophari ſtudioſe, minime cunctabor, & conſequenter addere initia capitum. Et rurſus, Audis quod exquo ingreſſa eſt tanquam diuina quędam natura, diuina inſufflatio,in terra natum corpus Adami,ſtatim ſcriptura nõ ſimplici nomine appellauit,ſed vt pote quod Chriſtus eſſet compoſitus: Deum,& Dominũ eum compoſite nominauit,quo modo in ſinceris ac non adulteratis antiquiſq; exemplaribus diligentiſſime ſcrutari inuenimus, ijs, in quam quę notata fuerunt à Clemente, & Ireneo, & Philone,

Kain deriuatio.

a Ezech. 38 12.

b Theſ col. 1496.

c Cõtra Euſebiũ lib. 11. de pręparat. Euang.

d Ammerus cap.4. fol. 53.col. 2.

e Philon. pag. 108.

f Phil. pag. 80.

g lib.7.pag. 1456. in appẽdice bibl. SS. patr.

Deus qñ Adam duplex fact⁹ eſt, Dñs,et Deus appellat⁹ eſt.

Philone Philoſopho, & ab eo qui exapla compoſuit. Quamobrem ſex quidem dierum creaturam Deus, cum eſſet ſimplex, fabricatur. Nouam autem quæ poſtea fuit creaturam, vt qui factus eſſet compoſitus, Dominus, & Deus, hoc eſt, Deus & homo, Chriſtus Ieſus. Audi (inquit) attento animo myſteria Dei viuentis & admirare.

Adamo ex pulſo quomodo Deus fuerit appellat⁹.

Quando enim exijt Adam ex Paradiſo, protinus ſcriptura non compoſito nomine appellauit Dominum, ſed ſimplici. Nobis enim narrans, diuinitus inſpirata hiſtoria, partũ Euæ, dicit ſtatim poſt exitum à Paradiſo. Cognouit autem Adam vxorem ſuam & cum concepiſſet peperit Kain; & dixit poſſedi hominem per Deũ.

Cõtra Iudæos,

Quamobrem autem (ò Iudæe) diuina ſcriptura, quę in ſeptẽdecim capitibus conſequenter in Paradiſo Deum dupli ci nomine nominauerit, & eum Dominum, & Deum appellauerat; ſtatim poſt hominis è paradiſo egreſſum ipſum Deum appellauit, ſed non Dominum, & Deum? Vt tu diſcas quod Eccleſiæ eſt proprius Dominus, & Deus, & non ſimiliter eorum qui ſunt extra Eccleſiam. Nam hominum quidem qui ſunt extra, Deus eſt nempè θεὸς, hoc eſt θεατὴς, ideſt ſpectator. Eccleſiæ autem Deus & ſpectator & Dominus eiuſque curam gerens, eamque ſuſcipiens, tenens, ac defendens. Quod ſi etiam poſt expulſionem è Paradiſo, nominatur in Diuina ſcriptura Dominus, Dominus Deus, ne mireris, erit enim tempus. Quando etiam ijs, qui ſunt extra eccleſiam dominabitur per euangeliũ, & erit (vt ipſe [a] dixit) vnum Ouile, vnus Paſtor. Hæc ille.

[a] Ioann. 10. 16.

Adã, & Eua Abel, & poſteros de Meſſia, de eccleſia futura, & de diuino cultu inſtituerant.

Verũ vt cunque ſe ſe res habeat: ſatis ſit protoparentibus, vti primis humani generis pędagogis, & inſtitutoribus: primariam hanc diuinorum Arcanorum cognitionem propalatam fuiſſe, non ſolum ante lapſum, ſed etiam poſt lapſum; tunc etenim ipſi, Abelum, & poſteros de fide promiſſionis venturi Meſſię atque Eccleſiæ futuræ, de eiuſque diuino cultu, ſanctè, & pie inſtituebant, ne offitio & eorũ ſaluti vllo modo deeſſent.

ſent. Quo fit vt eorum filius, primus Iuſtus Abel dictus, victimis,& oblationibus,mortem humani generis, deſignans: ſanguine vero victimarum, Meſſię promiſſionē ſignificās; ſacroſanctę eccleſiæ ſacra initia eodē quoque ſanguine,& morte conſecrauerit. Vnde merito ab ipſo Abelo Eccleſiæ & initium, exordium, atque originem deſumimus. Nam licet ipſa multo antea,in terreno Paradiſo in ipſorum protoparentum formatione mirabili; delineata, pręfigurataque à Deo extiterit,vt ex iam ſuperius adductis liquet, primus tamen Abel morte ſua, Chriſti Redemptoris D. N. mortem ſignificauit, & ab accepta gratia, ſicuti eius parens, minime cecidit. Ac proinde Abelo eccleſiæ origo potius quā Adamo tribuitur. De qua re vid.latius D. [a] Auguſtinū quē citat,& explicat Magiſter Michael [b] de Palacios. Quę ſanè ratio pręſtantior eſt ea, quā aſſignat R.P.Paduanus [c] de graſſis in Dialogo ſuo de republica. Quo in loco credit ideo Eccleſię originē Abelo, & nō Adamo tribui,quia ipſe Adamus vnus erat, & non congregatio. Et tñ ſi ipſe aduertit Abel vnus etiā erat & non cōgregatio. Nec formā futuri Adami (vt Paulus ait) præ ſe ferebat. Et præterea Adam⁹ vnus, plures homines erat virtute propagationis, & humani generis principatu. Cū vero apud ſanctos patres legimus, eccleſiā à latere Chriſti ortū habuiſſe,ſicuti & Euam à latere Adami, de Eccleſia quæ poſt prædicatum euangelium ex gentibus credidit, & creuit accipere debemus, vti latius explicatū leges apud Doctiſſimum noſtrum Minoritanum [d] Michaelem de Medina libro ſuo de recta in Deum fide, & late ètiam de eadem re agit diligentiſſimus,& de Fide Chriſtiana optime meritus [e] Stapletonus in libris controuerſiarum catholicarum. Poſt Abel autem, Seth,& filius eius Enos,cum paucis familiæ ſuæ poſteris, Mathuſala, Enoch,& ipſo demū Noa, veram hanc protoparentum, pietatis & religionis traditionem,& inſtitutionem perpetuo, & obſeruarunt,

Abel primus iuſt⁹ o prima eccleſiæ origo.

[a] D. Augu. lib. 13. De ciuit. Dei cap. 9.

[b] Mag. Mih. de Pala in 3. diſt. 25. diſp. 2. pa. 270. col. 1. & col. 2.

[c] Paduani de Graſſis ratio reijcitur.

[d] R. P. Michael de Medina li. 5. cap. 14.

[e] Stapletonus lib. 2. contro. 1. cap. 11.

Filij Dei, & Alij filij hominum.

& retinuerunt. Quamobrem merito filij Dei appellati ſunt; reliqui vero qui maiorũ fide,& traditione cõtempta, in horrenda vitiorum Monſtra & delictorum voragines prolapſi fuerant,filij hominum dicebãtur, vti & nos ex priſcorũ patrũ authoritate lib. primo hiſtorię Tobię adnotauimus. A Patriarcha vero Noa,tres filij eius (ex quibus veluti ex tribus radicibus,ſeu fontibus humanũ genus propagandum erat) eaſdem etiam arcanorum diuinorum,Meſſię, & redemptionis futurę reuelationes, traditionesque cum alijs ad diuinum cultum neceſſarijs, ore ad os accepere.His accedunt duo illi Heroes coætanei, Abraham,& Iob. Alter in Armenia,alter in Terra hus; quorum vterque patriarcham Noe vidit. Abrahã nanque natus eſt pluſquã quinquaginta annis antequã Noe deceſſiſſet. Ipſe tamen Abraham ab orbe condito, Milleſimo quingenteſimo anno, primus fuit,quo cum ſolemniſſimum illud, Fędus Deus Opti. Max. ſolemniter a inire dignatus eſt,& qui pręcepta mandata atque ceremonias,& verbo,& ſcripto recepit. Pręceptum namque vtrunque inſinuat. Iuxta ea quę tradit D. b Iuſtinus Martyr in libro reſponſionum,& quęſtionum Chriſtianorũ, & noſter Oleaſter c Luſitanus. Omnia ergo arcana, & diuina Myſteria ad Dei cultum,& Meſsię vẽturi cognitionem qualencunque pertinentia: Non ſolum filio ſuo Iſaac beneuolentiſsime immolationi Montanę ſe ſe offerenti; tradidit reuelauit,ſed etiam relique ſuæ poſteritati reliquit. Id quod etiã alij aſſeuerant. Ab ipſo autẽ Iſaac ad Iacob patriarcham ac poſteros vſque ad Moſem,eadem horum myſteriorũ cognitio ſuboſcura tamẽ, dimanauit. Nam licet Deus Opt.Max.Iacob,& alijs,plura ad redemptionem futuram propalaret, notitia tamen figuratiua, ac ſymbolica, Arcana, & Myſteria illa, ſicuti rerum vmbras quaſdam,à longè quidem proſpiciebant. Vnde dubio procul Abraham poſt Noe, & Adamum; Iſaac,Iacob,& ipſe Moſes, Dauid & alij Patres Prophe teque,

Abraham, & Iob Patriarcham Noe viderunt.

Abraham primus cũ quo Deus fœd' inijt.

a Geneſ. 12. & 17.

b Iuſti. Martyr. to. 3. pag. 118. q. 2.

c Oleaſter. canone. 16 ante Cõmentaria ſua in geneſim.

à patriarchis ad Moſẽ vſq; cognitio myſteriorum incarnationis obſcura dimanauit.

teque, Chriſtum non dum natum, in lumine fidei, viuentem, redemptorem, reſurgentem, & iudicantem viderũt. Ac ſubinde veriſſimum eſt, Chriſti filij Dei aduentum, & abſconditum arcanum illi populo primitus fuiſſe reuelatum: vti ex quamplurimis ſcripturæ Teſtimonijs & ipſorum patrum aſſertionibus, diligenter colligit, doctiſſimus Pater Frater [a] Barth. à Medina. At quia huic conſiderationi non paruum fulcimentum ex his quæ Euſebius [b] tradit, accedere poteſt, eius verba hic referenda ſunt. Is igitur libro ſuo hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſic ſcribit: Huic quoque ſentẽtię alius propheta locuplés teſtis accedit, in hymnis ſic diuinitus memorans. [c] Ipſe dixit, & facta ſunt ipſe mandauit, & creata ſunt: Patrem, & fabricatorem, vt ſummum moderatorem, nutuſuo regio, de rerum creatione præcepta tradentem: Verbum autem Dei ab ipſo, ſecundum idem dico quod eſt à nobis manifeſtò prædicatum paternis pręceptis obtemperans inducit- Quod quidem omnes à primo ſatu humani generis, quicunque ſingulari Iuſtitiæ & pietatis amplitudine præſtitiſſe dicuntur: vt magnus ille & inſignis Dei famulus Moſes: vt Abraham qui illum ætate anteibat, eiuſque filij: vt prophetæ etiam, puro ſinceroque mentis & intelligentiæ lumine illuſtrati, & quicunque denique poſtea probitate excellere videbantur, tum ingenuè agnouerunt, tum illi, vt Dei filio, debitum decus, & venerationem, impertierunt. Is vero quo pium, & ſanctum illum cultum, qui patri debetur, abiecta inertia ſtudioſe propagaret, omnes homines ad patrem vere cognoſcendum ſedulo erudiuit. Et rurſus [d] ipſum Dei verbum, quod ante omnium rerum erat originem, incredibili quodam amoris ardore erga humanum genus incenſum, interdum per Angelos hominibus in terra vitam degentibus apparuit, & vbi iam ab iſtis viris ſemina pietatis per hominum multitudinem, ſparſa eſſent, & gens

[a] R. P. F. Barth. à Medina 3. par. q. 49. art. 6. pag. 960.

[b] Euſebius in hiſtor. eccle. lib. 1. cap. 2. pag. 1.

[c] Pſal. 148. 5.

Dei verbum Chriſtũ Dñm à primo homine vſque ad Moyſem fuiſſe cognitũ, & à veneratione habitũ.

[d] Euſeb. ſuper citat. pag. 4. B.

integra ſtudio pietatis dedita, ex illis vetuſtiſsimis hebræis orta fuiſſet, Deus ipſe in ingentem multitudinem concreſcentibus, cum adhuc in priſtinis vitę inſtitutis ætatem degerent, per Prophetam Moſem ſacrorum initiationes, nō illas quidem euidentes, & eximias, ſed imagines, & ſymbola ſabbati cuiuſdam myſtici, ac circumciſiones, aliarumque arcanarum, & opertarum præceptionū formulas tradebat. Hęc Euſebius. Cui Addendus eſt Nicephorus [a] caliſtus. Et illud [b] Ioani. 13. de agno qui occiſus eſt ab origine mundi; videlicet Abel qui fuit Chriſti figura. Vnde Irenęus [c] cui aſentitur Ioan. langus in ſcholis ad Iuſti. Marti. de verita. Chriſti. religionis; affirmat Moſem ſub figura paſchatis, paſſionē Chriſti horā, & diē atque locū eius cognouiſſe, & ſi ipſi, nempe Euſebius & Nicephorus aſſerant, Abrahā, & Moſem, Deum in hominis effigie vidiſſe, quod iam ſuperius à veritate alienum eſſe oſtendimus. Accedāt adhuc quæ eodem libro paulo inferius, idem [d] Euſebius de nominis Chriſtiani antiquitate, & pietatis inſtituto docte agens in hunc modum ſcribit. Cęterum quamuis non plane recentes ſimus, & hoc nouum nomen Chriſtianorū modo apud omnes gentes increbuerit: vitam tamen, & inſtitutionis genus, vna cum pietatis pręceptis, non nuper à nobis confictum, ſed à primo (prope dixerim) humani generis ortu naturalibus quibuſdam notionibus, in veterum hominū mentibus, qui Deo chari erant inſitis exercitatum, excultumque fuiſſe. Et rurſus idem Euſebius, ſi quis item omnes illos qui ſunt Iuſtitiæ teſtimonio (loquitur de primis hebręorū patriarchis) comprobati (ab ipſo autem Abrahamo ad primum vſque hominem gradatim aſcendendo, repeti ſolet) Chriſtianos, non nomine, ſed re affirmet; non multum profecto à veritate aberrauerit. Nam illa omnia quę Chriſtiani Nomen in ſe continet, ni mirum vt ſit Chriſtianus, qui per Chriſti cognitiouem, & Doctrinam, modeſtia, iuſtitia, arduarum

Moſes cognitionē habuit Chriſti p vmbras, & ſymbola.

[a] Niceph. caliſt⁹ li. 1 hiſt. eccl. cap. 2. pa. 29.

[b] Ioan. 13.

[c] Iren. lib. 4 cap. 23.

[d] Idem Euſebi⁹ ca. 4. pag. 7.

De antiquitate nōis chriſtiani.

Ab Adamo vſque ad Abrahā fuere chriſtiani re li cet nō nomine.

Nomen Chriſtiani quid in ſe contineat.

rerum in vita perpeſſione,& tolerantia,virtutis conſtantia, pietatis etiam,verique cultus confeſſione,vni,& ſoli Deo ſuper omnia attribuēdi,præſtet,excellatque (illa in quam omnia) ab illis antiquis patribus,non minus ſtudioſe,quam à nobis exercitata,excultaq; fuerunt. Et poſtea. Quin etiam ipſum Chriſtum ideſt vnctum Dei,perſpicuè agnouerunt. Quam perſpicuum eſt, eam religionem, quæ eſt ab illis pijs viris,qui circa Abraham tempora vixerunt, inuenta & excogitata, atque iam nuper per Chriſti Doctrinam & prędicationem omnibus patefactam,primam,vetuſtiſſimam, omniumque plane antiquiſſimam exiſtimari debere. Hęc Euſebius. Ex quib⁹ conſtat hanc diuinam Theologiam reuelatam, chriſtianę religionis, ab ipſis antiquis patribus cognitam fuiſſe ab illiſque originem traxiſſe. Et hoc eſt quod Ioa. a Froſterus, & ſcaligerus in epiſtomio de Adamo primo ſapiente & Theologo ſcripſere. Errāt tamen grauiter qui Kabalæ origenem Adamo aſcribunt: Myſteriorum autem fidei originem(vti ex dictis conſtat) verius illi attribuerēt. Sapientē igitur appello Adamū, & Theologum & non Kabeliſtam. Ne illam cabaliſticam denominationem admittamus, eamque Adamo falſo impoſitam permittamus. Cur enim diuinum, & ſacrum Theologiæ nomen à reuelatione ſacrorum arcanorum deductum, ad infamem,& ſtultam Kabaliſtarum traditionem, ſeu potius ſuperſtitionem referemus? Nam licet iuxta nominis, & etymologię rigorem noſtra Theologia, & ea doctrina quę anagogicum ſenſum reſpicit, Kabala dici olim potuerit, nunc tamen ob deprauatum fabulantum rabinorum abuſſum illud prophanatum nomen, tantę tamque ſacrę rei tribui minime debet. Nec miretur quiſpiam nos nomen illud ob Iudęorum abuſſus, & Demoniaca ſacrilegia abhorrere: cum etiam ſacroſancti illi patres,in re maioris momenti, ab eo nomine Chriſti pera maxime cauerint, teotecon, Virginē Dominā noſtrā

Chriſtiana religio omnium antiquiſſima.

a. Ioa. Foſte. in dictio. ſuo pag. 715. uerbo Kabal.

Adamus ſapiēs non Kabaliſta quales Rabini.

Nomē infamię, ſacrę Theologię nō ē attribuendum.

ideſt matrē Dei appellantes: cum tamen vere chriſti, qui Deus, & hō eſt; mater ſit. Cauebant [a] (inquā) ab eo nōie Chriſtotochon ſeu chriſtipara, ne cū Neſtorio, & alijs hę reticis eo nomine abutentibus, vt Chriſti diuinitati dę traherent, quoquomodo cōuenirent. Catholici namq; & orthodoxi viri nō modo impia hæreticorū Dogmata, & rabinorū deliria deteſtari debent, ſed & ipſa ipſorū, voca bula, & normā formāq; loquēdi omnino repudiare: Præ ſertim cum illa ſuperſtitionē potuis quā ſalubre aliquod petatis myſteriū deſignāt. Vnde magis admitterem eos qui Adamū, Abrahamū,[b] & Salomonē, magos, ſophosq; & ſapientes dicunt; cum magia, naturalis ſit ſcientia per quam quidem ad cognitionem proprietatū, naturarūq; fructum & operationem rerum naturalium, peruenitur. Sed qui ipſos cabaliſticos appellant imprudenter faciunt, cum alia longe præſtantiora nomina minime deſint, quibus ſane patres illos plus honorare poſſim[c]. Sed de his inferius latius agendum erit. Satis tamen nobis eſſet debet, eccleſiam, atq; fidem reuelatā in omni ſtatu, & cognitam ac reuelatam extitiſſe. Quo ſanè fit vt fides noſtra, ſicuti Eccleſia ipſa, ſacra ſcriptura antiquior haud dubie cenſenda ſit, vti latius catholici omnes noſtri tractatores oſtendūt, Et inter eos noſter R.P. [c] Michael dę Medina lib. de recta in Deum fide, & Magiſter [d] Michael de Palacios in diſputationibus tertij ſententiarū. Hinç Theologia noſtra, reuelata ſcientia merito appellatur. Ac proinde, qui diuinā reuelationē lumenquę diuinitus infuſum, formalē ipſius Theologiæ rationē eſſe tradunt, veriſſimo fundamento innitūtur: Vti ex D. [e] Thom. & eius alumno Doctiſſimo Fratre [f] Melchiore Cano de locis Theologicis, apparet. Cui adiūgę Mag. Mich. [g] de Palacios, & R. pręſulē F. Hierony. [h] Vilelmiū in ſuo opere ſex dierum, & alia quæ adhuc de fidei obiecto latius dicemus in notatio. ad teſtam. Ruben. Martyris. Porrò vt huic cap. quarto vltimum iam Colophonē imponamus,

Multipli-

a Io. Damaſcen. lib. 3 ortho fid. ca. 12. vbi eius interpres vide. Palaci. in 3. diſtin. 4. diſp. 2. & Medin. 3. par. q. 35. art. 4.

b Vide congeriem de trāſmūtā. metallorū. cap. 19. pag. 161.

c Michael de Med. li. 4. cap. 3.

d Micha. de Palacios i 3. diſt. 25. diſp. 1. & di. 24. diſp 2.

e D. Tho. 1. par. q. 1. art. 3. & d̄ veritate q. 10. ar. 1.

f Melchior canus lib. 12. & c. 3.

g Michael d̄ Palacios i 1. q 9. pręcurſoria.

h Hierony. Vilelmi⁹. lectio. 1. pag. 7.

Multiplices reuelationum rationes, manifeſtationeſque, Myſteriorum a Deo Opti. Max. varijs in locis, diuerſis perſonis, atque temporibus factas, qui plenius legere cupit, videat D. [a] Chryſoſtom. in geneſim, & D. Bernard. [b] in ſerm. de Villico iniquitatis, & in libro de conſideratione,[c] & in ſermone de ſancto Ioa. Bapt. Accedat D. [d] Gregori⁹ Magnus in libris Moraliũ, vbi proſequitur modũ, quo Dñs, diuinitatem nobis manifeſtat. Vid. etiam Clem. [e] Alexãdrinum de arcanis qui paucis reuelãtur, in libris ſtromatum; & quare paucis, explicat, Nyſſen. [f] de vita Moſis, & quomodo arcana per Spiritũ ſanctum Deus reuelet oſtendit Epipha. cõtra [g] Theodotionem. Et de arcano Dei conſilio in his manifeſtationibus, & myſterijs, vid. optime per D. [h] Augu. de piorum conſolatione vbi plura hoc in articulo leges. Vid. etiam ſi placet Reueren. illum Patrem. [i] Alphonſum à Caſtro in pſal. Beati quorum. De hac differentia ſacrarum reuelationũ, & de acceptatione vnitateque ipſarũ mutuabis plura à pręcitato Magi. Michaele de Palacio [k] in libris ſenten. Adde etiam S. Leonem [l] Papã in ſerm. 5. de Natiui. Dñi & Cathechiſmũ Romanum in principio. Ad arcanorum autem cognitionem quis perueniat, pete à B. Maximo [m] in ſuis centurijs.

Varię Dei reuelationes.

a D. Chryſ. cap. 4 homil. 2. to. 1. pag. 7. & geneſ. 12. homil. 31. pa. 229. & in ſer. de ieiu. pag. 465. eod. tom.

b D. Bern. fol. 57. co. 1. c.

c D. Bern. lib. 5. cap. 3. fol. 212. verſ. & fol 394 honore. 6. & fol 34. c i ſer. hebd. pænoſę.

d D. Greg. Mag. li. 5. moral. ca. 20. ad 4. caput Iob.

e Clem. Alex. lib. 1. pag. 4.

f Greg. Nyſſen⁹ pag. 140. d.

g Epiph. hæreſ. 54. pa. 147. lib. 2. tom. 1.

h Aug. epis. 49. q. 2, to 2. pag 74. cum ſeq. i Alphon. à Caſtro. homil. 17. to. 2. ſuorũ operum. pag. 997. k Michael. de palacios lib. 1. q. 7. præcurſ. & ſeq. l Leo Papa pag. 16. m centu: 4. de virtutib⁹ & vitijs c. 14. in appen. bibl. SS. patr. pa. 1316.

De diuinis Arcanis ex Natiuitate educatione, & eloquentia Moſis. Caput. V.

DEus igitur Maximus Optimus, Adamo primo parenti, & poſteris ad Abraham vſque, (à quo 3. mundi ætas ſumpſit exordiũ) pro ſua bonitate atque Magnificentia, diuina Arcána ſua manifeſtans, ſubſequentem mundi quartam ętatem (quam à Moſe ad Dauid vſque regem, omnes connumerant) minimè vacuam, &

 exper-

experitem harum reuelationum & arcanorum dimiſit: Indubitatam namque Redemptoris promiſſionem diuini,præſtantioriſque religionis cultum, atque certam adumbratæ Eccleſiæ doctrinam Deus, & Dominus noſter prouidentiſſimus, cõtinuata hac ętatum ſucceſſione tam verbis,quam ſignis mirificè explicauit, commendauit. Quam ob rem diuina prouidentiá ſingula ſuæ diſpenſationis, Arcana conſilia,locis,formis temporibus,ac inopinatis medijs diſtributa dirigens ac adminiſtrans: Moſem,cũ aſsyrijs quartus decim⁹ ſaphrus,& ſycionijs duodecim⁹ orthopolis, & Criaſus quintus Argiuis,(vt D. [a] Augu. tradit.) cum etiam lege tyranni egyptij, Maſculi hebræorum infantuli viuere,vetabantur: in lucem edi, atque in fiſcela quadam,bitumine,& picę illita in fluenta nili, à parentibus, tribus iam menſibus elapsis exponi voluit. Fiſcelam ipſam ad eam annis Ripã, qua Merides chenephris Aegyptiorum regis filia,tunc tẽporis ſpatiabatur, aquarum vorticibus, Diuinitus eiecit. Vtque ab eiſdem aquis quibus alij obruuntur,ipſe infantulus vitã ipſam, & incolumitatem præſtantius ſortiretur. Matrem præterea regis filiam,& veram genitricem,dulcem nutricem, Deo ita mirabiliter diſponente,reciperet,vti ex ſacra exodi [b] hiſtoria manifeſte liquet. Vnde illi moſis nomen ab ipſa pharaonis filia,non vero à legitima, & Naturali matre impoſitum eſt. Mos autem (vti [c] Philon ait in libro de vita Moſis) Aegyptiorum lingua aqua dicitur. Sed Ioſephus [d] in libris antiquitatum,quem Io.Zonora gręcus, Cedrenus,& alij probãt,propriam nominis etymologiam oſtendit dicens. Mos ab Aegyptijs aquã dici,iſis vero,ſeruatum ſiue eductum. Cui quidam deriuationi hæbraici nominis appellatio etiam cõſonãt. Nam משה Moſech dicitur educt⁹, à verbo מָשָׁה Maſcha, ideſt educere: atque ideo cum ipſa filia Pharaonis expoſito infantulo, Moſes nomẽ illi impoſuit, ſtatim dixit, quia de aqua tuli eum. exod. [e] 2. verſ. 10. כִּי מִן הַמַּיִם מְשִׁיתִהוּ

Moſis natiuitas.

a D. Augu. lib. 18. de ciui. Dei ca. 8. to. 5. pag. 222. col. 1.

b Exod. 2.

c Philo. de vita Moſ. lib. 1. pag. 389.

d Ioſephus. lib. 2 c. 5. ſequ. Zonora lib. 1 annali pa. 20. Cedrenus in cõpẽdio hiſt. pag. 34. Clem. Alex. lib. 1. ſtrom. pa. 40. & Hiero. vide m⁹ de ſex diebus lect. 1. pag. 2.

e Exo. 2. 10.

chi min, hamaim, Miſcitihu : hoc eſt, quia de aquis traxi eum, ſiue tuli, aut eduxi. Vbi idem verbum Maſcha ponitur. Quo aperte confunditur error [a] Gregor. Gyral. libris de poæſi, aſſerentis, ipſum Moſem ſibi ipſi nomen impoſuiſſe, & ſatis quoque confirmatur ſentẽtia [b] Iacobi bilij, in commentarijs ad Ioa. Damaſcenum, probãtis, Moſes, & non Moyſes ſcribendum, quidquid aliter Auguſt. Eugubinus in eod. cap. 2. exodi opinetur. Græci in, authore Eupolemo. D. [c] Aug. & Euſebio, Muſæum, illũ dixere. Manethon vti lilius Gyraldus loco adducto refert, Moſem prius orſaliphan vocatũ aſſerit. Et [d] Cedrenus, ab alijs dictũ, Adamiſim atque tethmoſim. Sed nos ſcripturæ tutius adhærebimus, etſi non diffiteamur fieri potuiſſe gentiles præter hoc diuinæ ſcripturæ nomen, ipſum, alijs nominibus denominaſſe. Hic tamen appoſite adiungi poſſunt verba Euthimij [e] in pſalmorũ præfatione, exiſtimantis veriorem eſſe, ſententiam eorum qui omnes pſalmos à Dauide compoſitos fuiſſe credidere : atque eum qui inſcribitur, oratio ipſi Moſi homini Dei, non ideo hunc habere titulum, quod a Moſe compoſitus fuerit; ſed quod his congruat qui per diuinã aquam, hoc eſt per ſalutare lauacrum baptiſmatis, homines Dei effecti ſunt. Moſes quidem (vt idem Euthy. ait) interpretatur eductus ex aqua ; ſubſcribit eidem [f] Brandemachius in eadem pſalmorum præfatione; & Andre. [g] Maſius in præfati. ad librum Ioſue, de Moſe elegãter ſic ſcribit. Iam vero (inquit) cum viſum eſſet æterno Dei conſilio eccleſiam ſuam, nõ modo reſecti præputij ſigno, ab reliquis hominum cœtibus ſeparare, verum etiam peculiaribus viuendi legibus, & religionis ritibus : eoque quintam Moliretur πολιτείαν, cuius adminiſtrum facere Moſem conſtituebat, eiuſce notionis nomine, hunc inſigniri procurauit, quod haud obſcurum liberandæ eccleſiæ ex fluxis calamitatibus, & fluxa religione, quibus malis illa tum in Aegypto laborabat, certiſſimum eſſet præ-

[a] Greg. Gyrald. dia. 2 pa. 42. i fine. ...

[b] Iacob. bilius lib. 2. ortho. fid. cap. 6. pag. 201. verſo

[c] D. Aug. d. c. 8. vbi ludo. Viues Euſe. lib. 9. d prep. euang ca. 4. nu. 11.

[d] Cedrenus pag. 33.

[e] Eutymius que ſupra retulimus lib. 6 cap. 9. de litteri lat. ed. ſeruili.

[f] Brãdemachius pa. 5.

[g] And. Mas. in Ioſu. pag. 5.

Aquarũ Natura, et ſignifica-tio i ſcripturis.

ſagium. Moſes enim aquis extractum ſignificat. Quarum natura fluxa eſt, quæque in ſacris litteris miſerias, atque ærumnas ſignificant. hæc illę. His ſuffragatur ſacra illa D. Stephani prothomartyris authoritas diligẽti profecto obſeruatione digna; dum Act.[a] 7. verſ. 17. ſic ait. Cum autem appropinquaret tempus promiſſionis, quam profeſſus erat Deus Abrahę, creuit populus, & multiplicatus eſt in Aegypto, quoad vſq; ſurrexit alius Rex in Aegypto, qui non ſciebat Ioſeph, hic circumueniẽs genus noſtrum, afflixit patres noſtros, vt exponerent infantes ſuos nè viuificarentur. Eodem tempore natus eſt Moſes, & fuit ἀςεῖος, hoc eſt gratus Deo. Qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui. Expoſito autem illo ſubſtulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum ſibi in filium. Ex quibus ſanè verbis, colliges iam arcanum Dei conſilium, & prouidentiam omnium ſapientum iuditia ſuperantem. Quis vnquam vel mediocriter ſapiens, & prudens, ſtabiles promiſſiones ſuas, repugnantibus omnino medijs hoc eſt per infantulum, aquis penè ſubmerſum, & in littore expoſitum, adimpleret? ſolus ille, qui inopinatis mediis, & humano iuditio planè contrariis conſilia ſua diſpenſat. Ac proinde infantuli naufragio, populique afflicti multiplicatione, arcanis, & miraculis locum aperuit. Nam [b] vti hiſtoriographi tradunt, quidam ex ægyptiorum ſacerdotibus, pharaoni denuntiauerat futurum, vt circa id tempus, Iſraelites vnus naſceretur, qui ſi adoleuiſſet, & Aegyptios depræſſurus, & populares ſuos eſſet euecturus. Quare Pharao præterritus, omnes Maſculos qui hæbreis naſcerẽtur in flumen proiectos necari iubet. Quod quicunque parentum negligerent, cum omni familia perituros, & partus hebræarum mulierum ab ægyptiis obſtetricibus obſeruari iubet. Sed (vti Ioſephus ſuperius citatus præclare ait) nemo poteſt Dei voluntati reſiſtere, etiam ſi infinitas artes in hoc comminiſcatur? Nam, & puer de quo ſacrorũ ſcriba præ-

a Act. 7. ver. 17.

Diuina ꝓuidẽtia ꝑ media repugnãtia reſplẽdet.

b Ioſeph. d. lib. 2. c. 1. Zonor, & Cedren⁹. locis adductis.

Pharao Vnde legẽ de infantibus necandis tulerit.

Dei volũtati nemo reſiſtere poteſt.

prædixerat, eluſis regiis obſeruatoribus, clam à parẽtib⁹ educatus fuit, & vatem non fuiſſe vanũ euentus rei comprobauit. Vnde merito, D.ᵃ Chryſoſt. in eodẽ cap. 7. ſic ait. Hoc mirabile quod futurus præfectus, neq; poſt hęc, nec ante hoc, ſed in ipſo medio furore naſcitur, & educatur mẽſibus trib⁹ in domo patris. Quãdo igitur humana, ſpẽ oẽm negant, etiã abiecerunt illum, tunc diuina diſpenſatio clare fulſit. Hæc Chryſ. Philon.ᵇ etiam de vita Moſis tam facile (inquit) ſuccedit, quidquid Deo placet, quamuis arduum. Sãctus vero prothomartyr tribus mẽſibus, Moſem in domo patris ſui educatum fuiſſe, ea de cauſa dixit, vt Arcanum Dei conſilium, tyrannorũ Machinamentis minime impediri potuiſſe intelligeremus. Accedit quod Moſis parentes non ſine aliqua diuina reuelatione illum tribus illis menſibus educarũt, occultarunt, & in papyrione poſtea flumini commendarunt. Vnde Ioſeph⁹ ᶜ nuper citatus ſic ait. Deinde Amarames veritus ne re deprehenſa, iram regis incurreret, ac mox, & ipſe vna cum puero ſublatus è medio, promiſſionem Dei faceret irritam: maluit ſalutem filij totã ipſius prouidentię committere: ratus etiam ſi puer lateret, (quod tamen perdifficile erat) Moleſtum tamen in continuo periculo viuere, non eius tantum, ſed & ſuo. De Deo vero certã ſpem habebat prouiſurum, vt oraculi veritatem euentus indicaret. Et rurſus: hic vero manifeſte Deus declarauit, nihil humana ſapientia, ſed omnia bonitate illius omnipotenti confici: eoſq; qui propter vtilitatẽ ſuã aut ſecuritatem, aliis perniciẽ moliuntur, quanta libet vtantur diligentia ſępe tamen voti cõpotes non fieri. Rurſus qui ſuam ſalutem Deo committunt, pręter opinionem è mediis periculis emergere; quod & in hoc puero videre licet: hæc Ioſephus. Quę quidem vehementer D. Pauli ᵈ Authoritate confirmantur; dum ad hæbre. ſcribens cap. 11. verſ. 23. inquit, fide Moſes natus, occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis eo quod vidiſſent elegan-

a D. Chryſ. homil. 56 to. 3. pag. 481.

b Philon pag. 289. in fi. lib. 1.

Quidqd Deo placet facile ſuccedit.

Parentes Moſis cũ tribus mẽſib⁹ occultarunt & flumini poſtea cõmendarũt non ſine aliqua diuina reuelatione.

c lib 2. c. 5. pag. 51.

Qui ꝓp vtilitatem propriam alijs pniciem moliunt nunquam voti cõpotes efficiũtur.

e Paul: ad hebr. 11. 23.

Moſes infans elegans, & formoſus.

elegantem infantem ſeu Vrbanũ (ſicuti ſeptuaginta pro formoſo dixerunt,& Eugub.d.c.2 exod.annotauit)& nõ timuerunt regis edictum. Cõſonat Philon loco adducto dum ſic ait: Eo tempore natus hic puer uiſus eſt præſeferre haud vulgarem indolem, adeo vt eius parentes edictũ tyranni contempſerint. Quo fit vt recte ſcripſerit Aecumenius.d.cap.11. parentes Moſis crediſiſſe ipſum ſeruandum. Adde D.[a] Chryſoſto. ibidem. Vnde ergo ſperauerunt ij, fore, vt ſeruarent infantem? ex fide, ex qua fide? viderunt inquit, elegantem,& ſcitum infantem, ipſe aſpectus eos attraxit ad fidem, ita ſtatim ab initio, & ex ipſis faſcijs iuſto multa infuſa erat gratia, non hoc efficiente natura. Hinc ſane euaneſcit conſideratio illa [b] Philonis loco adducto, aſſerentis, parentes dum puerum exponebant, ſe ipſos incuſaſſe, qui calamitatem propriam tribus menſibus ſeruando augerent, quaſi deſperarent de vita infantis. Certum etenim eſt infantem, fide expoſitũ fuiſſe; ac ſubinde parentes, diuini numinis reuelatione, certos de felici rei euentu extitiſſe. Id quod certe (niſi mea me fallit coniectura) expectatio illa Mariæ, Moſis ſororis, è ſpecula, rei euentum contemplantis ſatis profecto indicare videtur. Vnde regalis illa educatio perperam fortunæ caſu facta ab ethnicis creditur. Qui tamen aſſequi non potuerunt, quantis Myſterijs, cæleſtibuſque arcanis hæc omnia (vti [c] Origines oſtendit) plena erant. De iis vero myſterijs, & arcanis videndus eſt Euſebius [d] de vita Conſtantini,& Gaudentius [e] brixienſis epiſcopus in tracta. in exodum de obſeruatione paſchatis, vbi Moſem cum Chriſto: Vndas Iordanis, cũ fluctibus nili cõparat, Late proſequitur Gregorius [f] Nyſſenus in libro de vita perfecta ſeu de vita Moſis. Vide [g] Adonis chronicam vbi hæc etiam Myſteria Chriſti,& Moſis recenſet. Adiunge D.[h] Auguſti. in ſermone de tempore poſt

D.Iu-

a D Chryſ. homil 26. to.4. pag. 1638.

b Philon. pag.389.

Mariæ Moſis ſororis expectatio cũ Myſterio acta.

Moſis educatio non fortunæ caſu, ſed dei cõſilio facta.

c Origines exod.1.homil.2.to.1.pag.38. col.2.uid eundẽ in Math.tra. 26.ca. 24. to. 2. pag. 83. col. 2.

Quo modo Chriſtus erat in Moſe.

d Euſebius lib.1. c.8.

e Gaudentius to. 7.bibl.SS.patr.pag.51. f Gregorius Niſcenus pag 120 cum ſeq. g Adonis in hiſto.chriſtia pag. 483. ætate 3. h D. Aug ſer. 38. & ſeq.to.1.pag 280. cum ſeq col.2.A.

D. Iuſtinum Martyrem. Aug. tamen verba quę etiã impio Herodi optimè conueniunt, & in præſenti referre operę pretium erit. Sed incredulus (inquit Aug.) Pharao in alterum ſe nocendi aditum vertit, vt quod occultè antea tentauerat, in populis palam faceret; omnem hæbream Maſculinã prolem: Iuſſit occidi. Quod vbi ad aures Matrum rumor hujuſmodi aduexit, pulſatum eſt planctibus cœlum; & cum ab ipſis vberibus auulſa proles raperetur ad mortem, ſuccędebat dolor vincens parturientis dolorem. Nulla tamen Mater infelicior fuerat, niſi quæ fęcundior erat. Optabant tamen omnes ſteriles eſſe quam fęcunde parerent. Quid impie inſanis? quid crudeliter ſęuis? licet plurimis inſontium mortes acerbas inferas, & animos miſerorum crudeliter cremes, tibi necis augetur, & pœnę non detrahitur meritum. Cum enim paſſim paruulorum corpuſcula deijcerentur in flumine, Moſem manus excepit humana: quem pro totius vindictæ cauſa quęrebant. Nam cum Pharaonis filia viridanti in ripa tremula poſceret fluentis lauacra, inuenit in loculo, quẽ pater non poſſet nutrire ſupplicio. Ad quem educandũ, in nutricem mater adducitur, ad alendũ occaſio coniunxit affectum, quem regis diuiſerat metus. Nouum Miraculum genus fecit miſericordię filia patricidæ: Nam dũ paruulum ſeruat ignara patrem decipit incauta. Dignũ Malitiæ eius ſceleris erat, vt filię prouiſione periret, qui genitrices indixerat parturirę. Competens pręceſſit, diuina vindicta, vt ſuis affectibus puniretur, & Moſes pro alijs exuendis exueretur. A fluctibus denique myſtica lingua Moſes nomen accipit, & pharaonis nece quam præparauit in nomine, in flumine maris inuenit. Hic operante virga per medios fluctus, ac ſi puluerulentos exhibet greſſus, Imperio ſuſpenſam in altitudine montium erigit vndam, vt Dei plebem redderet ſaluam. Audiſtis nefariam crudeliſſimamque vocem duriſſimi Pharaonis, Maſculos in amnem proijcite, fęminas viuificate. Iubet

hoſtis

a D. Iuſti. Mart. to. 2. pa. 165.

Matres fęcundæ infeliciores.

Moſes manu filiæ parricidæ in parricidę mortẽ Diuino iuditio ſeruatus.

Moſis nominis ratio.

hoſtis in flumen paruulos proijci Iubet innocentes cru-
deli morte necari. Non prohibet naſci, dum natos decer
Noua & inaudita crudelitas. nit occidi. Quos enim nec dum viuere natura cõceſſe-
rat eos ſententia iam ſuſtinet ad pęnam. O noua, & inau
dita crudelitas? ante Iudicium celebratur, quam reus
ipſe damnetur. Ante ſententia profertur quam obnoxi⁹
ſententiæ demonſtretur. Vtique reorum mos eſt, vt rea-
Reus dãnari neq; antequã eius culpa manifeſte tur. tus ſui ſententiam, expectare ſoleant. Nec enim Reus
poteſt ante damnari quam eius culpa cęperit manifeſta-
ri. Hi vero nec rei nati, nec reatus ſui ſententiæ merito
mancipati. Naſcebantur enim non vt vitę ſalutis, præci-
perent fructum, ſed vt eſſet quos crudelitas ſeculo face-
ret luctum. Nunc pręcipis, quod factum deberes vlciſci.
Non natorum pietas, non parentum dolor te flectit, qui
inter infantium mortem, parentumque dolorem ſeuitiæ
tuæ expleri ſententiam gaudes. O parentum vota cru-
delia, lætitia luctib⁹ immutata. Ad facinus profuit quid-
quid in eorum felicitate proceſſit. Gaudebat lętiſſimus
hoſtis, inter madentes omnium fletus. Quantæ perierũt
dolentium præces, quantum in caſſum effuſæ ſunt lachri
mæ, quanti gemitus, vlulatusq; multorum, cum paren-
tes manibus natos exponi viderent, qui ſimile nihilomi-
nus, mox facturi fuiſſent? ſuos iam caſus in alijs alii cer-
nebant, alii continentes filios ſuos; cum iam celare non
poſſent, exponebant: alii mox editos expoſuerunt ne
quanto retinerent tardius, tanto emitterent crudelius.
Quanti pro filiis optauerunt mori, quanti ſententiã con-
temnere voluerunt tyranni? Satiemus (inquit) eum, &
Plaga Aegyptiis a Deo inflicta p crudelitatem innocentiũ interfectorum. noſtro męrore eius ſæuitiam replcamus. Hæc D. Augu.
qui in ſequentibus plagam, & punitionem Aegyptiorũ
primogenitorum, pro tanta crudelitate iuſte a Deo ipſis
inflictã demonſtrat. Ex poſitũ ergo Moſem (vti Stepha-
nus prothomartyr enarrat. d. act. cap. 7.) filia Pharaonis
ſibi in filium nutriuit ideſt pro filio. Adoptauerat autem
Moſes adoptatus. ipſum, cum alioqui liberis caruiſſet. Vnde (vti idem B.

Stepha-

Stepanus ait) omni ſapientia ægyptiorum fuit eruditus; quem etiam in verbis, & operibus ſuis potentem fuiſſe teſtatur. Verum difficilis intellectu videtur, hęc ſacra Stephani aſſertio, qua Moſem litteras ab ægyptijs didiciſſe aſſerit. Conſtat nanque, ex ſtrabone, Moſem ægypti ſacerdotem extitiſſe, ab eoq; (vt Artapanus ait, alijque prophani ſcriptores teſtantur) non ſolum hebræos litteras habuiſſe, à quibus phenices vicini, & à phenicibus græci per Cadmum eaſdem acceperunt: verum etiam fuiſſe Mercurium vocatum, & primum ſapientę Iudæorum, atq; eã grammaticã quã nunc habẽt primitus ipſis hebræis tradidiſſe, vti ex ex Eupolemo lib. a de regibus Iudæ refert Cyrillus, & etiam Clem. b Alexandrinus ex eodem Eupolemo Moſem primum fuiſſe ſapientem, & grammaticam primum tradidiſſe Iudæis commemorat, & genebr. lib. 1. ſuæ chronol. c Antiquiorẽ propterea ipſum Moſem, omnibus alijs ſapientibus omnes tradiderunt. De qua re late D. d Aug. de ciuitate Dei, e Cyrillus contra Iulianum, Theodoretus f lib. de principijs, qui Moſem oceanum appellat, à quo fluuii, alij, emanarunt. Iuſtinus g Martyr in oratio. ad Antoninum pium, & in prefatione illius orationis, & in oratione ad gentiles. Niceph. h in Hiſtoria eccleſiaſtica vbi Moſem antiquiorũ omniũ antiquiſſimũ fatetur. Idẽ ſpeciatim oſtẽdere nititur i Euſebius libro de præparatione euãgelica, & in oratio. Cõſtãtini Magni: latiſſimo ſermone proſequitur Tatianus k in oratio contra græcos, & S. l Theophilus Antioch. ad Autolium. Adde etiam m Auguſtinum Eugubinum in pſalmorum enarratione; latius Reueren. P. & preſulẽ Fratrem n Hieronymum lib. de ſex diebus, vbi oſtẽdit Moſem octuageſimo ſuæ ætatis anno in deſerto hiſto-

Moſes ægyptiorũ ſciẽtia eruditus quo modo intell gatur

Moſes ægypti ſacerdos, ab eoq; litteras hebręi habuerũt.

a lib. 7. contra Iuli. apoſta. to. 2. pag. 618. d.

b Clem. Alexan. lib. 1. ſtro. pa. 40.

c Genebr. lib. 1. chronol, pag. 4 col. 7.

d D. Augu. lib. 18. c. 8. & 37. cũ ſeq. & Iuſtin. mar. to. 1. pag. 48. cũ ſeq.

e Cyrillus to. 2. lib. 1. pag. 519.

f D. Theodoretus libro 2. pa. 493.

g Iuſt. Mart. to 1. pag. 153. & pag. 48. cum ſeq. & in quæſt. chriſtia. to. 3 pag. 7. vbi agit de tempore in quo moſés ægyp. ſapientia vſus fuit. h Niceph. lib. 4. cap. 23. pag. 222. i Euſebius lib. 10. cap. 3. & in Hiſto. Eccleſ. cap. 13. pag. 309. k Tatianus to. 8. bibl. SS patr. pag. 56. cum ſeq. l S. Theophilus lib. 3. to. 5. bibl. SS. patr. pag. 163. & 168. m Aug. Eugub. pſal. 23. to. 2. pag. 88. verſ. n R. P. Hieronymus. lect. 1. pag. 9. & 152.

hyſtoriam ſacram conſcripſiſſe. Ad necte etiã prędictis, de Moſis antiquitate billum in adnotatio ad Beatum Ioannem Damaſcenum. Hic inſuper commemorãda ſunt quæ docte, & diligenter ſcribit Auguſtinus [a] Eugubin⁹ de peremni philoſophia. E barbaris autem (inquit) omnium conſenſu, uetuſtiſſimus eſt Moſes, ante quem nemi nem alium inuenies ſcriptorem, neque apud græcos, nec apud Caldæos nec phænices, ceteroſque barbaros; poſtquem floruit Mercurius treſmegiſtus in Aegypto & poſtea idem [b] ſic ait. Omnium Scriptorum iuditio, & omnibus rationibus Moſes, eſt omnium, qui ſcripſerunt antiquiſſimus. Neque Caldæorum aut Aegyptiorum vel gręcorũ, & phęnicum, quæ ſunt vetuſtiores nationes habitus ſcriptor vllus; aut traditur fuiſſe Moſe vetuſtior. Quin, & ille Mercurius ter Maximus Aegyptiæ Theologię pater, poſt Moſem, temporibus enumeratis, inuenitur floruiſſe. Obſeruatumque à græcis Theologis, eum etiã meras dictiones Moſaicas, vbi, & ipſe de creatione ſcripſit, vſurpaſſe. Vnde B. Theodoretus lib. de curatione gręcanicarum affectionum ſcribit [c] Phenicas, Aegyptios, Caldęoſque ab hebręis litteras accepiſſe, & ipſum cyrum filium cambyſes multaque à Daniele habuerat ſubditis ſuis tradidiſſe. Et idem Theod. [d] lib. de principijs ait, Platonem ex Moſis Theologia omnia ſubripuiſſe. Cæterum licet hæc vera ſint, authoritate. D. Stephani firmiter eſt adherendum, dum Moſem omni ægiptiorum ſapientia eruditum fuiſſe teſtatur. Idem [d] Philon de vita Moſis ſcribit, & Sixtus [e] Senenſis & D. Hiero. [f] ad galatas, qui ſuper Danielẽ [g] (ait) Moſem ſapientiã Aegyptiorũ didiciſſe, nõ vt ſequeretur, ſed vt iudicaret; eoſque vanitatis cõuinceret. Accedit Aug. [h] de ciuita. Dei, qui eum verum Theologum appellat, & in libris [i] de doctrina chriſtiana, ait, Moſem primum auro, & argento ſapientiæ ſuffarcinatum fideliſſimum famulum exiuiſſe, cum in omni ſcientia Aegyptiorum eruditus fuerit. Adde etiam

Bilius. a Aug. Eug. li. 2. c. 2. & 3. pa. 360. Moſes ſcriptor ſecundum omnes antiquiſſimus oẽsq; precellit. b Aug. Eug. lib. 7. c. 8. pag. 136. & li. 7. ca. 25. p. 155. c pag. 480. col. 2. & pag. 483. d & lib. de principijs lib. 2. pag. 498. col. 1. e li. 1. p. 390. f D. Hiero. c. 5. lib. 3. tom. 6. pa. 336. g D. Hier. ſuper Da. ca. 1. to. 4. pag. 1105. ſub fine. h D. Augu. lib. 18 ca. 37. tom. 5. pag. 233 col. 2. i lib. 2. c. 4. to. 3 pa. 19 col. 2.

de etiam [a] Theodoretum pręcitato lib. de principijs, & Gregorium presbyterum de vita D. Gregorij Nazianzeni,& Clem. Alex. pręcitato libro ſtromatum, vbi tamen perperam affirmat, Moſem à græcis in Aegypto inſtitutum fuiſſe; cum multo poſt Moſem, ſapientes græci extiterint,vti inferius oſtendemus.Quo in errore philon etiam eſt. Vnde (ni falor) Duo hæc ſimul ſtare poſſunt; Moſem omni Aegyptiorum ſcientia inſtructum fuiſſe; & vſum litterarum illis oſtendiſſe,atque alia plura ad polyticum viuendi modum docuiſſe, primumque, & antiquiorem omnium ſcriptorum fore, qui ſapientia atque Theologia diuina diuinitus edoct⁹,eam primitus ita docuit ſcripſitque, vt & ethnici omnes ab eo mutuauerint. Ad huius veritatis confirmationem, Artapani antiquiſſimi ſcriptoris authoritas plurimum conducit; Dum ait: Moſem à Meride Chenephris regis Aegyptiorum filia, quod ipſa parere non poſſet adoptatum, maximo apud ægyptios habitum honore ob diuinum ingenium, & inuenta,tam quæ ad eruditionem facerent, quàm quę ad rem publicam,priuatamque, & mores ſingulorum. Ludo. [b] Viues in adnotati. ad D. Aug. ſi quis inquit,inquirat,quibus ergo ſapientia ægyptiorum continebatur litteris,qua Moſem inſtitutum eſſe legimus, inueniet forſam voce tantum ea ſolitã tradi,percipueque, & diſcentium,docentiumque memoria aſſeruari, litterarũ ſi quæ tunc forma, erat, imagines fuiſſe animaliũ quas ἱερόγλυφα γράμματα,hoc eſt, litteras in ſacris ſculptas nominabant. Athanaſius [c] vero in oratione contra ſabelli gregales de eterna ſubſtantia filij, & Spiritus ſanſti ſic ait. Recepit autem animus Moſis in ſe omnem ægyptiacam ſapiẽtiam,& eam ſapientiam quæ illi adeo impertita fuit. Et Daniel ſuſceptis omnibus Caldęorum diſciplinis capax adhuc erat ad varios diuinę ſapientię intellectus, quod per Ezechielem [d] indicat Deus,nunquid ſapientior es Daniele. Omne quod occultum eſt,oſtenſum eſt

[a] D. Theodoret⁹ to. 2. li. 2. pa. 493.

Moſem à gręcis eruditum erroneũ eſt.

Moſes ab ægyptijs eruditus illis vſum litterarũ, & polyticam oſtendere potuit.

Artapan⁹.

[b] Ludo. viues d. ca. 39. to. 5. pag. 419.

Sapientia ægyptiorum qualis fuerat.

[c] D. Athanaſius pa. 99.

Daniel ſapiens.

[d] Ezech. 28 3.

Philon. eſt tibi. Philon,ſuperius citatus,ad ſummum ſophię culmen Moſem perueniſſe ait; & oraculis fuiſſe præſtantiſſimum, uires, & cauſas naturę didiciſſe: Conſentit [a] Eugubinus in coſmopęia,qui etiam præcitato libro [b] de perenni philoſophia oſtendit Moſem vera Theologia non ab ægyptijs,ſed partim priſcorum memoria,& ſucceſſionis traditione; partim diuinis oraculis,prẹditum extitiſſe. Quidquid falſo Simplicius, & Porphyrius dixerint Moſem hiſtoriam ſacram, ex ægyptiorum fabulis ſcripſiſſe, quos etiam reprehendit,& cōfundit R. [c] Pręſul Hieronymus Vilemius libro de ſex diebus. Hic tamen obiter aduertendum, hiſtoriam Iob,quam Moſem ſcripſiſſe non pauci credunt, [d] antiquiorem eſſe ſcripturam ipſo penthateuco. Quod tamen non facile ſuperius citati admitterent, ſed neceſſaria demonſtratione verum eſſe comprobatur, illius authorem fuiſſe Moſem, qui eam ad conſolationem filiorum Iſrael dum in ægypto captiui erant compoſuit, & tamen poſtea penthateucum in deſerto vt ſuperius diximus, ſcripſit. Sicque difficultas illa ex D. Stephani authoritate ſatis diluta manet. Si quis tamen radicitus ſcire vellit, quænam fuerit illa ægyptiorum ſapientia? Multiplicem, & variā eam fuiſſe comperiet,atque in Mathematicam,Naturalem, Diuinam,& Moralem diuidi,vti Diodorus Sicul9, Diogenes Laertius,Iamblicus Philon Euſebius Ludo. Cęlius [e] Rhodiginus,& Sixtus Senēſis communiter tradunt. Ad Mathematicam igitur pertinebat Geometria, Aſtronomia,Arithmetica,& Muſica,Naturaliſque principia,& cauſas naturalium rerum tractabat, Phiſica appellabat. Diuina autem quę Theologia dicebatur, non ſolum varia dogmata omnibus manifeſta continebat, ſed etiam Arcana Myſtica,& occulta,ne vulgaribus hominibus innoteſcerent. Hanc triplicem fuiſſe conſtat ex Clem. [f] Alexand. & Pierio,atque Becano in ſuis hieroglyphicis, Sixto quoque Senenſi,ſuperius adducto.Quā vero

a Eugubin9 pag.4.ver.

b lib. 7. c.8.

Moſem ſacrā hiſto. ex ægyptiorū fabulis ſcripſiſſe erroneum eſt cōtra ſimpliciū,& porphirium.

c R.P. Hie. Vilel. Lectio.1.pa.6

d Origen.& alij rellati a Sixto Senenſi li.1. Bibl.ſāctę pag.11 de libro Iob & Eugub. in pręfat. illius hiſt.

e Lud Cæli Rhodi. li. 29. antiq. ca.25. Sixtus Senenſis li.2. bibl. ſanctę. pag 45. in maginis.

f Clem. Alex.d.li.5. ſtrom.

vero ſuperſtitioſæ hæ ſcientiæ fuerint,late oſtendit [a] Ludouicus cælius Rhodiginus in præcitatis antiquitatum libris. Ob idque merito Moſes eas execrabatur, vt author eſt ſtrabo libro ſexto decimo ſuę coſmographiæ, quem refert Aug. [b] Eugubinus de peremni philoſophia. Quo fit vt aſſerentes Moſem ex illa Theologia quam dicunt hieroglyphicam, miracula edidiſſe, atque ſacra aliqua inſtituiſſe, omni prorſus veritatis fundamento deſtituantur. Cum Moſes eam vti ſuperſtitioſam execratus ſit,& virtute diuina,operibus, & ſermonibns (vti diuus Stephanus docet) potens fuerit. Vnde B. [c] Iuſtinus Martyr in libro quæſtionum,& reſponſionũ ſic ſcribit; ſi propheta ſcientiam habuit,vſus tamen ea nõ eſt: quippe quia directe ciuili hebræorum vitæ ex prȩſcripto Dei inſtitutæ conſuetudini repugnarent. Cuius conſuetudinis gratia,omnem in ægypto regiam aſpernatus poteſtatem,pro ea ſimul malis affici cum populo Dei elegit. Et iterum; ſed quoniam vtroque nomine conſpicuus fuerat apud ȩgyptios, & propter eloquentiæ inſtitutionem, & propter vitæ mundanȩ ſplendorem, vtrumque autem poſt veram in Deum pietatem habuit: propterea eum admirata, eſt ſcriptura ſacra. Hæc Iuſtinus. opera immenſæ virtutis eiuſdem Moſis in compendium reducit D. [d] Gregorius Nazianzenus, & Gregorius etiam Niſſenus. Potentem tamẽ Stephanus dixit Moſem operibus, primum,& poſtmodum ſermonibus: vt inde intelligamus opera ſemper ſermones præcedere debere, veluti vmbra corpus. Sermones etiam Chriſtianorum columnis,quarum ſolidæ Baſes ipſa opera ſunt,comparare poſſumus. Iterum etiam opera ſubſtantiuis,& verba adiectiuis cõparabimus; ita vt quemadmodũ in grammatica ſubſtãtiui,& adiectiui congrua ſit cõpoſito,ita etiam in chriſtianæ vitæ actionibus hæc eadẽ adiectiuãdi congruitas reperiatur. Vnde [e] Theophilus Alexandrinus Epiſcopus,in epiſtolis paſchalibus,ſic eleganter ſcripſit:

[a] Lud.Cel. Rhod.lib. 16.c.4.& 5.& 25.

[b] Aug Eug. d.lib. 7.c. 8.pag.186 Clem. Alex.& ſextus ſenenſi. vbi ſup.

[c] D. Iuſti. Mart.to.3 q.25. pag.

[d] D. Greg. Nazianz. orati. 26. pa.677.in fi & Greg. Nyſſen.in orati. aduers° eos q.ęgre ferũt repre-henſiones pa.610.d.

[e] Theophilus alex. epiſ.1.to. 1 bibl.SS. patr. pag. 378.

Habentes radicem ſermonis, atque rationis ſcientiæ notionē; ſermonem autem (vt ita dicam) operum veſtibulũ. Porro opus ſermonis, & ſcientiæ, ædificij tecta perfecta, & firmiſſimum domus culmē impoſitũ. Sermo, enim, & ratio, & ſcientia, & fides, abſque opere caſſa ſunt, & inſtabilia. Et vt aliquid propter eos, qui dialecticis, artib⁹ inſtituti sũt, ex illa doctrina videamur adſumere, quomodo ſi verbum nomini coniungamus, perfectus ſenſus efficitur, verbumque ſi ſolum fuerit, aut nomen ſine verbo nihil eſt omnino quod dicitur, ſic ſcientia abſque opere, & opus ſine fide infirma, ſunt, & caduca: & è cõtrario ſciẽtia operi copulata, perfectæ virtutis inditium eſt. Tacita quippe animi cogitatio, arcanus eius eſt ſermo, qui per linguam forinſecus reſonans, profert mentis ſentẽtiam. Cumque ſermo fuerit opere conſũmatus ſcientiæ, & cogitationi noſtræ finis imponitur. Hæc ille: Adde Gregorium Theologum in oratio. de fide, & grandine, Baſilium, & alios citatos ab [a] Anaſtaſio Epiſcopo Niceno in libro quæſtionum ſcripturæ, vbi ſapientiam, virtutem atque potentiam non in ſermone, ſed in opere conſiſtere oſtendit. Vid. [b] Philo. adductum, & [c] Eliã Greg. Naziãz. interpretem, atque Nicephorum Calliſtum [d] in hiſtoria eccleſiaſtica. Quæ omnia, perfecte in viro perfecto Moſe enituiſſe D. Stephanus præcitatis verbis, aperte indicauit. At cum opere, & ſermone potens fuiſſet; eloquentia, & in negotiis peragendis; gratia, atque dexteritas incomparabilis illi minime defuit: vti [e] Ioſephus libris antiquitatum teſtatur. [f] Philon quoq; de vita ipſius ſic ait: deprecabatur hanc functionem cauſatus exilitatẽ vocis, & linguę tarditatem, negãſq; ſibi adeſſe facundiã, prędertim poſtquam Deum loquentem audierat, ratus enim mutam eſſe humanam eloquentiam cum veritate collatam, & verecũdo ingenio præditus, ſubtrahebat ſe grauiori quam pro viribus reputabat oneri, rogabatque vt alius eligeretur ad exequenda mandata magis Idoneus.

D. Greg. Theologus.

[a] D. Anaſtaſi⁹ in queſ. ſcripturæ q. 79. to. 6 bibl. SS. patr. pag. 210. cum ſeq.

[b] Philon. pag. 109. & 390.

[c] Orat. 19. pag. 513.

[d] Niceph. li 6. cap. 36. pag. 290. ſub finem.

[e] Ioſephus lib. 4. c. 8. ſub finem.

[f] Philon pag. 391.

neus. Deus pudore delectatus reſpondit; An neſcis quis os homini dederit, & linguam indiderit? Quis guttur, cæteraque vocis rationalis inſtrumenta fecerit? Ego ſum noli timere, meo nutu articulate diſſeres omnia, facundia mutata in melius & vſque proficiente, neque aliter abſq; impedimento fluente, & cogitationes promente, quam fontes manant limpidiſſimi. Hęc Philon. Vnde [a] origigenes ad quartum exodi caput, oſtẽdit Moſem cum primum apud ægyptios verſaretur gracili voce, & eloquenti ſermone præditum fuiſſe, ſed poſteaquam cum Deo loquutus fuit, tardioris linguæ redditum. Et merito quidem nam ſi ipſum quis contemplatur Diuinum verbũ, ipſamque diuinam reſpicit ſapientiam, quantecunque ſit eruditionis, & quantecumque ſapientię, Multo amplius quam apud nos ſunt pecudes, ipſe apud Deum mutum ſe Animal profitebitur. Hoc nimirum erat Moſes quod, & Beatus Dauid, intuens, & tali ordine ſemetipſum, ad diuinam Sapientiã librans, dicebat: Vt [b] Iumentum factus ſum apud te. Secundum hoc ergo, & prophetarum maximus Moſes in præſenti lectione dicit ad eũ, quod gracili voce ſit, & tardus lingua. Omnes enim homines, ad comparationem verbi diuini, non ſolum ineloquentes, ſed, & muti putandi ſunt. Hęc ille. Diuus [c] Gregorius Magnus in Ezechielem ſic diſcurrit. Siue enim omnipotentis Dei Naturam conſiderent, ſiue eius Iuditia perpendant, trepident contremiſcant. Eis ergo quaſi alas deponere, eſt virtutes quas habent humiliare. Sic Abraham alas depoſuit, qui quando loqui cum Deo cœpit, puluerem & cinerem ſe eſſe cognouit, dicens: loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis? Sic Moſes alas depoſuit, qui eruditus omni ſcientia Aegyptiorum, mox vt verba Dñi audiuit, verba ſe non habere deprehendit, dicens; obſecro Domine, non ſum eloquẽs abheri, & nudius tertius. Ex quo enim loquutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ ſum. Ac ſi

[a] Origines i exod. homil. 3. to. 1. pag. 39. col. 1.

Moſes antequã cũ Deo loqueretur gracili, & eloquenti ſermone præditus poſtmodũ vero tardioris linguę redditus.

[b] pſal. 37. verſ. 22.

[c] D. Greg. Magn⁹ ca. 1. homil. 8 to. 2. pa. 85. g.

Alas deponere quid ſit.

aperte diceret: poſtquã à te verba vitę audio, cõfuſum me in uerbis prioribus agnoſco, Idem D. [a] Gregri⁹ in libris Moraliũ de Moſe loquẽs ſic ſcribit. Sed quia apud ſe mẽte humilis extitit, oblatã protinus tanti regiminis gloriã expauit. Moſeſq; ad infirmitatis patrociniũ recurrit, dicens. Obſecro Dñe non ſum eloquẽs, ab heri enim, & nudius tertius ex quo cœpiſti loqui ad ſeruũ tuũ, & tardioris, & impeditioris linguæ ſum factus. Et ſe poſtpoſito, aliũ depoſcit dicens. Mitte quẽ Miſurus es. Ecce cum authore linguę loquitur, & ne tanti regiminis poteſtatẽ ſuſcipiat, elinguẽ ſe cauſatur. Hęc Gregorius. [b] Philonis, autẽ pulchra conſideratio in libro de eo qui diuinarũ rerum hęres ſit, minime prætermittẽda eſt: Et quis non attonitus (inquit) fuiſſet maieſtate proferẽtis hoc oraculũ, vt nec eos poſſet deducere, ſi non pręmetu certe prægaudio? Adimit enim vocem, vt uehemens dolor, ita nimia letitia. Quamobrẽ, & Moſes fatetur ſe parũ uocalem, & lingua tardum, ex quo cœpit habere cum Deo colloquia, quod teſtimonium prophetę uerum eſt. Tunc enim ueriſimile eſt vocis inſtrumentum fieri tardius, rationẽ autem iam articulatam fieri liberiorem impetu, ſententiarum magis quam verborum ornamenta conſectantẽ expedita quadam, & ſublimi eloquẽtia. Hęc ille; His accedit Chaldaica paraphraſis præcitato cap 4. exodi. Sic uerba Moſis apertiſſime explicans, Non ſum eloquens etiam ab heri, & nudius tertius: & ex tempore quo locut⁹ fuiſti cũ ſeruo tuo, quoniã grauis loquelæ, & linguę profundæ ego ſum. Septuag. gracili, & tarda lingua ego ſum, poſtquam, &c. Vnde prius dixit, non ſum eloquens, & poſtea explicans magis ſuæ ineloquẽtię cauſam, adiũxit, ex quo locutus es, &c. quidquid Luſitan⁹ noſter Oleaſter ad pręcedens caput, verba illa cõtra hiſtoriæ contextũ aliter diſtribuat. Nec ſimiliter audiẽdi sũt Hebręi, quos incognit⁹ ſuꝑ pſalmis amplectiĩ, dũ aiũt, Moſem ideo ineloquẽtem dici, quia gracilẽ tenuẽq; uocẽ habebat: & in illis mirabili-

[a] D. Greg. Mag. li. 35 ca. 10. ſuꝑ 42. c. Iob. to. pri pa. 859. H.

[b] Philon. pag. 313.

Vehemẽs dolor, & Nimia letitia vocẽ adimit.

contrà Oleaſtrum. Cõtra Hebræos.

cõtra incognitum.

mirabilibus fiendis coram Pharaone, neceſſe erat voce uti clamoroſa,cum regio faſtu prope pharaonē accedere minime permitteretur.Sunc hęc figmenta,& ſomnia hebręorum ſicuti,& reliqua ommia ipſorum ; pręterquam quod ſcripturę,& hiſtoriæ repugnant. Ad hæc igitur de tarditate,& ineloquentia Moſis poſt Dei congreſſum reducēda ſunt quæ de ipſius eloquentia enarrat Ioſephus [a] in ſuis antiquitatum libris, & Magiſter Hieronymus [b] Vilemius in opere ſex dierum. Myſteria huius Moſis tarditatis leges apud [c] Cyrillū in collectaneis ex libro exodi; vbi ſic ſcribit. Sicut Moſes erat tardioris linguę, ita etiam lex Moſaica eſt tardioris linguę, ad explicandam eius quod eſt rationem,& aperiendam Sanctæ Trinitatis Theologiam. Erat etiam uoce exili, vtque poſſet paucos alloqui,pauci enim ſunt Iſraelitę ſi conferātur cum alijs gentibus. Quamobrem ei additur; Frater eius Aaron. Quomodo enim Chriſtus eſt frater Moſis, quod attinet ad humanitatem:ita etiam lex euangelica fraternè conuenit,& conſentit cum Moſaica,quod attinet ad ſpiritum,& id quod intelligitur. Reliqua ad hoc ipſum propoſitum accommodata ſequentibus capitibus idem Cyrillus proſequit̄. [d] Theodoretus in quęſtionibus in exodum Deum linguæ tardioris Moſem ideo feciſſe ait,quia id potentiam diuinam magis Illuſtrabat. Quemadmodū Piſcatores,publicanos,cedrones veritatis prędicatores, & doctores pietatis creauit. Sic per uocem infirmam, & linguam tardam confundit ſapientes ægypti. At (ut D. [e] Chryſoſto. conſiderat) clamor tardioris linguæ, & uocis gracilis, plus à Deo exauditur,quā eorū,qui magna, & intenſa uoce prędití ſunt. Hanc etiam tarditatem linguæ D. [f] Ignatius conſiderans, Monet perfectos uiros: ut potentes operibus;& ſermonibus, ante Deum ſe inutiles,ſeruos,& ad nihilū plane utiles (Iuxta illud Luc. 16. & 18.) perpetuo reputent.

a Ioſephus li.4 cap.8.

b Lect. 1. & pag. 2.

c Cyrillus cap.2.to.1 pag. 1036

lex moſaica conſentit cum euangelica quoad ſpiritum, & ideo MoſesChriſti frater dicitur.

d B. Theodoret⁹ to. 1.pag. 28. col.2.n.12

e D. Chryſ. pſal. 140. to.1. pag. 1185.

f D.Ignati⁹ ad magniſianos epi. 6 to.1.bibl. SS. pa. pag. 12.

De Diuina ſapientia familiaritate,& prophetico dono Moſis. Caput: VI.

HVnc igitur talem, tantumque virum in deſerto Median per annos 40. iam oues paſcentem, diuina ſapientia ſibi peculiarem amicum legatum, Ducem atque prophetã delegit. Cui quidem,& diuina,abſconditaque Myſteriorum Arcana amicè, & familiariter reſerauit. Sunt enim (vt tritum prouerbio eſt) omnia amicorum communia. Vnde [a] Philon Hebręus de vita Moſis ſic ſcripſit: perfectas, maximaſque Diuitias pro his ei Deus reddidit; hoc eſt vt tantumdem poſſet, quantum terra,& Mare;atque flumina,elementaque cętera,& quę quæ ex his ſunt condita. Fecit enim eum ſuę potentiæ participem totum mundum ei ſubdens, tanquam hęreditarium.Quamobrem ſingula elementa ei obediebant vt Domino, ad iuſſum eius ſuas vires mutantia. Nec mirum quandoquidem (iuxta prouerbium) Amicorũ omnia ſunt communia, Amicus autem Dei Propheta dicitur. Vnde conſequitur,vt diuinæ poſſeſſionis vſum habeat,nam Deus nullius eget cum poſſideat omnia.Bonꝰ autem vir, nihil proprie poſſidet, nec ſe ipſum quidem. Verum de Theſauris Dei quantum poteſt accipit,& merito cum mundi ciuis ſit: ideo nullam priuatim in orbe habet patriam: quippe qui hęreditatem habet, non vnã quampiam regionem,ſed mundũ vniuerſum. Quid quod Maiorem etiam cum omnipotente rerum patre, conditoreque ſocietatem,adeptus communi appellatione dignatus eſt? Nominatur enim totius gentis Deus, atque Rex,& caliginem vbi Deus erat intraſſe dicitur, hoc eſt in illam inuiſibilem,incorpoream, ſpecie, formaque carentem,exemplarem eſſentiam,abſtruſas à mortali natura contemplationes conſiderans,ſeipſum quoque,ſuãque

Prouerbium Amicorũ oia cõmunia étiam de Deo dr.

a Philon.li. 1.pa.402.

Potentia, & authoritas Moſis,

Moſis cũ Deo amicitia.

Bonus vir nihil poſſidet, nec ſeipſum.

Moſes Deus, atque Rex à Deo cõſtitutꝰ.

que vitam,quaſi tabulam elegãtiſſimè pictam propoſuit ſpectandam,diuinum opus imitandumque poſteris. Idẽ Philo. a in libro quis rerum diuinarum ſit hæres; fiduciam,& libertatem,qua cum Moſes Deo loquebatur, ex hac Amicitię radice excuſat. Et in lib. de b ſacrificijs Abelis ſic ait: ſunt etiam (inquit) aliqui quos Deus altius promouet,& euolantes ſuper omnes ſpecies, omniaque genera prope ſe ipſum collocat, ſicut Moſi quoq; dicit, tu vero hic ſta mecum. Itaque moriturus non deficit, ne apponitur: Sicut priores,vt pote nec appoſitionem, nec ſubtractionem,admittens;ſed ex verbi illius cauſalis authoritate,migrat per quod vniuerſus mundus eſt conditus. Vt diſcas quod ſapientem illum eodem quo mundũ honore Deus dignatus eſt, per verbum quo condidit omnia: perfectum virum ad ſe traducendo à terreſtrib⁹. Quin,& cum in terrenis eo vtebatur negotijs, non principis aut Regis communem aliquam virtutem indidit ei per quam is exerceret poteſtatem in affectus animæ:ſed Deum eum conſtituit, totam corporis regionem, Ducemque eius intellectum, ſubijciens ei, Iubensque ſeruire. Inquit enim, do te Deum Pharaonis,in Deum autem nec ſubtractio cadit,nec appoſitio, cum ſit plenus, & ſemper ſibipſi par. Ideoque nemo ſepulchrum eius ſcire dicitur. Quis enim eſt Idoneus, vt cogitatione comprehendat migrationem perfectę animæ ad eum qui eſt? Equidem opinor nec ipſum quidem cui migrare contingit,ſciſſe quanto meliora ſortiretur.Quippe quæ tum correpta erat numine.Nam Deus cum alicui bene facit, non vtitur eius conſilio:ſed inexpectata beneficia ſolet porrigere liberaliter. Hęc Philon. c Quem etiam vide in libro de plantatione Noę vbi eleganter de Moſis cum Deo amica familiaritate agit. Ex quibus iam illuſtrantur loci illi ſacræ paginę in quibus de ipſius Moſis amicitia peculiaris mentio fit. Quorum præcipuus eſt ille. Num. 10. d verſ.7.ibi non talis ſeruus meus Moſes qui in

a Philo. pa. 314.

b Phil. pag. 89.

Altius Deus aliquos promouet.

Moſis appoſitio ſeu mors qualis & quid deſignet.

Moſem Deus, Deum conſtituit.

ſepulchrũ Moſis neſciri quid ſit.

De⁹ cũ beneſaciat nõ vtit alicuius nec recipiẽtis cõſilio ſed inexpectata bẽeficia liberaliter porrigit.

c Philon. pag. 148. in fin. cum ſeq.

d Nu. 10. 7.

Domo mea fideliſſimus. Eſt autem egregia laus fidelem Dei ſeruum dici. Proſequere cum D. [a] Gregorio Nazianzeno in orati. ad Gregorium Epiſcopum Nyſſenum in principio, & Deut. [b] 34. 10. Moſes ſeruus Dñi dicit, & Ioſu. [c] 1. verſ. 2. & cap. 9. verſ. 24. & c. 15. 2. & Tertio [d] Reg. 8. verſ. 56. & 4. [e] Reg. 18. verſ. 12. & cap. 21. 9. Secũd. etiã [f] Eſdreç 14. Iudith [g] 4. 13. pſal. [h] 104. 16. Baruc [i] 1. 20. Apocal. [k] 15. 3. Vid. D. [l] Hiero. pſal. 134. vbi oſtendit ſummã eſſe virtutem, & honorem Mereri ſeruum Dei eſſe. Vid. Andr. [m] Maſ. in Ioſue. vbi tradit rationem quare peculiariter Moſes ſeruus Dei dicat. Adde [n] Ireneç. aduerſus hæreſes. Moſes etiam electus Dei dicitur [o] pſal. 105. 23. & dilectus Deo, & hominibus [p] eccl. 45. 1. Famulus etiã Dei 1. [q] paralip. 6. verſ. 49. & 2. [r] paral. 1. 3. Ioſ. [ſ] 1. verſ. 13. & 15. & cap. 12. verſ. 4 cum ſeq. & cap. 18. 7. & cap. 14 verſ. 7. Secũd. [t] Eſdr. 1. verſ. 7. Hinc ẽt Moſes homo Dei peculiari quodam honoris encomio in ſcripturis ſacris vocari ſolet, Ioſ. [u] 14. verſ. 6. ibi ad Moſem hominem Dei, & 1. [x] paralip. 23. 14. & 2. cap. 3. verſ. 16. idem [y] 1. Reg. 1. verſ. 23. & cap. 9. verſ. 6. & 7. & 3. [z] Reg. 12. 22. & cap. 13. verſ. 1. cum ſeq. & cap. 17. verſ. 18. cũ ſeq. & 4. Reg. 1. verſ. 9. & cap. 23. verſ. 17. & 2. paralip. cap. 25. verſ. 7. & 1. etiã Eſdras. 3. verſ. 2. pſal. 89. verſ. 1. & Deut. 33. 1. vbi Moſes vir Dei ſeu homo Dei dicitur. D. Paul. charum ſuum Timotheum, hominem Dei appellat. 1. ad Timoth. 6. verſ. 11. Nec eſt diſcrimẽ inter hominem Dei, & virum Dei, vti D. [a] Hier. docet in epiſ. ad Cyprianũ. Vid. Victorium [b] Epiſcopum de fidei ratione ad Henricum, vbi ſic eleganter ait. Quare autem fideles non honorificent integre trinitatem, ad quam ſe pertinere cõfidunt? cuius nomine ſe renatos, cuius ſeruos ſe nominari gloriantur? Nam ſicut ad nomen Dei Patris, homines

Dei

a D. Greg. Nazianz. orat. 6. pa. 345.
b Deut. 34. 10.
c Ioſ. 1. 2.
d 3. Reg. 8. 56.
e 4. Reg. 18. 12. & 21. verſ. 9.
f 2. Eſdr. 14
g Iudith. 4. 13.
h Pſal. 104. 16.
i Baruc. 1. 20.
k Apocalip. 15. 3.
l D. Hiero. to. 7. pag. 387.
m Andr. Maſ. cap. 12. pa. 225.
n Iræn. li. 4. cap. 28.
o Pſal. 105. 23.
p Eccl. 41. 1

q 1. paralip. 6. 49. r 2. paralip. 1. 3. ſ Ioſ. 1. 13. & cap. 12. 4. & cap. 18. 7. cap. 14. 7. t 2. Eſdr. 7. u Ioſ 14. 6. x 1. paralip. 23. 14. 2 paralip. 3. 16. y 1. Reg 1. 23. & cap. 9. verſ. 6. z 3. Reg. 12. 22. & cap. 13. 1. & cap. 17. 18. a D. Hieron. epiſt. 139 to. 3. pag. 153. b victor epiſcopus to. 5. bibl. SS. patr. pag. 463. 6.

Dei appellantur, vt Elias homo Dei dictus eſt, vt Moſes homo Dei appellatus eſt, ſic à Chriſto Chriſtiani nuncupantur, ſic etiam à ſpiritu ſpiritales appellamur. Si igitur uocetur quis homo Dei, & non ſit Chriſtianus, nihil eſt: qui ſi Chriſtianus vocetur, & non fuerit ſpiritalis, nec ſibi ſatis de ſalute confidat. Hæc Victor Epiſcopus. Hoc autem Nomine virtute prouectos, & excelſos viros, & ſupra ea quæ oculis cernuntur poſitos, ſcripturam vocare docet Grego.[a] Theologus in orationibus, vbi etiam Elias eius interpres aſſignat rationem quare Moſes homo Dei, non omnes Dei homines, diceretur. Significat etiam diuinum, & Deo familiarem hominem, vt adnotarunt Andre. Maſius in Ioſue & Montanus in ſuis idiotiſmis. Chaldaica vero paraphraſis loco, hominis Dei: Prophetam ſubſtituit quod idem eſt, vt d.[b] cap. 14. Ioſue. verſ. 6. & Deut.[c] 33. verſ. 1. Imo & ipſe homo, aliquando appellatur Deus. Iuxta illud ego dixi dij eſtis, non natura quidem ſed gratia, & participatione. Vid. late[d] Anaſtaſ. Epiſc. Nicenum in quęſtionibus ſacræ ſcripturæ. Solet enim nomen Dei Elohim non ſolum de Deo vero dici, ſed de hominibus admiratione dignis, & qui alijs præſunt, Nomē tū Ieouah nunquā hominib⁹ tribuit. vt late videbis apud. Nouiſſimum Pagnini[e] Theſaurum. Id quod plurimorum patrum authoritatibus corroboratum apud pſalmorum catenam leges[f] pſal. 49. Adſtipulatur Bredembachius ibidem. Adde interpretem[g] Iuſtini de veritate Chriſtianæ religionis, poſt Tertullia.[h] aduerſus praxeam. Moſem autem Deum Pharaonis, appellatum tradit Theodoretus, vt figuram impleret. Vid.[i] tamen latius Euthymium, & Bredembachium d. pſal. 49. &[k] Eliam Gregorij interpretem poſt Hilarium[l] de trinitate.

Ex

Hominē Dei quid ſit quid ſignificet quātus honor reputetur.

a D. Greg. Naz. orat. 19. pag. 4. 496.

b d. cap. 14. pag. 244. Ioſ. 14. 6.

c Deu. 33. 1

d Anaſt. Epiſco. Nic. q. 20. to. 6. bibl. SS. patr. pag. 163. d.

e Theſ. pagni col. 105.

f Brandemachius pſal. 49. pag. 524. cum ſeq.

g Interpres Iuſtini. pa. 251. to. 2.

h Tertulia. pag. 321, & lib. 4. aduerſus marcionē pag inferius citanda. i in dialogo in ſcripto in confuſus dial. 2. to. 2. pag. 317. k Elias in adnot. ad Greg. Naz. pag. 497. & 183. & 345. l Hilarius de trini. lib. 7. pag. 48.

Ex quibus Deum dictum colliges, ob magna miracula, & mira prodigia quæ aduerſus Pharaonem operabatur, quemque & pro ſuo arbitrio caſtigabat, flagellabat. Sententięque ſuæ prophetã atque Miniſtrum habebat Aaron, & Demum Mortis & vitę Dominus ab illo eſſe ferebatur. Adiunge etiam a Philonem locis nuper adductis, & in libro de b agricultura, vbi oſtendit quo nam modo Moſes, in Deum Pharaonis à Deo datus fuerit. Hinc iam perſpicuum eſſe poteſt, quantum ipſe Moſes reliquos omnes veteris teſtamenti vates, & prophetas ſuperauerit, ac longo poſt ſe interuallo reliquerit. Quod ſanè Deus Optimus Maximus propalare volens; ad tabernaculum fęderis in columna nubis[c] deſcendens Aaron, & Mariam Moſis fratres vocans, ſic eos eſt alloquutus. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illũ. At nõ talis ſeruus meus Moſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. Ore enim ad os, loquor ei palam & non per ęnigmata, & figuras, Dominum videt. In hebręo ad litteram ſic habetur: & dixit audite nunc verba mea, ſi fuerit propheta veſter Dominus in viſione ad eum notus fiam, in ſomnio loquar in eo, non ſic ſeruus meus Moſeh in omni domo mea fidelis ipſe: ore ad os loquar in eo, & in viſione & non in ænigmatibus, & ideam Domini contemplabitur. Chalda. vero ſic explicans ait; Audite nunc ſermones meos ſi fuerint in vobis prophetæ: Ego Dominus in viſionibus apparebo eis, per ſomnia loquar eis. Non eſt ita ſeruus meus Moſes, in omni populo meo fidelis eſt. Verbo ad verbum loquar cum eo per viſionẽ, & non per ęnigmata, & ſimilitudinẽ gloriæ Domini con templabitur: Et quare non timuiſtis loqui contra ſeruũ meum Moſem? Septuag. & dixit Dominus ad eos: audite verba mea, ſi fuerit propheta vobis Domino, in viſione illi cognoſcar, & in ſomno loquar ei. Nõ ſic ſeruus meus Moſes in omni Domo mea fidelis eſt, os ad os loquar

a Philon. pag. 89. de ſacrificijs abelis.

b Philon. de agricultu. pag. 130. cum ſeq.

c Num. 12. verſ. 5. cũ ſeq.

quar in ſpecie,& non per ænigmata,& gloriam Domini videbit. Accedit etiam illud Deut. a 34. verſ. 10. & non ſurrexit vltra propheta in Iſrael, ſicut Moſes,quem noſſet Dominus facie ad faciem. Chal: cui reuelatus eſt Dominus facie ad faciem. Huius Moſaicæ viſionis in ſpecie,& non per ænigmata plura myſteria proſequitur Origenes b in commentarijs numerorum. Ex patrum Doctrinis quam plurima ſcitu quidem dignæ diligenter, & erudite congeſſit inſignis ſcripturarum indagator Magiſter Martinus in ſuo hypot. poſeon. c Cui tamen in eiuſdem capitis Annotatione, aſſerenti, Moſem prophetæ nomine,ac titulo in ſcripturis ſacris minime ornari ſolitum, ſed legislatoris (quamquam verus,& inſignis Propheta fuerit vti citra controuerſiã omnes teſtantur) minime aſſentior. Cum videam locis adductis ipſum Moſem honorifico prophetę titulo honorifice decorari. Et præterea id aperte comprobatur eccl. d cap. 46. verſ. 1. ibi fortis in bello Ieſus Naue ſucceſſit Moſi in prophetis. Hoc eſt (vt Textus græcus habet) ἐν προφητείαις in prophetijs, Imo & Dauid Regem,prophetam inſignem, ſuperauit vti probat D. e Thom. f & incognitus ſuper pſalmos, & Magiſter g Hieronymus vilemius, libro de ſex diebus poſt h Iuſtinum Martyrem, qui in oratione ad gentiles, Moſem Principem omnium prophetarum deſignatum teſtatur. Quidquid Lyranus, & alij afferant. Qua in re aduertendum verbis illis D. Thomæ loco adducto in reſponſione ad ſecundum,quibus habet miracula, & ſigna Moſis maiora fuiſſe, quoad modum faciendi, eo quod toti populo facta erant: ſatis quidem confirmari ſententiam cuiuſdam Rabini,quem Andreas Maſius refert,dicentis,Moſem Ioſue i Maiorem,eo quod plura, & diuturniora,& a pluribus ſpectabilia fecerit. Nam de Moſe,inquit, ſcriptum eſt לְעֵינֵי כָּל יִשְׂרָאֵל hoc eſt ob oculos omnium Iſraelitarum, at de Ioſua לְעֵינֵי יִשְׂרָאֵל hoc eſt Ante oculos Iſraelis, vniuerſitatis nota omiſſa. Rurſus idem

a Deut. 34. 10.

b Orig. præcit. cap. 12 numer. homil. 7.

c lib. 4. c. 1. Moſes propheta tit. in ſcripturis decoratur cōtra cantapetrenſem.

d eccleſ. 46. 1.

e D. Tho. 2. 2. q. 178. arti. 4. vbi caietanus.

f Incognit' pſal. 98. verſ. 1683 pa. 76. to. 2.

g Hierony. Vilemius lectio. 1. pag. 6. & 7.

h D. Iuſtin. Marti. to. 1. pag. 52. quē vid. to. 2. pag. 171.

i Ioſuæ ca. 50. pa. 187

idem, eũdem Moſem quatuor modis omnes alios vates excelluiſſe demonſtrat. Aliorum enim Mentes non niſi per adminiſtrum Angelum diuino afflatu vnquam eſſe cõcitatas: Moſem vero ſuo ore ex Dei ore, afflatus diuinos excepiſſe. Cęteros in ſomnis & ſecundum quietẽ: hunc vigilem ſacra vîſa vidiſſe. Illos non ſine pauida animorum conſternatione diuinos percepiſſe monitus; hũc autem perinde atque ſi amicus cum amico colloquatur. Denique reliquos vates non niſi certis interuallis, modo crebris modo raris: At Moſem quouis tempore ſuis oraculis dignatum eſſe Deum. Alij etiam addunt, hanc inter Moſem, & alios differẽtiam, quod aliorum vatũ ea animi vis, quę imaginatiua vocatur, (gręci εἰκαστικὴν eikaſtiken) diuino primũ afflatu, pellitur; Et deinceps per hãc illa quæ rationalis appellatur. At Moſes ipſa vi rationali plane percipiebat afflatus cæleſtes, abſque vlla imaginatione, poſtquam Angelum vidiſſet in rubo. Et proinde in ipſius verbis ænigmata nulla erant. Andreas vero Maſius loco ſuperiore exiſtimat Moſis hanc prærogatiuam in eo ſitam eſſe: quod Mortalium nemine vel ante vel poſt, ad Chriſtum vſque Dei filium tam ſit familiariter vſus Deus atque illo vſus eſt, nõn autem in earum rerum quæ gererentur pręter vſitatã naturæ legem magnitudine atque admirabilitate. Quippe quas nemo ignorat non humanis viribus aut induſtria; ſed potentia diuina patrari. Quocunque tandem in his efficiendis vtatur, Deus adminiſtro, tanquam inſtrumento quopiã. Quamobrẽ [a] Chriſtus ſuos diſcipulos erudiens, non eo magnopere placere ipſos ſibi debere ait, quod ipſorũ imperijs dęmonia ſeruirent, ſed quod in regni cæleſtis albo inſcripti eſſent. Quin Memoratum eſt ab euangeliſtis (vti idem Maſius ponderat) fuiſſe qui Chriſti nomine miracula facerent, neque tamen Chriſtum ſectarentur. Ni mirum cum Moſem eccleſiæ veluti pędagogum eſſe oporteret, à quo illa ad Chriſti myſteria erudiretur &

Moſes quatuor modis alios prophetas ſuperauit.

Vatũ imaginatiua quomodo ad vaticinandũ moueatur, & qualiter græce dicatur.

Andreas Maſius. Moſis prę rogatiua in quo ſita.

[a] Luc. cap. 10. verſ. 17. & 20.

Moſes eccleſiæ futuræ pędagogus.

cuius legibus tantiſper ſe haberet,dum adueniſſent dies ſalutis,ſummã neceſſe erat eſſe eius authoritatem;quam ſanè ipſi non tam miraculorum facultas; quam intima Dei familiaritas conciliare potuit: apud eos certe qui res ipſas iudicarent. Hæc Andreas Maſius. Idem a Aug. Eugubinus loco prçcitato,à quo tamen lubenter diſcedo dum, ait, Deum cum Moſe familiariter per angelum medium colloquutum,quod prius D. b Bonauen. & carthuſianus,ſenſiſſe videntur,ſacer namq; textus,aperte oſtẽdit eam familiaritatẽ Dei cum Moſe, nõ eſſe qualẽ, qualem,ſed talem qualis,amici ad amicum intimum, & charum eſſe ſolet; ac proinde facie ad faciem,ore ad os cum illo colloquutum fuiſſe ; quæ verba internutium excludunt. Vnde D. c Augu. de geneſi d ad litteram , facie ad faciem ; explicat ideſt contra in contra, & idem libro de trinitate. D. e Greg. Nazianze. de laude virginitatis de hac re ſcribens, numenque (inquit) aduerſo lumine cernit. Aque ideo B. f Clemente Romano. Sum. Pont. in apoſtolicis conſtitutionibus referente, Sacri Apoſtoli ſic ſcribunt. Moſem Dei ſeruum cui Deus facie ad faciem colloquebatur: Veluti ſi quis cum amico loqueretur, cui dixit noui te prçter omnes, cui coram loquebatur, non perſpecies, non per inſomnia, nec per angelos vel ænigmata,&c. Vbi tamen Turrianus ſuis in adnotationibus aſſerẽs. D. g Clementem minime negaſſe Deum nunquam per Angelos cum eo,loquutum fuiſſe,ſed ꝙ aliqñ ei loquebaẽ ſine angelis facie ad faciẽ plane diuinat. Cõferũt ſatis quæ B. h Arias Montanus in libro de actione obſeruat & oſtendit, videre faciẽ familiaritatẽ cõſuetudinemq;indicare,& facilitatẽ agendi,& impetrãdi apud eũ cuius facies videt. Iuxta illud Matt. i 18.verſ.10.videte ne cõtemnatis vnũ ex his puſillis,dico .n.vobis quod angeli eorũ in cælis ſemper vidẽt faciẽ patris mei,qui in cçlis eſt. Et illud Heſter. k 1.14. interrogauit ſapiẽtes,qui ex more regis,ſemper ei aderãt:& illorũ

faciebat

a Aug. Eugubin. d. ca.12.Nu.

b D.Bon. & carthuſ.in 2.ſent.diſ. 8. 94.

c D. Augu. ca. 37. to. 3.pa.283. col.1.

d Aug.li. de trinitate li.1.ca.18. to.3.pag. 101.col.2.

e D. Greg. Naz pag. 1259.

f B. Clem. Romanus lib 8.pag. 556. verſ. cap.52.

g pag. 270.

h Arias Mõtan⁹ pag. 20.col. 2.

i Matth.18. 10.

k Heſter. 1. 14.

faciebat cuncta conſilio, ſcientiũ, leges & Iura maiorũ, (erant autem primi, & proximi charſena & ſethar & admoetha & tharſis & mares & Marſana & Mamucham,) conſiliarij, ſeu ſeptem Duces Perſarum atque Medorum, qui videbant faciem Regis. Vnde licet certum ſit (vt D.[a] Thomas docet) per viſionem faciei diuinæ, quam Moſes videbat, eminentem quandam contemplationem, & familiaritatem ſignificari: Nihilo tñ minus ea familiaritas in ipſa confabulatione ore ad os habita, abſque vllo intermedio maniſeſtiſſime conſpiciebatur. Nec aliud dici poteſt cum Deus Optimus Max. verba illa in honorem, & excellentiam Moſis vere pronuntiauerit. Quibus vero modis propheta in ſcripturis accipi ſoleat, vid. vltra cãtapetrenſem, & citatos R.P. F. Barthol.[b] de Medina, in commentarijs ad tertiam partem ſummæ. Hanc Moſis cum Deo familiaritatem comprobant etiã ſacra illa Dei uerba ad Moſem in li. Exod. 33.[c] uerſ. 12. Noui te ex nomine: Vbi Oleaſter id recte ponderat. Et ante ipſum D. Baſilius in aſceticis relatus ab Anaſtaſio[d] Epiſcopo Niceno in quæſtionibus ſacræ ſcripturæ, dum ait; Cum uideo Moſem illum dei ſeruum, illum inquã, Magnum, qui tali & tanto, à Deo dignatus eſt honore, & ab eo ſæpe hoc accepit teſtimonium, ut audierit, nouite præter omnes, & inueniſti gratiam coram me. Idem D.[e] Greg. Magnus in Euangelia docet, noſcere aliquem ex nomine: ſpecialem præter cæteros cognitionem ſignificare. Sed & ad huius familiaritatis cumulum, accedat etiam illud quod D. Aug. & alij claſſici authores nõ pauci aſſerunt; Moſem (ſicuti & D. Paulum, Diuinam eſſentiam aperte etiã uidiſſe, eaque ad tempus fruitum fuiſſe uti latius proſequitur Magiſter Michael[f] de Palacios, & Medina.[g] Quibus adde D.[h] Gregorium Theologum, quidquid Elias eius interpres ibidem diſtinguat, & Iacobus Chriſtopolitanus in præfatione pſalmorũ cuius meminit.

a D.Thom. 1.2.q.98. art.3. ad 2.

b R.F. Barthol. de Med.q.7. art.8.pag. 244.co.1.

c Exod. 33. 12.

d Anaſtaſius q.35.to.6. bibl. SS. patr. pag. 180.

e D. Greg. homil.25. to.2. pag. 886.

Moſes vidit diuinã eſſentiam

f Mihael de Palac.in 3. ſent.diſt.1 diſp.4.

g F.Bartho. de Medina 1.2.q. 67. art. 3.

h D. Greg. Nazanz. in orat.33. pag 741. & orat. 3. pag. 183.

minit Sixtus Senenſis. [a] in ſua Bibliotheca ſancta, vid. Sott. [b] in libris de Iuſtitia, & Iure, & Alphonſum à Caſtro aduerſus hæreſes uerbo beatitudo hæreſi prima. Vidit autem eam diuinam eſſentiam non in corpore, ſed extra corp⁹. Iuxta ea quæ tradit D. Greg. Magnus. [c] Speciatim aſſerit Prudentius inferius citandus. Vide quæ ſuperius capite quarto tetigimus. Cæterũ difficilis redditur ſuperior traditio, ex loco illo per quam difficili [d] exod. 33. uerſ. 13. ubi Moſes facialem (ut ita dicamus) Dei uiſionem ab ipſo Deo & Dño enixe poſtulabat. (Si ergo, inquit) inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Apertam atque manifeſtam Dei uiſionem poſtulaſſe aperte ſatis ex Septuag. translatione conſtat. Dum ſic tranſtulerunt. εἰ τοῦ εὕρηκα, χάριν ἐναντίον σου, ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ἵνα οἶδά σε, ὅπως ἂν τοῦ εὑρηκὼς χάριν ἐναντίον σου. Hoc eſt: Si igitur inueni gratiã corã te, oſtende mihi te ipſum manifeſte, ut uideã te, ut ſim inueniens gratiã corã te. Et rurſus uerſu 8. Oſtende mihi gloriã tuam. Vnde Clemens [e] Alexandrinus libris ſtromatum locum illum, ita legit: Oſtende mihi te ipſum euidentiſſimè. Et Phębus [f] Epiſcop⁹, aduerſus Arrianos, aſſerit Moſem poſtulaſſe ut cognoſcenter eum uideret. Idem & Victorinus [g] aduerſus Arrianos; & Ioãnes Maxentius [h] lib. 2. dialogorum tradit, uidere faciem eſſe diuinitatem Dei uiſibilem, uelle ſibi eſſe. Cum Septuaginta, legit Tertulianus [i] aduerſus praxeam, Anaſtaſius [k] in Exęmeron. Vid. D. Hieronymum [l] apud quem, facies illud idem ſignificat. D. [m] Greg. Mag. conſentit & pagninus [n] in Iſagoge. Et faciem filij, patrem eſſe aſſerit Tertulia. loco adducto. Auget, & ſuperiorem difficultatem Domini reſponſio uerſ. 2. ibi non poteris uidere faciem meam, non enim uidebit me homo, & uiuet: & iterum, ecce, inquit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram, cunque tranſierit gloria mea,

a Sixt. Senenſis lib. 5. anno 41 pag. 372.
b Sott. q. 1. art. 2. li. 2.
c lib. 18. Moral. cap. 28 to. 1. pag. 455.
d Exod 33. 13.
e Clem. Alex. lib. 5. pag. 167.
f Phęb⁹ epiſcop⁹ to. 5 bibl. SS. patr. pag. 250.
g Victorin⁹. lib. 4. d. to. 5. pa. 344.
h Ioẽs Maxentiu⁹ d. to. 5. pag. 5376.
i Tertulia. pag. 322.
k Anaſtaſi⁹ in appẽd. bibl. SS. pat. pa. 61.
l D. Hiero. to. 4. pag. 111.
m D. Greg. Mag. li. 34 moral. ca. 3. in pri.
n Pagninus pag. 38. infin. & 168.

mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea donec tranſeam, tollamque manum meam, & uidebis poſteriora mea; faciem autem meam videre non poteris. Vulgata ſeptuagintę conſonat; ſed loco eorum uerborum: poſteriora mea; aiunt Septuag. tunc videbis quę poſt me, & facies mea non videbitur tibi. Chal. Paraphraſis, ſic explicat: Non poteris videre faciē gloriæ meæ, non enim videbit me homo, & viuet. Dixitque Dominus, ecce locus eſt paratus in conſpectu meo, & ſtabis ſupra petram, eritque cum tranſierit gloria mea, ponam te in cauerna petræ, & protegam te verbo meo, donec tranſeam, & auferam verbum glorię meæ, & videbis id quod eſt poſt me, & quæ ſunt coram me non apparebunt. Præterea ſi facialem hāc uiſionem illi denęgat, cur eodem cap. verſ. 19. Moſi dixit, oſtendam tibi omne bonnm, ſi faciem denegat; quo nam modo omne bonum illi oſtendit? Et quod nam aliud præſtantius, ſublimiuſque bonum eſſe poteſt, quam aperta illa diuinę glorię viſio? Quamobrem vt hij difficultatem nodi diſoluantur, ſanctorum Patrum interpretationes quaſdam atque ſententias lubenter in medium proponemus. Iuſtinus [a] in libro de veritate chriſtianę Religionis in ea eſt ſententia, vt probet, & aſſerat, Chriſtum filium Dei, verbum æternū; non patrem; Moſi, & Patriarchis apparuiſſe. Ac proinde illud faciem meam videre non poteris, de Deo Patre dictum, Chriſtus namque filius Dei ſemper videbatur; vti etiam aſſerit Tertulia. [b] aduerſus Iudæos. Nam qui ad Moſem loquebatur (inquit) ipſe erat filius Dei, qui & ſemper videbatur. Deum enim Patrem nemo vidit vnquam, & vixit: & ideo conſtat ipſum filium Dei Moſi eſſe locutum, & dixiſſe ad Populum: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, id eſt populi, qui te cuſtodiat in itinere. Idem [c] Tertulianus plurimis aduerſus praxeam comprobat rationibus, & aduerſus Marcionem. Vid. vtrobique eiuſdem Tertuliani, ac Iuſtini interpretes

[a] Iuſtinus Mart. pa. 114. to. 2.

Chriſt[9] filius Dei Moſi, & patrib[9] apparuit.

[b] Tertul. pag. 116.

[c] Tertu. ad. prax. pag. 323. & aduerſus Marcio. pag. 213.

terpretes alios citãtes. Et Athanaſiũ [a] in oratione cõtra Arrianos, Beatũ quoq; Irenæũ [b] aduerſus hæreſes. Chriſtum, deniq; in humana ſpecie à patribus viſum, & cultũ, tradit Euſebi⁹ [c] in hiſtoria Eccleſiaſtica, cui Nicephorus [d] conſentit, quibus adde Clementẽ Alexandrinũ [e] in ſuo pędagogo. Vnde. Prudentius in apoth. contra Patripaſſi.

Hoc verbum eſt, quod vibratum patris ore benigno,
Sumpſit. Virgineo fragilem de corpore formam.
Inde figura hominis non dum ſub carne (nata) Moyſi,
Obiecta effigiem Noſtri ſignauerat oris:
Quod quandoque Deus verbi virtute coactum
Sumpturus corpus, faciem referebat eandem.

Idem.

Ergo nihil viſum, niſi quod ſub carne videndum
Lumen, imago Dei, verbum Deus, & Deus ignis,
Qui ſentum noſtri peccamen corporis implet:
Ipſe dator legis diuinæ, accedere coram.
Iuſſus, amicitiæ collato, qui ſtetit ore
Cominus, & ſacris coniunxit verba loquelis
Carnis in effigie Chriſtum ſe cernere ſenſit.

Verum horum Patrũ interpretatio ac doctrina qua plane aſſerunt: Verbum diuinum à Moſe, alijſque Patriarchis in humana ſpecie viſum, conſpectumque periculoſa mihi ſemper viſa eſt. Cum verbum æternum, filius patris Chriſtus Dominus: Ante ſacratiſſimam ex puriſſimę virginis viſceribus incarnationem, corpus humanum minime aſſumpſerit. Vnde [f] Anaſtaſius Synaita in cõmentarijs in exæmeron ſic ait: Nam ſi tunc in corporatus, & humana forma pręditus fuiſſet, Deus verbũ, nunquã in extremis temporibus ex ſancta virgine carnem ſuſcepiſſet, homo factus. Hæc ille. Sed ſi illud aſſumpſit, vbi nam (quæſo) relinquit? quamobrem ea ſententia accedere videtur Antropormophytis quorum errorẽ, & hęreſim ſuperius [g] reprehẽdimus, & latius proſequẽ [h] Vilemius in libro ſex dierum poſt Caſtrenſem dictione Deus.

[a] Athanaſi⁹ orat. 2. pa. 156.
[b] Irenę⁹ li. 4. cap. 11. 12. & 13. & cap. 21.
[c] Euſebius lib. 1. ca. 2. & 3.
[d] Nicephorus lib. 1. cap. 3. & 4
[e] Clem. Alex. lib. 1. cap. 7.
[f] Anaſtaſi⁹ lib. ſep. in append: bibl. SS. patr. pag. 1462.
[g] cap. 4.
[h] lectio. 26. pag. 298.

a D. Augu. Epiſt. 112. cap. 8. to. 2. pa. 103. b lib. 1. cap. 3. pa. 187. col. 1. to. 6 & lib. 2. c. 15. pa. 299

Obidque merito D. Auguſtinus a lib. de videndo Deum ad Paulinam; probat, verbum, & totam trinitatem inuiſibilem eſſe Deum: Et in libris b contra Maximum Arrianorum Epiſcopum; Nam, inquit, ſecundum id quod verbum eſt, Deus apud Deum, & ipſe inuiſibilis eſt, ſapientia Dei eſt Chriſtus, humana ſapientia eſt inuiſibilis, & Dei ſapientia viſibilis erit? Quantum ergo attinet ad illam naturam in qua eſt æqualis patri, pariter eſt Deus, pariter omnipotens, pariter inuiſibilis, pariter immortalis. Idem Aug. in c tractatu ſuper Ioannem ſic ratiocinatur: Si ergo propter carnem, uiſibilis filius eſt, & nos concedimus, & eſt catholica fides; ſi autem ante carnem viſibilis, ſicut ipſi dicunt, id eſt antequam in carnaretur, multum delirant, & multum errant. Facta ſunt enim illa viſibilia corporaliter per creaturam, in quibus typus oſtenderetur: non vtique ſubſtantia ipſa demonſtrabatur, & manifeſtabatur. Et hoc attendat charitas veſtra lene documentum. Sapientia Dei videri oculis non poteſt: Fratres ſi Chriſtus ſapientia Dei, & virtus Dei, ſi Chriſtus verbum Dei: verbum hominis oculis non videtur, verbum Dei videri ſic poteſt? Expellite ergo de cordibus veſtris carnales cogitationes, vt veri ſitis ſub gratia, vt ad nouum teſtamentũ pertineatis. Idẽ Aug. d ibidẽ. Nemo enim uos fallat fratres (inquit) eorũ qui dicunt inuiſibilem patrem, & viſibilẽ filium: hi enim hoc aſſerunt qui putant eum eſſe creaturam: Nec intelligunt ſecundum quod dictum eſt, ego, & pater vnum ſumus, prorſus in forma Dei in qua æqualis eſt patri, etiam ipſe filius inuiſibilis eſt. Vt autem ab hominibus videretur, formam ſerui accepit, & in ſimilitudinem hominũ factus, viſibilis factus eſt. Oſtẽdit ergo ſe etiam ante quã ſuſciperet carnem oculis hominum, ſicut voluit in ſubiecta ſibi creatura, non ſicuti eſt. Hęc Aug. Concludimus ergo ex D. Aug. hæreſim eſſe atque falſum dogma aſſerere: Verbum Dei Chriſtum Dominum ante aſſumptã huma-

c Tract. 4. ex cap. 1. to. 9. pa. 12. co. 2. B. Hęreticũ deliriũ, eſt ſecũdum Aug.: ſſerere filiũ Dei antequam incarnaret. viſibilem fuiſſe.

d D. Augu. tract. 54. ex cap. 12 pag. 158. col. 2.

Hęreſis ẽ aſſerere verbũ Dei patribus viſibiliter apparuiſſe in corporali ſpecie ante aſſumpta in Nauim.

humanã naturam Moſi, & patribus viſibilem in corporali ſpecie apparuiſſe. Qua in re patres oppoſitũ ſentientes lapſi ſunt. Vnde D.[a] Athanaſius in ſermone contra Arrianos ſic ſcribit: Olim igitur ad vnumquẽque ſanctorum verbum factum eſt, eoſque ſanctificauit, qui illud legitimè recipiebant, nec tamen quum illi naſcerentur, dictum eſt, verbum eſſe carnem factum, nec dum illi patiebant̃ ſcriptum eſt verbum paſſum eſſe. Contra, vbi ſemel verbum natum ex Maria prodijſſet ſub conſummationem ſęculorum ad peccata abroganda (ita enim patri viſum fuit Filium ſuum mittere, factum ex muliere, factũ ſub lege) tum denique ſcriptum eſt, verbũ aſſumpta carne hominẽ eſſe factũ. Et reliqua. Origenes[b] etiã in tract. ſuper Matth. ſic ſcribit. Quomodo hic Dominus Ieſus, quaſi qui frequenter voluit congregare Iudæos, non autem congregauit propter contumaciam nollentium credere, ita dicit: Quoties volui: cum ſit Manifeſtum ſemel eum docuiſſe, in corpore Iudæos? ſed non ſolum in præſentia, verum etiam ſubſtantialiter ſemper Chriſtus pręſens fuit, & in Moſe, & in Prophetis, magis autem; & in angelis miniſtrantibus ſaluti humanæ, & per ſingulas generationes, & ſic impletur: quoties volui: per ſingulas enim generationes ſemper voluit, & feſtinauit perficere voluntatem patris in eis; Et ſi non in corpore cõſtitutus, ſicut nunc in fine ſęculorũ, tamen ſemper feſtinauit congregare filios Hieruſalem. Ipſius enim volentis congregare filios Hieruſalẽ, voces habentur in lege, & prophetis: & de ipſo ſcriptũ eſt:[c] Expandens alas ſuas cępit eos, & ſuſcepit eos ſuper ſcapulas ſuas, & quotidianum opus eſt Chriſti congregare filios hieruſalẽ; de quibus in Eſaia & in reliquis prophetis plura dicunt. Hæc Origenes. Duo ergo catholicæ veritates ex ſuperioribus eliciũtur. Prima eſt, Verbum Dei, filium Dei, Chriſtum Dominũ, patribus, & Moſi olim loquutum, cognitumque: ac de eo Moſem & ſcripturas omnes loqui, vti eam patribus ſupe-

[a] D. Athanaſius ſer. 4. pag. 254 & 242.

[b] Origenes tract. 26. ex cap. 23. to. 2. pag. 83 co. 1. 2.

Chriſtus ſubſtãtialiter ſemper pſens fuit, & in Moſe, & prophetis

[c] Deut. 32. 11.

Chriſt' fi. li' Dei patribus loquutus.

rius citatis, apparet,& latius, ex D. Hilario in libris de Trinitate. [a] Qui cum Athanaſio (vt refert Feuardentius ſtatim citãdus,) ſatis laudant duo illa Cõcilia ſyrmienſis decreta, nempe ſi quis quod ſcriptum eſt; faciamus hominem non patrẽ ad filium dicere, ſed ipſum ad ſe ipſum aſſerit dixiſſe Deum; Anathema ſit. Si quis illud quod ſcriptum eſt; pluit Dominus à dño, non de Patre, & filio perceperit, ſed ipſum à ſemetipſo pluere dixerit, Anathema ſit. Ac proinde Chriſti diuinitas Manifeſte ſatis ex veteris inſtrumenti teſtimonijs comprobatur. Qui tamẽ eam infirmãt, hæretici ſunt habendi, eoſq; optimè cõuincit poſt iam adductos R.F. Franciſcus Feuardẽtius in appendice [b] aduerſus hæreſes. Secũda veritas huic proxima eſt filiũ Dei olim patribus in forma humana, cũ ante carnis aſſumptionẽ inuiſibilis fuerit, minime apparuiſſe, in eoq; deceptos Antiquiores. Potuit autem verbum Diuinum, Chriſtus filius Dei, per aliquam ſubiectã creaturam (vti ſuperius Aug. docuit) veluti in typo apparere, aut per aliquã ſpeciẽ in mẽte eorũ ipſum repreſentantem. Ex quibus relinquitur manifeſtum, locum illũ deut. 33. verſ. 13. cuius difficultas, huic tractationi occaſionẽ præbuit; Nulla ratione poſſe intelligi, de viſione filij Dei in ſpecie corporea; ſed de viſione ipſius Diuinæ naturæ, quæ Moſi abſcondita erat, quamque ipſe in propria natura manifeſte & in ſpecie, conſpicere deſiderabat; dicẽs, oſtende teipſum manifeſte. Quamobrẽ alius diluẽdę difficultatis modus quærẽdus eſt: [d] Auguſtinus ergo Eugubinus in præcitato capite; vt difficultatẽ magis dilucidet (Seipſum vt ita dicã magis obſcurãs inuoluẽs ſeptuagintaque, & vulgatã noſtrã audaciſſime carpens, atq; damnãs) ſic ait: ſed peius tranſtulerũt Septuag. & maiorẽ errandi occaſionẽ prębuerunt; oſtẽde mihi teipſum Quod plurimũ abeſt à vero, & humilitate Moſis: & poſtmodũ circa illa verba: ego oſtẽdã omne bonũ tibi: Ait totã illã periodũ penitus in contrarium ſenſum verti, à ſeptuag.

[a] D. Hilari lib. 4. pag. 22. cum alijs ſeq.

[b] lib. 3. hęreſi. 2. pag. 1231. to. 1 operũ caſtrenſis.

[c] Chriſtũ ſiliũ Dei olim patrib' i forma humana minime apparuiſſe Vid. ſupra cap. 4. hoc lib,

[d] Aug. Eugubinus to. 1. pag. 160.

&

& aliquãto ſecus à Hieronymo, ego faciam tranſire omne bonum ſuper faciem tuam, vel ante faciem tuam; clarumque eſſe hoc à veritate alienum fore ac miram eſſe cęcitatem. Ac proinde exiſtimat Moſem viam qua ituri eſſent, ne in aliquem errorem miſerabilem inciderent; à Dño poſtulaſſe. Cui expoſitioni ſuffragari ait, Textũ Hebræum vbi דַּרְכֶּךָ de barecha pronomen ponitur, ſignificans viam tuam. Cui ſententiæ Pagninus, & Oleaſter adſtipulantur. Verum ego ab ipſis, plane diſcedo, tum propter eorum hebraizandi naturam, & ingenium, quo facilè vulgatã, & reliqua omnia (magni quidẽ alias facienda) facile paruipendunt: Cum etiam quod Septuag. interpretum translationem irridere, & vituperare temeraria, & ingens ſit audatia Septuag. namque trãslationem emẽdare nemo audere debet, vt ſatis oſtendit Reuerend. Iulianus [a] pomerius Archiepiſcopus Toletanus Augu. citans. Vnde veriſſimum eſt Moſem de faciali Dei, hoc eſt de viſione Dei in ſubſtantia ſua, atque natura, ſicuti eſt, ibidem egiſſe; vti concors Antiquorũ, tam grecorum, quàm etiam latinorum patrum, ſententia pro comperto ſemper habuit. Et apud D. [b] Augu. locis ſuperius adductis videre licebit, & apud D. [c] Chryſoſto. de incomprehenſibili Dei natura, D. quoque Gregoriũ Magnum, [d] qui difficultatem illius Textus, Exod. 33. verſ. 13. tangit, & ſoluit, conſule etiam Greg. Nyſſen. de vita Moſis, & ſuper Cantica Canticorum, qui rem fuſius, & elegãtius cæteris proſequitur. Pręterea diuina reſponſio manifeſte oſtendit, Moſem hanc ipſam facialem (vt ita dicam) viſionem poſtulaſſe: Cum Dominus ei reſponderit: non videbis faciẽ meã, non enim uidebit

a Iulia. pomeri' Archie. tole. to 5. bibl. SS. patr. pag. 231. ſub fin.

b D. Augu. li 3. de uidẽdo Deum c. 26. pag. 318. col 2. to. 2. & pſal. 120 to. 8. pag. 584 co. 1. & in tract. 13. ſuper Ioan. pag. 158. co. 2. vid appẽd. illius to. 9. pag. 576. c.

1. & li. 4. cõtra duas epiſt. pelagiani cap. 11. to. 7 pag. 480. Ambroſi. de bono mortis cap. 3. ab Aug. ibidem relatus Chryſoſtom de incomprehenſibili Dei natura homil. 4. to. 5. pag. 1072. idem Aug. li. 4 de ſimbolo ad cathecum. ca. 3. to. 9 pag. 307. col. 1. c D. Chryſoſt. homil. 4. to. 5 pag. 1072. & to. 1 pag. 229 gen. 12. d D. Greg. Mag. 1. reg. cap. 10. to. 2. pag. 1005. idem lib. 18. moral cap. 28. pag. 455. e Greg. Nyſſen. pag. 140. d. & in cant. homil. 12. pag. 346. c. cum ſeq.

me homo,& viuet. Si Moſes de via qua eundum ille cũ populo erat interrogaſſet,non vtique tale accepiſſet, reſponſum. Reſpondit ergo Dominus Moſis poſtulationi facialem illi,& apertam denegans viſionem. Vnde Oleaſter ibidem tandem cogitur,locum intelligere de faciali dei viſione. Nec quicquam Eugubinum, & reliquos iuuat illud pronomen baracha ideſt viam tuã:quippe quia per viam tuam,Moſes faciem Dei intellexiſſe videtur:ſicuti enim,facies hominis via eſt ad ipſius cognitionem, in facieque tanquã in ſpeculo,& exteriori ſcriptura eius natura conſpicitur: ita quidem ex facie, hoc eſt ex eius gloriæ,& maieſtatis oſtenſione quis nam ipſe Dñs ſit cognoſci,& contẽplari poteſt. Ob idque Moſes ſe ſe ſtatim explicans,ſubiunxit,& ſciam te. Quaſi dixerit, ſi videro faciem tuam omne meum deſiderium complebo,quo ardenter cupio,te ipſum manifeſte videre, & tuam diuinã naturam manifeſtius cognoſcere. Id quod pręſenſciens chaldaica paraphraſis,eam viam; Viam bonitatis ſuę appellauit. Accedit illud pſal.[a] 24. verſ. 10. ibi omnes viæ Domini miſericordia,& veritas; vbi gloſſ. & reliqui interpretes miſericordiam Dei,viam Dei vocant. Et ipſe Chriſtus D.N. ſe viam,veritatem,& vitam eſſe profitetur. Ioa.[b] 14.verſ.6. Hæc autem nomĩna de Deo dicta; vita uiuens,veritas, miſericordia & ſimilia: Dei eſſentiam ſignificant & ab ea minime differunt, Iuxta illud Aug.[c] qui libro 7. de trinita.de Deo inquit, hoc eſt eſſe, quod fortẽ eſſe;& ſi quid de illa ſimplicitate dicitur, qua eius ſubſtantia ſignificat̃.Conſonat ſatis Doctrina D.[d] Tho.& aliorum omnium Theologorum. Facies autem Dei,& via Dei bonitatis,idem ſunt; & vtraque diuinam eſſentiam,et naturam deſignant. Sicque neceſſe erit fateri D.Hiero.& Septuag.& corticem horum verborum conſideraſſe,& ſenſum,atque ſpiritum ad quem ſemper ſuis in translationibus reſpiciunt,& attendunt. Accedit, & illud Iob[c] 34.verſ.21.vbi vie hominis ſnnt cogitationes

Via Dñi facies eius & viſio atque cognitio ſuę ſubſtantiæ.

[a] pſal. 24. 10.

[b] Ioa.14. 6.

[c] Aug.li. 7. de trinit. cap 1.& 7. & li.6 ca. 4. to.3.

[d] D. Tho.1. par.q. 13. ar.2. & de potentia. q.8.art. 1. ad ſeptimũ,& art. 2.ad 3. 4. & 7.& reliq.Theolo.i primo diſt.2.q.2.

[e] Iob 34.21

nes, & opera ipſius, vti etiã perdoctus Benedictus Aria. Monta. in ſuis idiotiſmis [a] adnotauit: ad quem modum, via bonitatis Dei, ipſa Dei Maieſtas, gloria, & eſſentia recte dicitur. Facies autem Dei, & gloria Dei, idem ſunt. Sed dices: ſi Moſes ipſam Dei eſſentiã iam viderat, quid illi opus erat, iam cognita cognoſcere? cur illi Dñs poſtulata denegat, dicendo faciem meam videre non poteris, poſteriora vero mea videbis? Vnde adhuc perſtat ſuperior difficultas: ſed vltra ea quæ D. Aug. locis ſuperius citatis, & alij non intuliter adducunt: Gregorij Nyſſeni reſolutio mihi hac in re magis applaudet, ob idque eam in prȩſenti lubenter proponã. D. ergo [b] Gregorius Nyſſenus in libro de vita Moſis hanc difficultatem ex profeſſo pertractans ſic ait. Ambigere profecto quiſpiam poterit quomodo Moſes, quem, tot tantiſq; viſionibus Deum vidiſſe ſcriptura teſtatur, quo cum Deus ita loquebatur. Vt ſi quis amicum ſuum alloqueretur, orat nunc quaſi nunquam vidiſſet vt videat. Et quomodo diuina vox modo annuit oranti quod petit, & hanc quoque gratiam ſibi velle conferre non negat. Modo in deſperationem deijcit cum aſſerat, non eſſe hanc vitam hominum eius rei quam poſtulabat capacem. Et adhec quem locum eſſe apud ſe Deus dicit, & quem in loco lapidem, & quod in lapidẽ foramen, in quod iubet peruenire Moſem, Deinde Deum manum ſuam ad os foraminis illius poſiturum, & cum tranſierit Moſem inuocatum à foramine, poſteriora eius qui vocauit inſpecturũ; Hæc enim ſcriptura narrat, & ſic aſſerit Deum à Moſe perſpectum ſicut diuina voce ſibi fuerat promiſſum. Hæc omnia, ſi quis ſecundum litteram ſolum conſideret, non obſcurus dumtaxat quærentibus ſenſus fiet, verum etiam non rectas, de eo generabit opiniones. Sola enim figurata, anterius, atque poſterius habent, omnis figura corporis terminus, eſt. Quare qui figuram Deo attribuit, corpus ipſum conſequenter putabit: corpus autem omne com-

[a] pag. 24.

[b] D. Greg. Nyſſenus pag. 150.

ca. 33. exodi nõ litteraliter, ſed figurate a. c pr̃edũ D Greg. Nyſſe. putat.

Figura ſola hẽt anterius, & poſterius.

Figura Deo incõuenit.

Compoſitum diſſolubile eſt.

poſitum eſt, compoſitum porro diuerſorum ac differentium concurſu conſtituitur. Quicquid vero ſic conſtitutum eſt indiſſolubile non eſt, quodque diſſoluitur id corrumpitur: diſſolutio enim, corruptio compoſiti eſt. Quas ob res ſi quis poſterius Dei, ſecundum litteram capiet, in hoc inconueniens conſequenter deducetur. Nam ante atque retro in figura certe eſt, figura in corpore, corpus natura diſſolubile, diſſolubile autem incorruptibile eſſe non poteſt. Sic qui omnino litterę ſeruit, rerum ipſarum conſequentia corruptibilem eſſe Deum opinari compellitur. Eſt autem Deus incorruptibilis animo atque immortalis. Non eſt ergo vbique ſequenda littera. Quod ſi hac in parte altiorem quam litterá patitur ſenſum quærere cogimur, Quis alienum eſſe à ſcriptura dicet, ſi ad ſpiritualem ſenſum, totam reducimus? Nam cum neceſſe ſit partes aliquas ſpiritualum intelligere, totum quoque neceſſe vt & poſſit, & debeat: ſicuti partes intelligi; eſt enim totum ex partibus; quare partium naturam ſapiat neceſſe eſt. Locus igitur apud Deum, & lapis in loco, & in lapide quędam capacitas, quam foramen appellauit: Ingreſſumque Moſi ad illud, impoſitio quoquæ Manus Dei, in ore foraminis, & tranſgreſſio eius, & uocatio, ac denique poſteriorum partium aſpectatio, ad altius, & conuenientius, norma, regulaque anagogica ſic reducetur. Quemadmodum igitur grauia, & rotunda corpora, Si è cacuminibus montium lapſa deorſum fuerint, & ſi nullus poſtea impellat, ipſa tamen per ſe vehementiore impetu ſi nihil impedimento ſit, ſemper deferuntur, quouſque ad planiciē deſcenderint: ſic Anima cuius natura ſurſum fertur, terrenis abſoluta cupiditatibus ardentior in dies fit. uelociusque pertranſit, ad ſublimiora ſemper conſcendens. Nam cum nihil ſibi ſit impedimento, per ſe ipſam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad ſe natura ipſius boni, omnes qui ad pulchritudinis eius radios ſanis poſſunt oculis

Deus incorruptibilis atq; immortalis.

Spiritualis ſenſus, relicta littera hinc ſequend⁹.

Similitudo corporum grauium à cacuminib⁹, ad planiciē deſcendentiū, ad animę ſurſum natura ſua tendentem.

natura boni attracti...

lis reſpicere: Ita ſit vt cæleſtium deſiderio ſemper ad maiora (vt apoſtolus ait) conſurgat, atque ſemper ad altiora peruolet. Nam cum per ea quæ iam percipit ad maiora,& perſpicere,& aſpicere poſſit,maiore,atque maiori deſiderio, ſemper ardet,ac ſic indeſinenter ſurſum fertur,his quæ peracta ſunt,robuſtior facta, ſolum enim virtutis actio nutrit laborem vireſque auget. Quapropter magnus ille Moſes,cum ſemel per ſcalam in qua De° innixus erat, (vt Iacob dicit) aſcendere cępiſſet nunquam ſtetit, nunquam terminum Motus nouit,ſed ſemper de gradu,in gradum aſcendebat. Neque enim deficere vnquam poteſt altior gradus. Negauit falſam Aegyptiorum reginæ coniunctionem,qua filius eius putabatur: hebræum vltus eſt, ad deſertam, & ſolitariam ſe tranſtulit vitam, quam humanæ perturbationes non vexant, pauit ſicurium animalium gregem,vidit reſplendentem lucem diuinam,abiecit calceos, vt facilius ad lucem accederet,in libertatem vindicauit ſuos, hoſtem vidit vndis ſubmerſum, lucida nube ductus eſt, ſicco lapide ſedauit ſitim, à cęlo deduxit panem. Præterea extenſione manuum, alienigenam̃ fudit, ſonitum Tubæ audiuit, caliginem ſubijt, ad penetralia diuini Tabernaculi ingreſſus,eſt ſacerdotij didicit myſteria,ſimulachrum deſtruxit, propitium Deum reddidit, legem de Deorum prauitate dirutam reſtituit, gloria effulſit. Ac tot, tantiſque ſublimationibus elatus adhuc ardet deſiderio, adhuc tanquam fameſcens atque ſitiens, tamquam eo carens, quo ſemper fruebatur, orat vt videat, non vt ipſe capere poteſt, ſed vt ſe habet, qui deſideratur. Vnde arbitror immenſo deſiderio, atque ardenti erga Deum, ita fuiſſe affectum, quod viſionibus ſibi enituit, vt ferre non poſſet, quin ab his quæ comprehendit ad occultiora compelleret. Quo circa ſupræmæ pulchritudinis amator,quod iam viderat tanquam imaginem eius, quod non viderat credens ipſo frui primitiuo

Anima cęleſtiũ deſiderio ardẽter ſurſum fert.

Virtutis actio labore nutrit, uireſque auget.

Moſes ſẽp de gradu in gradũ ardenter aſcẽdebat

Solitariã vitã humanæ perturbationes nõ vexãt.

Moſis vita miraculis & portẽtis corruſcat.

Moſes tanquã eo carens quo ſemp fruebat. orat vt videat, nõ vt ipſe capax erat ſed iuxta ardẽs quo afficiebat deſideriũ

mitiuo deſiderabat. Id ergó vult illa audax in Monte petitio, ne per ſpecula, & imagines, ſed per veram, & propriam faciem frui pulchritudine poſſet. Diuina vero vox per ea quæ negat, concedit, quod petitur, paruulis verbis immenſam ſententiarum profunditatem ſubaperiens. Annuit enim facturum ſe quod petebatur: finem autem, atque ceſſionem huius deſiderij futurum non promiſſit, nec enim ita quiſpiam Deum videre poteſt, vt videndi deſinat deſiderium. Nam in hoc profecto Deus videtur, vt nunquam, deſinas ad eum reſpicere. Quare, inquit, non poteris videre faciem meam, nec enim videbit homo faciem meam, & uiuet: Non quia cauſa mortis videntibus ſit illa facies (Nam quomodo vitę facies cauſa appropinquantibus mortis eſſe poterit?) Verum quoniam, & ſi viuificat quidem, Deus natura, proprium tamen ſuum eſt, vt omnem cognitionem excedat. Idcirco qui, eorum quæ cognoſcunt, Deum eſſe opinatur, quaſi deuiaſſet ab eo qui eſt, ad id quod eſſe putatur, vitam non habet. Nam qui verè eſt, is uera vita eſt, & hic cognitione non comprehenditur. Quare ſi hæc viuificans natura cognitionē omnem excedit, nō eſt profecto uita id quod cognoſcitur, quod uero vita non eſt, id vitam præbere non poteſt. Sic igitur deſiderium Moiſi adimpletur, vt inſatiabile permaneat: Diſcit enim ex iſtis, quod Deus natura interminabilis eſt, nullo termino comprehenſus. Nam ſi aliquo termino concludi intelligatur, neceſſe eſt termino illi aliquid connectatur: omnino enim quod terminatur, ad aliud deſinit, vt terreſtrium terminus aer eſt, & aqua rerum aquaticarum. Quare qui diuinam pulchritudinem videre deſiderat, & ad id tendit, in hoc curſu ſemper cōſiſtat, & id eſt vere Deum uidere ut nunquam id deſiderium terminetur. Quare neceſſe eſt, ut cum uideamus ſicut nobis poſſibile eſt, maiore uidēdi deſiderio exardeſcamus Et ſic nullus unquā terminus abſcindet nobis iter huius:

Cum

Per verā, & propriā faciē frui diuina pulchritudine Moſes poſtulat.

Videre Deum ita, vt vidēdi deſinat deſideriū eſt impoſſibile.

Deus tunc videtē, cū non deſinit qs ad eum reſpicere.

Non videbit me homo & viuet quem ſenſum habeat.

Moſis deſideriū adimpletē inſatiabile permanendo.

Videre Deum vere ē nunquam ceſſare à deſiderio vidēdi eū.

Cum nec ipſius boni terminus aliquis ſit,nec ſatietas deſiderij huius poſſit fieri. Sed quis nam eſt ille locus qui apud Deum eſſe intelligitur? quid ille lapis? Quę eſt illa capacitas in lapide? Quę eſt illa manus Dei, quæ os lapidei foraminis retinet? Tranſitus uero Dei quis eſt? aut poſterius eius quod Moſi uidere permittitur? Oportet enim profecto magnum quid unum quodque iſtorum eſſe, & Deo tonanti non indignum, ita ut omnium uiſione,quam adhunc uſque diem Moſes uiderat maior hæc & ſublimior credi poſſit. Ecce, inquit,locus apud me. Quod ſic intelligendum eſt, quod ab ijs quæ mox diximus non ſit alienum. Locum igitur dicit, non ſuperficie circunfuſum, nec quantitare ulla deſcriptum, aut enim eſt in immenſo menſura, ſed ad infinitum atque interminabile,loci nomine,qui circumſcripta menſura, terminatur,auditorem deduxit,hunc ergo ſenſum ſuboſtendere mihi uidetur. Quoniam tibi Moſes ad anteriora pergendi ſemper ingens deſiderium eſt,nec ullo huius curſus labore defatigaris, nec terminum huius aſſequendi boni conſtituis, ſed ſemper inhies ad maiora, ſcias tantum eſſe apud me locum, ut nunquam terminum eius, curſu,aut uolatu aliquo queas inuenire, hic autem curſus,atque uolatus,ſtatus quidem,eſt alia ratione. Siſtam enim (inquit) te in lapide. Mirabile auditu, quomodo unum atque idem eſt ſtatus, & motus eſt,ſi quid aſcendit,non ſtat,ſi ſtat non aſcendit, at hic aſcendit qui ſtat. Nam qui caducus atque inſtabilis cogitationibus eſt,nō fixus in bono nec permanens, ſed mobilis ac fluctuans cogitationibus uarijs oppreſſus,& conquaſſatus,is nunquam ad ſublimitatem uerę uitę aſcendit; ſicuti qui colles conantur aſcendere ſabuloſos: Nam,etſi proiectis in longum pedibus,magna tranſire ſpatia uideantur, ſemper tamen ad inferiora delapſo ſabulo deferūtur. Motus igitur fit,progreſſus autem nullus fit. At ſi quis, ut pſalmiſta dicit, à fęce profundi retractos pedes in hoc poſuerit

Locus apud Deū quid.

Senſus verus poſtulationis Moſis et reſpóſiōis diuinæ.

Status & motus.

inſtabilis cogitationib⁹, & in bono minime fix⁹ nūquā ad ſublimitatē aſcēdit. ſimile.

ſuerit

ſuerit lapide, lapis autem Chriſtus eſt, plenitudo uirtutum omnium: quanto firmior ac nobilior, ut Paulus conſulit, in bono fuerit, tanto uelocius uolat hac ſtabilitate quaſi pēnis eleuatus. Cum igitur locum apud ſe oſtendit ad perpetuum curſum exhortatur: cum ſtatum in lapide daturum ſe promittit, modum diuini curſus illius Moſi ſubaperit. Capacitas uero aut foramen lapidis uerbis apoſtoli expoſitum eſt, cum Domum non manu factam cæleſtem ſpe ijs reſeruari qui terreſtre tabernaculum diſſoluerunt, aſſerat. Nam certe qui curſum perfecit, ut ipſe dicit, in lato illo, & capaciſſimo ſtudio, quod diuina vox locum appellauit, qui uidelicet fidem conſeruauit, ac in lapide, uti ænigmatice dicitur, pedes ſuos firmauit, is corona Iuſtitiæ, à manu eius, qui hæc certamina nobis propoſuit, coronabitur. Hæc autē gloria multis nuncupatur; à ſcriptura nominibus, una enim, & eadem res hic quidem lapis capacitas appellatur, in alijs autem, Paradiſus, delitiæ, tabernaculum, manſio apud patrē, patriarchę ſinus, regio uiuentium, aqua requietis, hieruſalem ſuperior, regnum cælorum, babylon uocationis, corona gratiarum, corona pulchritudinis, turris fortitudinis, ſupermenſale gaudium, Dei conſeſſus ſedes Iuditij, locus nominatiſſimus, occultum tabernaculum. Vna ergo illius gloriæ hæc quoque appellatio eſt Moſi in lapidem ingreſſus. Nam quoniam Chriſtus lapis eſt, ut paulo placet, omnem autem bonorum ſpem in Chriſto firmiter eſſe credimus: qui bonum aliquod adeptus eſt, is in Chriſto eſt; qui omnem bonum continet: qui uero ad Chriſtum peruenit, & a manu Dei tectus eſt. (Manus autem Dei quid aliud eſſe poteſt quam creatix rerum uirtus?), ipſe unigenitus Deus, per quem omnia facta ſunt qui, & currentibus locus eſt, & uia, ut ipſe dicit & lapis conſirmatorum, & Domus quieſcentium, qui ad hunc in quā peruenit is audiet uocantem, is in poſterioribus uocantis conſtituetur, ut ſcriptura monet, quod prope Dauid

Locus. Lapis.

Capacitas foraminis

Nomina varia gloriæ cæleſtis.

Man' Dei qbid.

uid? ille intellexit, habitanti enim in auxilio excelſi dicit, in ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, quod eſt poſt Deũ eſſe cõſtitutum. Nam ſcapulæ poſteriora ſunt, de ſe autẽ clamat; [b] adhęſit anima mea poſt te, & ſuſcepit me dextera tua. Vides quomodo pſalmiſta cum hiſtoria conſentit. Nam vt hic dicitur, eum a dextera ſuſcipi qui poſt Deum adhęſit: ſic ibi eum manus tegit, qui Dei vocem expectat in lapide. Sed Dominus quoque qui Moſi oracula dedit, qui ad implendum legem ſuam venit; ænigma id enodans apertiſſime, ſimiliter ad diſcipulos ait: ſi quis (inquit) [c] vult poſt me venire non dixit ante me. Hoc quoque ipſum cuidam de vita æterna cogitanti prę cepit dicens. Veni, & ſequere me: [d] qui autem ſequitur non faciem, ſed tergum aſpicit. Docetur igitur Moſes deſiderans Deum videre; quomodo poteſt Deus videri: ſequi enim Deum corde ac animo ſemper quocunque ducat id ipſum, eſt Deum videre: etenim tranſitus ille Dei, Ducem eſſe Deum ſequentis ſignificat, cum non ſit poſſibile viam ignoranti recte, ac tuto iterperagere, niſi poſt Ducem recte ſequatur. Dux igitur præeũdo ſequẽti viam monſtrat: qui autem ſequitur, tunc à recta via non aberrat: Cum ſemper Ducis tergum reſpiciat. Nam qui ad latera ſe transfert, aut ducentis faciem cernere ſtudet, non facit eam viam, quàm dux oſtendit, ac ideo dicitur ei, facies mea non videbitur tibi hoc eſt noli ad faciem ducentis Dei occurrere, ne in oppoſitũ curſus fiat. Nam ſi bonum bono contrarium non eſt, & qui ducentis faciem videt, ducenti oppoſitus eſt, cum ducens bonus ſit, ipſe malus eſt, contrarium virtuti vitium, quare Moſes nõ ex oppoſito conſpicit Deum, ſed tergum eius reſpicit. Nam qui ex oppoſito Deum aſpicit, non viuet, vt uox diuina teſtatur: Non videbit (inquit) homo faciem meam, & uiuet. Vides quãtum eſt ut aliquis diſcat Deum ſequi. Nam poſt illos adſcẽſus mirabiles, poſt glo riosas viſiones, poſt inaudita miracula, uix iuxta finem

uitæ

[a] pſalm. 90 verſ. 4

[b] Pſal. 62. 9.

[c] Matth. 16 24.

[d] Matth. 19 21.

Videre Deũ eſt ſe qui ipſum corde ac animo ſẽper quocunq; ducat.

Dux Deus.

Deum ex tergo reſpicere eſt ipſum videre: Ex poſito: re ſpicere volens non viuet.

vitę hanc conſecutus eſt gratiã,vt diſceret Deum ſequi: nihil enim amplius mali officere illi poteſt qui poſt Deũ hoc modo conſtitutus eſt. Hæc eadem idem D. [a] Greg. Nyſſenus in cantica canticorum cõfirmans in hunc modum repetit. Nihilominus vir tantus ac talis; qui tantis rebus interfuerat,& vſque adeo in ſublimè ad Deum penetrauerat,inſatiabiliter petit, vt Deum facie poſsit intueri. At qui iam ante traditum erat,factam ei fuiſſe copiam conuerſationis cum Deo de facie ad faciem. Nihilominus nec id quod colloqueretur cum Deo quaſi amicus cum amico; nec quod familiariter cum eo conuerſaretur, inhibere cupiditatem eius poterat,vt vlteriora nõ expeteret. Si gratiam (inquit)inueni coram te,pate facito mihi teipſum, ita vt agnoſcere poſsim. Et is qui gratiam hanc ipſi facturũ ſe policetur, vti rogatus erat:(cum quidem diceret,noui te ſupra omnes) pręterit eum diuino loco in petra,Manu diuina tectũ,ita vt vix poſt tranſitum poſteriora Dei cõſpiceret. Quibus verbis,vt equidem arbitror,docemur;eum qui videre Deum cupiat deſiderij compotem fieri ſemper ſequendo. Et diuinæ faciei contemplatio eſt ad Deum nũquam interrupta progreſsio, quæ tum demum nobis præclare ſuccedit, cum verbum à tergo ſequimur.Hæc Gregorius Nyſſenus.Cuius profecto interpreratio locum illum exodi maxime, illuſtrat,formam ſequendi Chriſtum prębet,viam ſequẽtibus demonſtrat,& videndi faciem Dei, modum optimum,optime docet,& quamplurima arcanorum diuinorum nobis reſerat ſacramenta.

[a] Greg. Nyſſe. homil 12. pa 346

Videndi Deum deſiderium.

De falſa Rabinorũ Kabala atque duplici lege Moſi in monte Synai data. Cap. VII.

AD inſtitutum ergo noſtrum reuertẽtes, iam iã ex proxime adductis ac alijs non paucis, luce meridiana, clarius apparet, Moſem adeo profuſe, & liberaliter diuinorum Arcanorum

canorum

canorum à Deo Opt.Max. compotem fuiſſe effectum, vt nullus ſatis pro merito (ſicuti idem N.ſſenus [a] aſſerit) omnes illius adſcenſus, variaſque eius patefactiones, verbis enumerare queat. His adiungi poſſunt, ſtudioſitatis gratia, illa trium graduum diſcrimina; Quę hebræi in ſupernis delineant: Fontem, videlicet, fluuium, & piſcinam: è quibus ſacros ſcriptores hauſtu longo potaſſe autumãt. Ita tamẽ vt Moſes ſolus, è fonte, prophetæ è fluuio, Agiographi ex piſcina, antea potauerũt quam ſua ſcripſiſſent volumina. Verum nos (vti ait R. P. & pręſul Hieronymus [b] Vilelmius qui hæc in ſuis lectionibus ſex dierum refert) ex uno eodemq; ſpiritus ſancti fonte omnes potaſſe credimus: Vnum tamen alio, largius, & affluentius, Moſem autem prę cęteris prophetis vberius. Huc etiam pertinere poteſt illud quod ipſi hebræi fingunt de quinquaginta intelligentiæ portis quarum [c] ſcaligerus, galatinus, & Petrus Gregorius cum alijs meminere. Eas vero Deũ Opt. Max. vna tamen minus (quam diuinæ eſſentiæ viſionem dicunt) Moſi tradidiſſe aſſerunt. Hiſce portis vniuerſæ diuinę legis Arcanorũ Miſteriorumq; ſcientiam, claudi, continerique putant. Deſumi vero eam ſcientiam fabulantur, ex hiſtorico, aut allegorico ſenſu: perdictiones, vel arithmeticas ſupputationes, aut geometricas litterarum figuras, deſcriptas, ſeu trãſmutatas, vel per harmoniæ cuiuſdam (ſatis vt puto diſſonæ) conſonantias diſſionantiſſimas, ex formis quoque characterum, ex Commutationibus, ſeparationibus, tortuoſitate, coronatione, clauſura, apertura, atque ordine. In hũc ergo confuſionum labyrinthum Deũ Opti. Max. Moſem illum, lucidiſſimum ſolem, Dei illuſtrationibus effectum; introduxiſſe volunt, vt omnium naturarum cognitione ac ipſis Demũ Myſterijs diuinis imbueretur. Vt ea poſtmodum ſapientioribus & ſenioribus manifeſtaret. Atq; ideo Moſẽ ea Arcana פֶּא אֶלפָּא pe el pe, hoc eſt ore ad os illis oſtendiſſe, reuelaſſeque: ipſos vero eaſdem traditiones

a in cant. hom. 12. pagi. 346.

Moſis Diuinæ reuelationes enumerari nequeũt.

Hebræi fabuloſe triũ graduũ diſcrimina ĩ ſupernis fingũt fontes, fluuios, & piſcinas deſcribentes.

b Lectio 1. pag. 7.

c lib. 1. epiſtomij pa. 791.

Kabalam Rabinorũ vnde deſumunt.

Labyrinthus cõfuſionum, è Kabala rabinorum.

nes

Poſt Eſdram Bair prim⁹ fuit qui Kabalau poſteris tradidit. Nephãda hebręis fabuloſitas talmudica.

nes de aure in aurem poſteris communicaſſe, ad eſdram uſque. Quem tamen (ut plures ſcriptis tradiderunt) primum fuiſſe dicunt qui eaſdẽ publicis monumentis mandauerit. Quas tamen fabuloſi hebreorum authores, Nephando ſuo talmud integre,& uere complecti,mordicus contendunt. Hanc ſapientiam Kabalam ideſt receptionem dictam pro diuinis oraculis,cum omnibus ſuis uanitatibus, demoniaciſque impoſturis atque præſtigijs, ſummo ſtudio,(ſeu ut uerius dicam,)ſuperſtitione,uti ueram, & neceſſariam uenerantur, & excollunt. Verum ego hac in re (ſalua ſemper ſacroſs.eccl. catholicæ, & apoſtolicæ Rom. cenſura, doctiorumque iuditio;) aliter hiſce prę ſertim temporibus, ſentiendum, iudicandum, imo loquendum, atque ſcribendum ſemper cenſui. Ac proinde Kabalam hanc uulgo ab hebręis eorumque aſſeclis decantatã falſam vanam futilem, ſuperſtitioſam, demoniacam,atque plane ſacrilegam eſſe conſtanter aſſeuero. Atque à quodam dęmoniaco Idumæo Mair nomine inuentam,& ab ipſis phariſęis,& recentioribus Rabbinis auctam, & deteſtabiliorem indici redditam; uti late tradit Iacobus [a] de Valencia Chriſtopolitanus epiſcopus in pſal. Finus [b] etiã Adrianus in flagello hębreorum, adeo ut & ipſi hęretici traditiones talmudicas irrideãt, quas contemptus gratia cõſtitutionibus apoſtolicis comparant,illis tamẽ optime occurrit [c] Stapleton⁹ de principijs fidei. Sed & ſi aliqua cõtineant noſtris Myſterijs forſan conſentanea (id quod aliquando, raro tamen fatebimur) non ideo illico, illa cum reliquis pro oraculis habenda ſunt,nec ad ſacrarum ſcripturarum legitimam interpretationem omnino neceſſaria exiſtimãda,ut Rabinantes horum temporũ interpretes aliqui,uane contenderunt. Ea autem quæ nobis conſonant uti probabilia quædã, ſicuti, & ea quæ à gentilibus,ac poætis benedicta recipimus, ab ſtudioſis,uereque Theologis admitti ſolent. Ita tamen ut ſemper illud pro comperto habea-

contra hebræorum Kabalam.

a Iacob⁹ de Valentia 81.pa.614 co.2. cum ſeq.

b Finus Adria lib.9. c.2.& 3.

c Stapleto lib.12,contro.7.cap.14.

habeamus, veritatem, nempe, atque Maieſtatem noſtrorum Arcanorum Myſteriorumque ijs futilibus fundamentis, & ſuperſtitioſorum Kabaliſtarum figmentis, minime egere: profundioribus quippe atque ſolidioribus pedamentis ſtabilita nitantur. Quam obrem vt vera à falſis diſtinguamus, ingenuè fatemur Iuxta veterum, patrum, & Theologorum vnanimē ſententiam, Moſem in Monte Syna cum ipſa lege ſcripta, verum illius ſenſum, tum Myſticum, cum Hiſtoricum verbo diuinitus accipiſſe. Id quod mihi ex eo ſaltem certiſſimum fit, quod reuelationes, & diuinæ patefactiones illi in Monte illo factæ (teſte Gregorio Nyſſeno, & alijs ſuperius citatis) fuerunt innumerabiles. Et prẹterea quod eum ipſum, ſuper omnes alios prophetas, vberiori intelligentiæ, & diuinorum Myſteriorum cognitione Deus Opt. Max. cumulatiſſime adornauerit. Vnde dubio procul, legis ſcriptæ (quam vt populo Iſraeli promulgaret, à Deo acceperat) vltimum, & ſpiritualem finem, atque ſcopum cognouit. His autem finis Chriſtus eſt, vti D. Apoſtolus Paulus ad Rom. [a] 10. verſ. 4. aſſerit, explicatus paſſim à ſacris authoribus, quibus adiunge Gaudentium, [b] Epiſcopum, & Tertulianum [c] aduerſus Marcionem, atque Irenæum [d] Martyrem aduerſus hẹreſes & Origenem [e] in euangelium Ioannis D. [f] Gregorium Magnum in prẹfatione pſalmorū, qui omnes Chriſtum legis initium: Medium, & finem fuiſſe aſſerunt, & ſubtiliter probatur, ex Aug. [g] diſcurſu in libro de Muſica. Vnde patet quam vera ſit illa noſtrorum Theologorū, atque Antiquorum patrum traditio qua ſanè credimus ante Chriſtum Dominum, & Saluatorem Noſtrum incarnatum, Euangelium fuiſſe, hoc eſt viam ſalutis, imperfectā tamen, & figurarum velamentis coopertam atque occultatā. Tradit D. [h] Tho. & Theologi in quarto ſententiarū

Maieſtas, & veritas catholicæ & euangelicę veritatis atque doctrinæ reuelatæ non eget fundamētis, & falſis inuentis Rabinantiū, & Iudaizantiū. Moſem in Monte Syna legis literalē, & myſticum eius ſenſū recepiſſe cōcors eſt omniū ſententia.

a ad Rom. 10.4.

b Gaudentius epiſcopus tom. 7. bibl. SS. patr. pag. 53. in fine.

c Tertul. pa. 254. a.

d Irenæus. lib. 4. cap. 26. pa. 251

e Origenes pag. 169. tom. 2. co. 1.

f D. Greg. Magnus to. 2. pag. 361. D.   g D. Aug. cap. 3. to. 1. pag. 138.

h D. Thom. 3. par. q. 61. arti. 3.

a Medina 1. 2. q. 107. arti. 1.
b Clem. Alex. lib. 6. pag. 213. c. & lib. 4. pa. 139. b.
c Iuſtiuus Martyr reſp. 101.
d Tertulia. lib. 1 pag. 311. d. c. & pag. 100. aduerſus Iudæos.
e Origenes cap. 16. homil. 9. pa. 126. to. 1.
f Origenes cap. 4. homil. 1. to. 1. pa. 118. col. 2. M.
Sācta ſanctorū quę.
g Origenes pag. 119. col. 1 2. b.
Opera operarū in ſcripturis, & opera tātū quid importēt.

vbi Magiſter Palacius diſtinctione prima late proſequitur; atque Frater Bartholomeus [a] de Medina Theologus Salmaticenſis primarius; quibus adiungo Clementem [b] Alexandrinum in libris ſtromatum, & Iacobum Fabrum Theologum Pariſienſem in præfatione ad opera Epiphanij: non eſt tamen prætermittendus Iuſtinus [c] Martyr in libro interrogationum gentilium, & Tertulianus [d] aduerſus Marcionē, & in libro aduerſus Iudæos, & Origenes [e] in numerorum commentarijs. Adeo ergo finem legis à ſe latę; hoc eſt Chriſtum, Moſes intelligebat, vt patres, atque hiſtoriographi eccleſiaſtici aſſeruerint Moſi Chriſtum loquutum cumque eius nomen, virtutem, & myſteria omnia præcognouiſſe vti ſuperius adnotauimus. Vnde Origenes [f] in præcitatis commentarijs numerorum aſſerit, Moſem cognouiſſe quæ foret vera circumciſio quod verū Paſcha, quæ eſſent veræ neomenię & quæ vera ſabbata, & cum hæc omnia intellexiſſet in ſpiritu, verbis tamen ea per rerum corporalium ſpecies, adumbrationemque velaſſe: Et cum ſciret verum paſcha immolandum fore Chriſtum, ouem corporalem immolare mandaſſe, & cum ipſe Moſes dum feſtum ſciret, agi debere in azimis ſinceritatis, & veritatis, tamen de farinæ azimis præcipiſſe diem feſtum agi. Hæc ergo, & alia huiuſmodi aſſerit, Origenes, fuiſſe ſancta ſanctorū, quæ cum Moſes portanda cæteris traderet, ideſt rebus, & operibus implenda cooperta tamen ea, & velata communi ſermonum ſuadebat eloquio. Idem [g] Origenes ibidem, obſerua (inquit) in his diſtinctionem ſermonum, ſcripturæ diuinæ vbi de operibus filiorum Iſrael loquitur; non dicit opera operarum, ſed ſola opera; vbi de officijs leuitarum, non dicit ſola opera, ſed opera operarum. Sicut quædam ſancta ſunt: alia ſancta ſanctorum, ita ſunt quædam opera, & alia opera operarum. Vnde videtur mihi quia Moſes vbi ſenſit eſſe quædam opera viſibilia quidem; ſed quibus ineſſet, interior alia

Myſtica,

Myſtica,& occulta intelligentia: hæc non ſolum opera; ſed opera operarum dixit. Quæ vero communia,& præſentis ſolum temporis, opera intellexit, hæc ſolum opera nominauit. Sunt ergo quædam opera operum quæ ego puto eſſe omnia hæc, de quibus, vel in pręſenti lectione, vel in exodo & cęteris locis ſub occultis pręcipitur Myſterijs & pro parte pręſenti, & pro parte explendis in futurum. Quæ tamen (vt diximus) opera operum non cuilibet, ſed leuitis ſolis, trandenda mandantur. Hęc origenes. Qui [a] ſuper illis verbis Ioannis: & hoc eſt teſtimonium Ioannis: & cæt. probans præſtantiores prophetas diuinitatis Myſteria ante corporalem Chriſti aduentum intellexiſſe, Dei ſermone eos docente, ſic ait: Quod ſi ſapiens intelligit ea quę ex proprio ore protulerit, in labijs vero portabit animi candorem. Vel neceſſario quædam de Prophetis tanquam non ſapientibus (vt qui non intellexerint proprio ore prolata) inconſiderate enuntianda erũt, vel quod celebre eſt, & verum admittentes (nempe prophetas ſapientes eſſe) fatendum erit, quæ proprio ore protulerunt, eos intellexiſſe, in quæ labijs geſtaſſe animi candorem & perſpicuum eſt Moſem, mentis aciæ legis veritatem hiſtoriarumque apud ſe ſcriptarum allegorias iuxta anagogen vidiſſe. Quod argumentum vſque ad Ezechielem idem Origenes verba Pauli explicans optimè proſequitur. Conſonant plurima quę D. [b] Irenæus ſcribit, inſeminatus eſt (inquit) vbique in ſcripturis filius Dei, aliquando quidem cum Abraham loquens, cum eodem comeſſurus, aliquando cum Noe dans ei menſuras, aliquando autem quærens Adam, aliquando autem inducens Iuditium. Et rurſus: cum videretur, & uiam dirigit Iacob, & de rubo loquitur cum Moſe (quod idem aſſerit D. [c] Athanaſius) & non eſt numerum dicere in quibus à Moſe oſtenditur filius Dei, cuius, & diem paſſionis

[a] Origenes to. 2. pag. 184. g. cũ ſeq.

Prophetę quæ ore protulerũt corde ſpiritualiter intellexere.

[b] Ireneus li. 4. aduerſus hęreſes cap. 23 & 24.

[c] D. Athanaſius oratio 2. contra Arianos pag. 156. &c

non ignorauit, ſed figuratum pronuntiauit, cùm Paſcha nominans, & in eadē ipſa die quę ante tantū temporis, à Moſe prędicata eſt, paſſus eſt: Dominus adimplens Paſcha. Non ſolum autem diem deſcripſit ſed & locum, & extremitatem temporum, & ſignum occaſus ſolis dicens non poteris immolare Paſcha in nulla alia ciuitatum tuarum, quas Dominus Deus dat tibi, niſi in loco, quem delegerit Dominus Deus tuus inuocari nomen ſuum ibi Immolabis paſcha à veſpera ad occaſum ſolis. Idem Irenęus [a] ex petri concione acto. 3. confirmat. Et alibi, Moſis litteras, verba Chriſti appellat. Cum apud [b] Ioan. cap. 5. uerſ. 46. Dominus dixerit, ille de me ſcripſit. Porrò ex doctrina legis & prophetarum, Chriſtus Dominus, & Saluator humani generis ſuam reſurrectionem oſtendit: [c] Luc. 24. 27. & Paulus acto. [d] 13. 30. ipſum Chriſtum Dei filium, Natū, Paſſum, Reſurgentem, & Regnantem in ęternum docet. Qui ergo, dictante Deo, legem, hanc continentem doctrinam ſcripſerat, quomodo illius Myſticum ſenſum, & finem ignorare potuit? Pręterea Moſes fide Magnus factus eſt vti. D. Paulus teſtatur in epiſt. ad [e] hębreos 11. 24. At illa erat fides Chriſti venturi, & omnium eandem fidem conſequentium. Quam quidem in omni ſeculo, & ętate ſaltem implicitè neceſſariā fuiſſe nemo eſt qui ambigat vti ſuperius. cap. 4. tetigimus. Ergo ſuperius propoſitum, ac documentum verum eſt. Fulcitur adhuc pręcitatam ſententiā, expreſſā D. [f] Hilarij Authoritas, qui ſuper pſalmis aperto ore tradit, Moſem legem ſpiritualem à Deo accepiſſe eāque ſenioribus ore ad os cōmunicaſſe. Nam (inquit) Idē Moſes quāuis veteris teſtmenti verba in litteris cōdidiſſet: tā ſeparatim quædā ex occultis legis ſecretiora myſteria Septuag. ſenioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat. Hilariū ſequitur Oleaſter, [g] & perdoctus Iulius Rugerius [h] Prothonotarius, Abbas, & ſecretarius digniſſimus in opuſculo ſuo de

ſenſibus

[a] D. Irænéus. lib. 3. cap. 12. & lib. 4 ca. 3.
[b] Ioan. 5. 46.
[c] Luc. 24. 27.
[d] Act. 13. 30.
[e] ad Hębreos. 11. 24.
Fides chriſti venturi neceſſaria.
[f] D. Hilarius pſal. 2. pag. 193 col. 1.
[g] Oleaſter cap. 11. num.
[h] Dominus Iulius Rugeri[us] cap. 16. pa. 69.

ſenſibus ſacrę ſcripturę ſubſcribũt,conſentit etiam R. P. Frater Michael [a] à Medina in libro de recta in Deum fide, cuius verba hæc ſunt. Fateor ego (neque enim vt diſſentiam vlla ratio me vrget) in Monte Synai diuinitus ipſam legem, & Moſi, & quibuſdam alijs verum legis ſenſum tum Myſticum, tum Hiſtoricum fuiſſe tributum, qui à perpetua ſucceſſione Kabala fuerit appellatus. Hæc ille. Subſcribit perdoctus Magiſter Melchior [b] Canus de locis Theologicis, libro de traditionibus apoſtolicis ſeu eccleſiaſticis, vbi etiam refert Anatolium apud Euſebium [c] ex Moſis traditionibus, multa reſpondiſſe: comprobans item ex ea doctrina Apoſtolos iuſtis, maximiſque de cauſis, alia ſimiliter litteris, alia viua voce prodidiſſe. Diligentiſſimus quoque Thomas [d] Stapletonus in libris controuerſiarum, & principiorum fidei, de authoritate eccleſiæ circa dogmata non ſcripta ſic ait. Denique quid putat Chemnitius? Quæ poſtea prophetæ tam multa, & varia ſcripſerunt, quæ etiam euangelicis, & apoſtolicis litteris poſtremo acceſſerunt, Nihil ad capita fidei & doctrinę à patriarchis, & primis illis patribus creditæ pertinere, aut eorum nihil patriarchas credidiſſe aut didiciſſe? certe quamuis neque tam explicite de ipſa deitate inſtructi fuerunt, quam poſtea fuit Moſes (nam nomen Adonai Deus non indicauerat illis) neque tam clare incarnationem Chriſti reuelatam habebant, quam Moſi reuelata fuit: qui tot ſacrificijs, ſacramentis, & ceremonijs à Deo ſibi traditis futuram Chriſti mortem, totamque fere œconomiam pręfigurauit: tamen de rebus agendis, deque doctrina, ad vitæ mores neceſſaria, pleniſſime inſtructi erant, non ſecus quam per Moſem, & prophetas, eorum poſteri poſtea fuerunt: Vt ſapienter docet S. [e] Thomas. Hæc ſtapletonus. Annectam & his lubenter verba illa eruditiſſimi patris Turriani [f] aduerſus Centuriatores Magdeburgenſes pro Canonibus apoſtolorũ, & epiſtolis decretalibus.

a Frater Michael de Medina libro 7. ca. 14.

b Melchior Canus li. 3. cap. 5. fundam. 4

c Euſebius lib. 7. hiſt. eccle. cap. 28.

d Stapletonus. li. 12. cõtrou. 7. ca. ſ13. pa. 469. cum ſeq.

Moſes de deitate magis inſtructus quam alij

e S. Thom. 2. 2. q. 174 art. 6.

f Turriani aduerſus Mag. li. 4. pag. 349.

Traditionis nõ ſcriptę vis maxima ad reuincẽdos falſos & impios hęreticos.

Huius ergo (inquit) traditionis non ſcriptæ quanta uis ſit ad reuincendos falſos interpretes,& ad obſignandam legitimam legis interpretationem, non ſolum intellexere qui ſpiritum Dei acceperunt, vt illi primi, Moſes,& Septuag. ſeniores veteris teſtamenti Miniſtri, & poſt eos ſãcti Apoſtoli miniſtri noui eorumq; ſucceſſoris,ſed etiam gentes quæ legem non acceperunt, natura duce, hoc,vtcumq; agnouerunt Hęc ille. Plura in hanc eandem ſententiã docte ſcribit [a] Ludouicus Cęlius Rhodiginus in libris antiquitatum, ſuperioribus authoribus conſenſiens. Adſtipulatur [b] Sixtus Senenſis in ſua bibliotheca ſancta. Suffragantur plura illa myſteria quæ ex Septuag. reſponſionibus Ptolomæo Regi prę́ſtitis, Dorotheus [c] Epiſcop⁹ Martyr in ſynopſi de vita & morte prophetarum atque apoſtolorum collegit. Nec prætermittenda ſunt quæ in huius doctrinæ confirmationem Philon [d] Hebræus docte ſcribit in libro de Plãtatione Noe, Moſem quidem nõ vmbras,ſed naturas Archetypas earum rerum quas fabricandas ſuſcepit, ſortitũ fuiſſe, Deumque clarius, & manifeſtius eidẽ tãquam in ſole puro oſtendiſſe,ſurſumq; ipſum vocando hoc ipſo ſignificaſſe perfectũ,& cuſtodẽ orgiorum eius conſtituiſſe. At conſtat (inquit ille) D.Opt.Max. illis Septuaginta ſapientibus de eiuſdem [e] Moſis ſpiritu tribuiſſe. Ille vero ſpiritus erat copioſiſſimus, cęleſtia,& ſpiritualia Arcana Diuina, atque ſuperiora continens,& penetrans. Ergo eandem, illi ſapientes, intelligentiam habuerunt, vt ſucceſſores legitimi,& veri Iſraelitici vſque ad Domini corporalẽ aduentum,quam quidẽ poſteris tranſmiſerunt. Idẽ Philon in libro de gigantibus talis(inquit) eſt ſpiritus Moſis qui viſitare ſolet illos Septuag. ſeniores vt fiant præſtantiores cæteris,& reddant meliores,non futuri veri presbyteri niſi participatione illius ſapiẽtiſſimi ſpiritus. Sic enim dicitur: Auferam de ſpiritu, qui in te eſt,& imponam in Septuag. ſed caue putes (inquit Philon) hanc ablationẽ

[a] Rodigin⁹ lib. 1. cap. 2. to. 1. pa. 628. vbi Plini, in libro 3. hiſt. naturalis, citat. Vid. theſ. ling. lati. pag. 353. prima parte.

[b] Sixtus Senenſis lib. 2. dictio. eſdras. & li. 3. de elementaria expoſitio.

[c] Dorothe⁹ to. 2. bibl. SS. patr. pag. 177.

[d] Philon de plantatio Noe pag. 245.

[e] Num. 11. 17.

fieri

fieri per abſciſionẽ,diſiunctionẽque. Imo potius, qualis ab igne fit; qui etiam ſi faces innumeros accendunt, idẽ manet ne tantilum quidem diminutus. Talis eſt naturę etiam ſcientię. Poſtquam enim diſcipulos,& familiares peritos omnes reddidit; nihilo diminuitur: nonnunquã augetur etiam ſicuti narrant,de fontibus qui frequentãt, ab aquatoribus: Nam,& hos fertur,hoc modo dulciores fieri. Sic continua colloquia exercitium,& meditationem afferentia perfectionẽ abſoluunt. Quod ſi proprius ipſius Moſis ſpiritus aut cuius vis creaturæ,tantæ multitudini familiarium diſtribuendus fuiſſet, in tot portiones conciſus vtique diminueretur. Nunc autem ſpirit⁹ ille ſapiens qui ineſt ei diuinus eſt inſecabilis, indiuiſibilis,probus qui vbique implet omnia,qui prodeſt abſque ſuo detrimento,impartitus alteri, vt nihil decedat ipſi, intellectui ſcientiæ,ſapientiæ. Rurſus idem [a] Philon de vita Moſis de his ſeptuag. ſeniorib⁹ ita ſcribit. Siue chaldæus gręcam linguã, ſiue Gręcus Chaldæam didiſcerit, in vtraque ſcriptura tum chaldaica,tum eius interpretatione,miratur germanitatem; Imo rerum,verborumque conſonantiam adorat,non interpretes illos,ſed initiatores etiam,& prophetas appellans,quibus datum eſt ſinceriſſimas Moſis cogitationes aſſequi ſpiritu puriſſimo. Hęc Philon,ſed ne D. [b] Chryſoſtomum pręetermiſiſſe videamur eius ſententiam his lubenter adiungimus: Ille ergo ſic ait. Miraculorum porro cauſas Moſi duntaxat, Moſiſque ſimilibus Deus aperuit: rationalem,videlicet comprehenſionem ipſis, vt pote ſolis ratione præditis, declarans,ita vt intelligerent quam nam ob cauſam nũc ægyptiorum aquas in cruorem verterit,nunc, ne ſingula commemorem,aliud miraculum efficeret, atque qua de cauſa hæc ordine fiebant,& quarum rerum figuræ,atque ſymbola erant. Quoniam enim non omnes per ſe à rebus noxijs,& cum detrimento coniũctis recedere poterant,id circo ad eos,qui eiuſmodi infirmitate laborabãt,

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

[a] Philon de vita Moſis lib. 2. pag. 412.

[b] Chryſoſt. pſal. 104. to. 1 pag. 967. D.

potentes, ac robuſtos uie ad bona ferentis duces mittit. Sunt autem illi, Dei lex, Moſes, & ſacerdotalis ratio: cuius ſymbolum erat Aaron. Atque illi quidem linguã mouebant, & ora ſua Deo commodabant, ac verba emittebant: cæterum vniuerſa virtus ab eo mittebatur. Hæc Chriſoſt. Huc etiam pertinent illa quæ patres docent de regno cælorum ſub figura rerum temporalium olim promiſſo; de ſpirituali patriarcharum cognitione, noui Teſtamenti futuri, de die Chriſti quem vidiſſe Abrahamũ ipſe Chriſtus Dominus N. Teſtatur; & illa de explicatione legis Moſis, & prophetarum diſcipulis à Chriſto reſurrectionis die manifeſtata: de quibus agit Augu [a] lib. 4. cõtra fauſtum Manich. Ex quibus omnino ſuadetur ſpiritualem ſenſum priſcis non omnino occultatum fuiſſe, illisq; diuina reuelatione, euangelij & Chriſtianorũ Myſteriorum rationes notas fuiſſe (licet imperfecte & vmbratice) haud dubie credimus. Ex ea ergo veterum patrum, eruditiſſimorumque authorum, communi calculo ſtabilita ſententia, apparet Moſem non ſolum litteralem hiſtoriam, eorum quæ in illo montano Arabici Montis Gymnaſio, dei lumine atque conſortio illuſtratus, cumulatiſſime didiſcit, accepiſſe: ſed & ſpiritualia recõditaq; earundem rerum Arcana quamplurima, ad futuri redẽptoris aduentum, redemptionemque humani generis pertinentia, & legis vniuerſę, Myſticam interpretationem, non Ioſue tantum ſed & ſeptuag. ſapientibus tradidiſſe. Qui ſane ea arcana conſeruantes, alijs ad id idoneis cõmunicarunt. Quam ſententiã præter rationes pręcitatas ac innumeras patrũ confirmationes, eo lubentius amplectimur, quo inde prompti⁹ noſtri Catholici tractatores, ad illum articulũ de Eccleſiaſticis traditionib⁹ nõ ſcriptis: minimè contemnendũ colligũt fulcimẽtũ. Qua tñ in re licet à præcitatis patribus minimè diſſentire audeã: Aduerto tñ ſalua rectius iudicantis cẽſura, authoritates frequẽter adductas quibus probãt Moſem in mõte ſyna

[a] D. Augu. quę. fauſtũ Manic. le. 4. cap. 2 pag. 93. to. 6.

Kaba-

Kabalã poſteris traditam recepiſſe, parum firmitatis,& efficaciç obtinere. Nã primo ille locus Eſdrç [a] lib.4.cap. 14.verſ.6.integrã fidem minime facit,cũ non ſit liber authẽticus,& ab eccleſia inter Canonicas ſcripturas receptus:quç ſolũ primũ,& ſecundũ Eſdrç recipit (ſacroſancto Tridentino [b] Concilio ita decernente) tradit etiam Iſidorus [c] libris etymologiarum. Athanaſius in ſynopſi, Beda,& alij quã plurimi,& apud ipſos hebrços receptus minime reperitur. Nec vacat ſcrupulo in eo lib. 4. aſſeri Eſdram ab Aarone deſcẽdere per 19.generationes,cum tamen in pri.lib.eiuſdem Eſdrç cap.7.per tredecim generationes deſcẽdiſſe aſſeratur. Et lib.2. per vndecim dumtaxat. Ac proinde nõ eſt cur 4.& 3.Eſdrç liber in alicuiꝰ veritatis ineuitabilem confirmationem adducatur. Minus etiam conuincit illud [d] cap.32.deutero. Dum Moſes verſ.7. cum filijs Iſrael agens,interroga (inquit) patrem tuum, & annuntiabit tibi. Nam Moſes ibi loquitur de Magnalibus mirabilibuſq; à Dño tã in Aegypto quam in deſerto in Iſraelitarũ gratiã perpetratis. Quorũ cognitionẽ,& memoriã perpetuo cõſeruatã cuſtoditãq; apud ipſos eſſe cupiebat. Atque ita vult vt Iuniores, ſeniores ipſos veluti oculares,& certiores teſtes,eorundẽ mirabiliũ,interrogẽt. Vnde illa ſeniorũ interrogatio,nõ ad vllã traditionẽ referẽda eſt: ſed ad beneficia ipſis Iſraelitis à Dño collata. Id ꝙ textꝰ ſacer aperte demõſtrat,dũ ver.8. ſubiungit,quãdo diuidebat altiſſimus gẽtes,&c.curabat autẽ Moſes tãquã prudẽtiſſimus pater familias,vt memoria beneficiorũ nunquã ab Iſraelitis excideret.Quæ quã vtilis & neceſſaria ſit his qui à Dño beneficia recipiũt,ſatis ſuperq; in annotationibꝰ ad teſtamẽtũ Rubeni à nobis traditũ eſt. Præterea minus ꝓbat illud eccleſiaſtici [e] cap. 8. ver.6. Nõ te prætereat narratio ſeniorũ,ipſi.n.dⁱdiſcerunt à patribus ſuis; loquitur.n.de ſeniorũ cõſilijs à Iuuenibꝰ in pretio habendis vt pote lõgeuç ętatis experiẽtia, & maiorũ ſuorũ inſtitutione,roborata,ſicq; vult vt ſicuti ipſi

[a] Eſdra 4.c. 14.6.
Eſdr.4.nõ eſt authenticus.
[b] Seſſ. 4. de canonicis ſcripturis.
Cõtrarietas in eo 4.eſdr. circa Aronis generationes reperitur.
[d] Deut. 32. 7.quo modo intelligatur.
Beneficiorũ dei memoria neceſſaria.
[e] Eccleſ. 8. 6.quomodo intelligi debeat.
Cõſilia ſeniorũ à Iunioribꝰ in pretio habenda.

ipſi ſeniores, cum iuuenes eſſent, ſeniores audierunt, ità & ipſi, ſenes effecti à iunioribus audiantur. Huius vero rei ſolidā ſubiungēs rationē ait: quippe quia ipſi ſenes à ſuis maioribus ſapientiam & doctrinam acceperunt. Quæ doctrina in factis, dictiſque circa res agendas verſatur, vti patet ex eodē textu, dum habet non deſpicias narrationem presbyterorum ſapientiū, & in prouerbijs eorum conuerſare, ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinam intellectus, & ſeruire magnatis ſine querela, vbi latius explicat Ianſenius. Non ergo de traditione Moſis loquitur, ſed de doctrina intellect⁹, & politicis moribus. Presbyteri autem in ſcriptura, & ſenes idem ſunt vt patet ex Daniel [a] 13. verſ. 6. cum ſeq. & eſdra [b] 1. cap. 6. verſu 7. & 8. vnde repetitio illa nō te prętereat narratio ſeniorū prędecedentis ſententiæ, explicatio eſt, cuius mentionē fecerat. Minus profecto cōuincit locus ille [c] pſal. 43. verſ. 1. qui habet; Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annuntiauerūt nobis: Pſalmus nanque ille loquitur in perſona eorum qui in captiuitate, atque diſperſione gentium fuere, quæ quidem ea quæ olim temporibus Moſis, aut Ieſu Naue, facta fuere, minime viderunt, ſed ex maiorū traditione, & diuinis ſcripturis hauſta perceperunt. Vnde Theodoretus eodem loco, auribus noſtris (inquit) nos Domine non fuimus miraculorum tuorum ſpectatores, ſed didiſcimus à patribus noſtris, quę miracula ea tempeſtate effeciſti promiſſiones noſtris maioribus factas implens. Didimus etiam ſuper illis verbis ſic ait: patres noſtri, vel patres, iuxta inſtitutionem annuntiauerunt diuina opera, vel progenitores annuntiauerunt ea quę geſta ſunt. Idem Beda ibidē. Quę autē geſta fuerūt enarrat Dū, ait, Manus tua gētes, &c. Ianſenius in paraphraſi eiuſdem pſalmi conſentit dicēs: Deus, nō ipſi auribus noſtris audiuimus, patres enim noſtri annuntiauerūt nobis inſigna opera illa quę tu operatus es, tēporib⁹ eorū, & tēporibus quæ illos præceſſerāt.

Presby. & ſenes idē in ſcripturis ſunt.

a Dan. 13. 6

b Eſdra. 1. c. 6. 7.

c Pſal 43. 1. intellect⁹.

Miraculorū Dei memoria.

Ad magnalia ergo, & mirabilia opera Dei in gratiam Iſraelitarũ perpetrata non vero ad arcanorũ intelligentiã ſeu traditionẽ authoritas illa referẽda eſt [a] Pſal. etiã 77. verſ. 5. dum hẽt, quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis; de legis agit notificatione quam Dominus voluit Deut. 4. vt filios ſuos docerent. Atque ideo non bene ad traditiones extra legis litteram deducitur: Id quod expreſſim docet Theodoretus ibidẽ, Deus inquiens, rerum omnium conditor cum legẽ dediſſet filijs Iſrael, iuſſit vt hanc continuo ſuos liberos docerẽt, atque etiam cauſas dierum feſtorum ſuis poſteris aperirent, diuina beneficia ediſcentes gratificent in eum qui hęc omnia largitus eſt. Inquit enim Deut. [b] 4. docebis hęc omnia filios tuos, & filios filiorum tuorum, & obſeruabunt mandata Dei vt bene ſit ipſis: Et paulo inferius. Ab initio inquit, & à principio, hi qui miraculorum ſpectatores fuerũt, ſuos filios hęc docuerunt, & illi rurſus ſuis poſteris hanc doctrinam tranſmiſerunt. Hoc vero (inquit) fecerunt vt diuinæ legi obtemperarent. Et iterum: hoc inquit per illam legis lectionem iuſſit, ut parẽtes hanc miraculorum narrationem, veluti quandam hęreditatem poſteris deferrent. Idem Beda, & Ianſenius poſt alios ibidem expreſſe tradidere. Item illud ſuper cathedram Moſi ſederunt &c. quodcunque dixerint vobis facite Matth. [c] 23. verſ. 2 non de traditionibus his, ſed de dictis ſecundum vim, & ſeriem legis intelligendũ eſt. Cathedra enim Moſis ſuper ipſa lege fundata erat: ita ſanè vt nihil eorum quę contra legem ab ipſis pręciperetur, vel diceretur, faciendum exequendum ue erat. Vnde acerbè ſatis phariſęi à Chriſto Domino atque magiſtro noſtro propter legis tranſgreſſiones, ob ſuas peculiares traditiones arguebantur. His adde Irenęum [d] aduerſus hęreſes atque Turrianum [e] aduerſus Magdaburgentes vbi de cathedra Moſis. Illud quoque Pauli ad Rom. [f] 3. verſ. 2. dicentis Iudæis fuiſſe comiſſa eloquia Dei;

[a] Pſal. 77. 5. intellectus.

[b] Deut. 4.

[c] Matth. 23 Cathedra Moſis.

[d] B. Irenę l. 4. cap. 25 & ſeq.

[e] Turrian. lib. 4. pag. 348.

[f] Paul. ad Ro. 3. 2. intellectus.

Dei; quo præcitati authores legis ſenſum Moſi verbo, traditum probant;eos profectò minime iuuat. Cum Paulus,de lege ſcripta, Iſraeliticæ genti à Deo data loquatur: Theodoreto ibidem adnotante. Vnde per eloquia Dei,proprie verba Sacræ ſcripturæ,quibus ipſe Deꝰ nobis loquitur,& quibus debemus credere tãquam ab ore diuino promanatis,intelligenda ſunt:vti probat D. Gregorius [a] Nazianzenus in apologetico,& Berchorius [b] in ſuo dictionario, ita illum locum accipientes. Accedat & D. Ambroſius, [c] Pſal. 118. vbi eloquium Dei,pro Iuſſu Dei explicat. Idem [d] Adamus eodem cap. 3. Et licet in textu græco legatur τὰ λόγια τοῦ θεοῦ,hoc eſt oracula Dei: & ſecundũ Heſychium ea uox,logia, propriè ſignificet; Numinum reſponſa, vaticinia,& oracula; in qua ſignificatione à Philone [e] libro de vita Moſis accipitur:nihilominus tamen,& pro teſtimonijs prophetarum,& apoſtolorum, atque pro ſacra ſcriptura, diuiniſq; litteris, more eccleſiaſtico accipi ſolet. Id quod probant. D. Chriſoſt. & Anſel. atque Adamus in prçcitato capite. Suidam & Nazianzenũ in eadẽ ſignificatione illa crebro accipere, teſtatur [f] Theſaurus linguæ græcæ. Quç vero Græci, Logia, Hebræi יִמְרוֹת imroth, vocant: Pſal. 11. [g] verſ. 7. Septuag. ſçpiſſime pro eloquijs transferunt. Vid. [h] nouiſſimum Pagnini theſaurum. Syriaca autem interprçtatio præcitato cap. 3. ſic habet מַלוֹהִי דַאלָהָא מַלָא Molaohi Daloho molò;ideſt ſermones Dei; à verbo מַלָא Molo quod ſignificat ſermonem. Eloquia ergo Dei ſunt ſcripturæ veteris teſtamenti,quibus veri Dei cultus cõtinetur,& oracula prophetarum,promiſſioneſque diuinç; quç omnia ipſorum Hebrçorum fidei olim concredita & commendata fuere;nõ quidem omnibus,hoc eſt incredulis,perfidiſque, ſed fidelibus, vti explicat Origenes [i] præcitato cap. 3. oſtendens ea de Moſe & prophetis,ceteriſque ſimilibus, intelligenda fore. Iterum idem Origenes: Sed & (inquit) hoc ipſum quod dicit, quia credita ſunt illis eloquia

Eloquia Dei quç.

[a] D. Greg. Naz. orat. 1. pag. 141

[b] Bercho. par. 2. pa. 34. col. 2.

[c] Ambroſiꝰ pſal. 118.

[d] Adamus pag. 271. col. 2.

[e] Philon, lib. 1. & 2.

[f] Theſau. linguç græcæ com. 2. col. 642.

[g] Pſal. 11. 7

[h] Theſ. pagnini col. 132. dictio Amar.

Eloquia Dei ſcripturæ veteris teſta. & oracula prophetarũ ſunt.

[i] Origenes lib. 3. pag 316. co. 1.

eloquia Dei; conſiderandum eſt quia non dixerit: litteras eſſe credita, ſed eloquia Dei. Vnde via nobis datur intelligendi, quod his qui legunt & non intelligunt, & qui legunt & non credunt, littera ſola ſit credita; illa de qua dicit Apoſtolus, [a] quia littera occidit: Eloquia autem Dei illis ſunt credita qui intelligentes & credentes, his quæ Moſes ſcripſit, credunt. Hæc Origenes. Interrogo ergo lubenter Picum Mirandulanum, Ludouicũ Cælium Rhodiginũ, & alios huiuſce traditionis Patronos, qui hunc locum Pauli, & Origenis: pro illa traditione citant, vnde nam hoc ipſum Kabalæ fundamentũ colligũt, cum D. Paulus de lege ſcripta, & Origenes quoq; loquãtur? Oportet autẽ in his pręſertim definitionibus, quę alicuius momẽti eſſe videntur, nõ ita perfunctorie opinari, Ne ſonũ tantum Symphoniæ, ſeu verborũ, attendere videamur; ſenſum vero penitus negligere ac ignorare. Pręterea Rabini à Genebrardo relati, aiunt, in iudicialibus, & cęremonialib⁹, multa ex Moſis & Ioſue traditione non ſcripta, facta, obſeruataq; fuiſſe: cum impoſſibile foret vt Moſes oẽs Iſraeliticas diſceptationes & controuerſias à mane ad veſperã ex ſola lege ſcripta; quæ vnum ex mille caſibus quotidie exoriẽtibus, cõplectebatur, oĩa dirimendo componeret atq; iudicando decerneret. Itẽ idẽ Moſes, [b] tribunos, cẽturiones, quinquagenarios, Decurioneſq; Populo pręponẽs, pręcepit vt negotia Fratrũ prout Iuſtitia poſtulaſſet, diiudicarẽt, Pręcipi vobis (ſubjungẽs) quid facere deberetis. Quod quidẽ pręceptũ nõ eſſe aliud cõtendũt, quã legẽ ore traditã. Idẽ Deut. [c] 12. ver. 15. videtur Moſis de ceremonialibus quibuſdã circa victimas immolãdas, aliqua decernere quę per legẽ ſcriptam, minimè tradita aut pręcepta extiterant, vti refert Genebrardus [d] in fine ſuæ corographiæ. Ego vero his rationibus parũ deferendũ puto, cũ ipſe Moſes, vbi caſus aliquis in lege nõ cõprehẽſus ſe ſe offerebat, ex ipſius legis mẽte, aut Dñi conſultatione, ſententiam ac decretũ ſuum

Littera quib⁹ creditur.

Eloquia Dei quib⁹ manifeſtãtur.

a 2. ad Cor. 3. 6.

Cõtra Picũ Mirãdula, & Cęliũ Rhodiginum.

Cõtra Rabinos circa Iudicialia, parologizãtes.

b Deut. 1. verſ. 16. cũ ſeq.

c Deut. 12. 15.

d Genebrãdus. pag. 139.

Cõtra Rabinos circa ceremonialia.

ſuum interponere ſoleret. Quod tandem erat iuxtà ſcriptam legem (quę virtute, caſus illos complectabatur) iudicare. Circa ceremonialia, minus me prior illa conſideratio vrget, cum Videam omnia ceremonialia, circa victimas & immolationes faciendas, ita complete & minutatim à Domino tradita; vt nihil plane deſit nec deſiderari potuerit; imo & nec addi aut minui. Vti ex Deut. cap.[a] 12. verſ. 32. facile comprobatur. Ibi: Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam nec minuas. Vbi Septuag. ſic habent; verbũ quod ego pręcipio tibi hodie, hoc cuſtodies facere, non addes ad illud nec minues. Et chal. Paraphr. Omne pręceptum quod ego præcipio vobis obſeruabitis vt faciatis, neque addetis, neque ex eo minuetis. Quæ ſi ita ſe habent, qui fieri potuit, vt Moſes, circa ceremonialia, & victimarum Immolationes, pręter tradita pręcepta & ſcripta, alia adderet traderet? Quamobrem hęc Rabinorum rationes facile explodũtur. Vides ergo ſtudioſe lector, cõmunem illam ſententiam pręcitatis teſtimoniorum confirmationibus deſtitui, & ſi ab ea minime recedendum ſit, ob ſuperiora alia fundamenta, tantorumque patrum, authoritatem. Qua propter aſſertio illa vera eſt. Nempe Moſem in monte Sina myſticum legis ſcriptæ ſenſum, à Deo Opt. Max. cum reliquis alijs arcanis, ad ipſius Chriſti Aduẽtum, & Incarnationis, Paſſionis, & Reſurrectionis myſteria pertinentibus, recepiſſe. Quæ quidem Moſem ipſum non omnibus, ſed ſapientioribus tantũ communicaſſe, certum eſt. Et eo magis cum exploratum ſit mediatoris Meſſiæ Fidem, per rectam perſonarũ, & temporum ſucceſſionem, & ſi non in omnibus Iſraeliticis, in paucis tamen ſemper vſque ad ſapientiſſimam illam Dei genitricem virginem Mariam, Simeonem iuſtum, Ioſephum Sanctiſſimum eiuſdem puriſſimæ Genitricis Dei Marię, Sponſum; Annam prophetiſſam, Zachariam. Et Eliſabetham magni illius Baptiſtę parentes, & alios huius

[a] Deut. 12. 32.

Septuag.

Chal. paraphr.

Moſes in monte Sina myſticum legis ſenſum accepit.

Fides mediatoris vſque ad Aduentũ Chriſti ſtatẽ in paucis viguit.

ius claſſis piiſſimos viros continuata ſerie,duraſſe, vti ex ipſa Chriſti.D. N genealogia,apud D. Mattheum & B. Lucam ſatis appatet. In illis ergo ſemper fuit hæc ſalubris de Meſſia venturo traditio. Qui vero hinc fulcitam & obortam aſſerunt prȩſtigioſam illã Rabinorum Kabalam, circa miraculoſas quaſdam operationes,& minuta litterarum arcana verſantem;quamque ſymbolicã Theologiam vocant; manifeſtiſſimo cȩcitatis errore obcȩcantur. Illud autem quod D. Chriſoſt.[a] in Commentarijs Paulinæ epiſtolȩ ad Corinthios ait:Hebrȩos arcana myſteria paſchatis,& ouis immolatȩ atque alia in redemptionem generis humani,tendentia, minime intellexiſſe; ad vulgus Iſraelitarum referendum eſt;non vero ad magnates & paucos illos ſapiẽtes atque Dei miniſtros per quos continuata ſucceſſione,Mediatoris fides perpetuo conſeruata extitit. Vnde merito Reuerendus & per doctus Pater Frater Michael de Medina locis inferius ſtatim citandis; duplicem recentiorum horum preſtigiatorum reprȩhendit Kabalam: quam ipſi quoque duplicem eſſe tradunt. Vnam dicunt bereſcit ideſt coſmologiam, qua vniuerſa rerum naturalium genituram tradunt. Vireſque earum, atque etiam rerum diuinarum per ipſa nomina. Ad eam etiam ; Symbola & contemplationes aſſerunt pertinere,earundem diuinarum rerum,ſacrorumque nominum,& ſignaculorum ſignificationes,litterarũ, numerorum, figurarum, apicum, linearum, punctorum, accentuum,& ſiquid aliud minutius excogitari poteſt. Eam quoque extendunt ad Arithmeticam, quæ de Angelicis virtutibus,nominibus, ſignaculis, atque demonũ & Animarum conditionibus, agit ; & ad theomaticam quȩ diuinȩ maieſtatis myſteria,emanationes, nominaq; contemplatur.Cui Magiȩ falſo & ſuperſtitioſe, tribuunt omnia Moſis prophetarum,imo & Chriſti Domini Noſtri & Apoſtolorum eius Miranda miracula. Quam ob rem quȩ de Moſe ſolo verbo ȩgyptium interficiente, vt

Contra Rabinos & kabaliſticos.

a D. Chryſoſt. 1. ad Cor.13. in homi. 34. tom.4.pa. 545.a.b.

Duplex reprobanda Kabala.

ex Artapan. refert Petr. Bong. in præfatione de Myſti. nu mẽ ſignific. [a] de rege emortuo & reſuſcitato à Moſe pro- lato nomine Dei, falſa & vana cenſenda ſunt. Et eo ma- gis cum diuinæ hyſtoriæ repugnet. Alia Kabalæ ſpecies, Sacrorum bibliorum germanum ſenſum, philoſophicis rationibus explicat: De qua plura plures inutiliter ſcrip- ſere. Has ergo duas Kabaliſticas ſpeties fictitias præſti- gioſas quę fore, præcitatus pater Michael [b] à Medina de recta in Deum fide, efficaciter conuincit. Cuius verba lubenter referã: Cum inſtituto huic legitimorũ arcano- rum maxime opitulentur. At huiuſmodi Kabalã (inquit) quæ inani punctorum, & numerorum, qui in litteris in- cluduntur, computatione diſtinguitur, Non potius à Py- thagora, quam quidam eius gentis ſapientes: quemadmo- dum alij Platonem, alij Ariſtotelem Epicurum, & Demo- critum, alij poſt diſceſſum à lege, & poſt commertiũ cum gentibus initium ſunt imitati: quam à Moſe Propheta fuiſſe ſuaderi non poſſum. Nam quod quidam, vel ex il- lis vel ex noſtris in nomine Iehouah, Trinitatis, Vnitatis, & Incarnationis myſteria, per Kabalam oſtendunt, & ſi- milia quædam arcana per litteras apices, & numeros, mi- ro quodam artificio venantur; haud tale eſt quod totam eam artem approbare compellar. Cum illud in hominũ ſubtiles inuentiones, ne dicam ocioſas, potius, quam in veram & legitimam, dictionis ſignificationem, & ſenſum reijcere oporteat. Scimus his multo ſubtiliora à mulier- culis olim in prophanorum poętarum carminibus, vbi ta- men nullum latebat myſterium, factitatum. Nam Valeria proba vxor quondam Romani cuiuſdam pro conſulis, ex Virgilij, Eudoxia vero Iunioris Theodoſij vxor, ex Homeri verſibus, ſic per centones vtrunque teſtamentũ compingunt, vt Ethnicas nugas in Moſaicas & euange- licas hiſtorias conuertiſſe viderentur. Adeo vt quoſdã ex noſtris fateri compulerint, poæticum illum furorem Sancti Spiritus afflatum, quemadmodum & prophetica

vatici-

[a] pag. 5.

[b] Frater Micha a Medina lib. 2 pag. 62. & lib. 7. cap. 14 pag. 288.

Kabala pũctorum litterarũ & numerorũ nõ magis à Platone vel Pythagora vel alijs antiquis ẽ inanauit.

A Moſe nullomodo vana Kabala ortum habere potuit.

Non tota ars Kabaliſtica approbãda.

Sapientes fœminæ.

Valeria proba.

Eudoxia.

vaticinia authorem habuiſſe. Facile eſt enim ve ro punctulis illis,ac apicibus ludere. Præſertim in hębraica lingua. Vbi id ſcribendi Ritus, facile patitur. Sed & quæcunque etiam poſt longos ac prolixos labores, miri iſti artifices nobis obtrudunt, maiori facilitate contemnuntur, quam ſint adinuenta. Iterum idem Medina eodem loco, confutans Kabalam illam ad ſcripturę expoſitionem pertinentem, ſic ait; Illa mihi ratio abunde eſſe videtur (ad confutationem nempe) quod neque eaſdem litteras quibus Moſes legem accepit, & ſcripſit modo,imo nec poſt captiuitatis Babilonicę regreſſum, hebręi poſſideant. Nec eo tempore quo lex data eſt, imo penè toto veteris illius ſeculi Moſaici decurſu; puncta & apices quibus nunc iſti egregie philoſophantur, extiterunt. Quo in eorum paucitate, multitudine, aut varietate ſignarentur myſteria. Et de litteris quidem conſtans fama eſt apud Iudęos Ezram ſcribam, legem primitus à Moſe, & characteribus à ſe inuentis, & hebraico ſermone inſcriptam, in extraneum ſermonem; Aſſyrioſque characteres mutaſſe,paulo poſt Aſſyrijs characteribus retentis ſermonē hebraicum reſumpſiſſe. Quod antiquioris illius ſcripturæ rationem, per principum interdictionem, & captiuitatis ærumnas Populus penè cum lingua dediſciſſet, hebraicas autem litteras cum Aramęo, aut Aſſyrio ſermone abuſi, ideſt, eis qui ſimul cum Idolis Deum colebant, Samaritis relinquiſſe. Puncta vero quis neſciat ſub Chriſti Saluatoris Aduentum, metu, nec cum iam eorum & aduenæ reges, & gentes dominarentur, legendi ratio prorſus obliteſceret; apud Tyberiadem Vrbem à Nephradio, & Bonaſſero Rabinis in vocalium vſum inuenta? Igitur cum hęc vaniſſima interpretandi ratio, in Moſem authorem ſuas nugas reijciat, qui nec has litteras, nec hęc puncta, quibus minime vtuntur Iudæorum rabini, eam artem eſſe voluntariam, &

Hebræi non poſſidēt eas litteras quib⁹ Moſes legē ſcripſit nec eas quæ poſt captiuitatem.

Pūcta veteris Moſaici ſeculi decurſu nunquam fuerunt.

Ezras charateres mutauit.

Pūcta ſub Chriſti ſaluatoris aduentū adinuenta vide quæ diximꝰ ſuperius lib. 1. cap. de pūctis.

Vaniſſimū eſt Moſem authorē kabalæ cōſtituere.

NNn inanem,

inanem, & Chriſtiano homine prorſus indignam: Imo vero, & Chriſtianæ Religioni perniciofam, vt poteſt, quę ſicut nouit, ex Ieouah, Trinitatem elicere, ita ex eodem, aut ſimilibus dictionibus Antichriſtum extorqueat; hæc Medina. Audiamus nunc perdoctum Antiſtitem Auguſtinum [a] Eugubinum, qui poſtea quam ad caput ſextum, & ad vndecimum geneſeos ex libris Kabalæ, tempore Ezdrę editis in ſua coſmopeia aliqua retulit, improbans Kabaliſticam illam vanam atque falſam opinionem de paradiſo voluptatis myſtico: Sic (inquit) ſed qui probe ac diu apud philoſophos, Theologię quæ prudentiſſimos ſcriptores ſunt verſati, ad eorum animos non facile ſuperſtitiones has aſpirare videbis, Kabaliſtarum ſunt figmenta. Quorum duplex genus partim qui miracula, virtuteſque mirificas venditent; partim qui hæc ipſa ad litteras, ac theologiam transferant: videlicet quod quantum illi ſunt, in tractandis operationibus, tantum hi in ſpeculationibus fingendis fabuloſi. Vtrique Kabaliſtæ dicuntur. Alij ergo mirabiles operationes, alij mirabiles ſpeculationes profitentur. Sed ex altero diſce alterum. Speculationes ſępe ſunt enormes allegorię, mirabiles operationes, nunquam videmus. Quæſo igitur eos vt reſipiſcant, ne ſimilis eorum ſint, quos cum non eſſent aut ſcientia, aut operatione diuini; Ennius [b] incuſat;

[a] Aug. Eugubi. fol. 116. ver. f. & fo. 122. verſ. d. & Ca. 2. Geneſeos fo. 15. verſo.

Duplex genus Kabaliſtarũ.

[b] Ex Ennio Cicero retulit ad finem lib. 1 de diuinatione.

Sed ſuperſtitioſi vales, imprudenteſque harioli,
Aut inertes aut inſani, aut quibus egeſtas imperat,
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, læti miniſtrant viam,
Quibus diuitias pollicentur, ab his dragmas ipſi petant,
De his diuitijs ſibi deducant drachmam
Reddant cætera. hæc Ennius.

Sed nollo (inquit Eugubinus) in hanc rem mluta nunc ſcribere, ne videar vnà cum ineptis, viros ſapientes

ac bene

ac bene doctos inceſſere. Qui in hac quæ dicitur Kabala, verum delectum habere ſolent, vt operationes quidem in vniuerſum, tanquam magicas vanitates reijciant. Speculationes autem eas tantum recipiant quas grauioris ponderis iudicent, hæc ille. In eadem etiam ſententia eſt per doctus Ioannes [a] Forſterus doctiſſimus Theologus in ſuo dictionario hebræo dictione Kabal vbi veram Kabalam ideſt receptionem optimę doctrinæ, ad Adamum & Patriarchas refert, eumque doctrinæ genus ad eum ſenſum quem Theologi noſtri Anagogicum dicunt referendum, recte cenſet. [b] Sixtus Senenſis iam adductus, eam Kabalam qua virtutes operari aſſerunt ad nechromantiam pertinere optime iudicat. In eo tamen manifeſte labitur, quod nempe, dubitat an illa Kabala de litterarum [c] reſolutione à Moſe ortum habuerit, cum ex ſuperioribus certum ſit nec ab eo incepiſſe, nec incipere potuiſſe. Nouum Hebræorum inuentum, ſiue potius figmentum Magiſter Gilbertus [d] Genebrardus hebraicarum litterarum profeſſor regius, in ſua chronographia etiam fore comprobat, vbi etiam oſtendit annis 87. ante Chriſtum natum R. Simeon Beniohai Authorem libri Zoar extitiſſe, quo quidem ſtulte & vane artis Kabaliſticæ fundamenta poſuit, cum tamen præter eas ineptias, contineant etiam multa impia & ex omni hæreſum furfure conflata. Conſtituit, namque decem Sephiroth, ſiue numerationes pro ſuo fundamento, quas (vt idem Genebrardus recte ait) ſiue ſtatuant eſſe eſſentiam Dei, ſiue aliquid aliud extra eſſentiam, impie introductas ex eo oſtendit; quod in Deo numerum & numerationem realem ponant, de qua re cum inferius de Arcanis numerorum agendum fuerit, latius loquemur. Tale erat negotium, ſiue potius otium. Marini & Collorbaſij diſcipulorum Valentini, qui cuncta ſuæ religionis myſteria è litteris alphabeti græci probare conabantur,

De lectu in Kabala à ſapientibus habitus.

[a] Ioan. Foſterus pa. 715.

[b] Sixtus Senen. lib. 2. bibl. ſanctę pa. 71. & ſeq.

[c] idem pag. 93. & lib. 3. pa. 150.

[d] Genebr. lib. 2. pag. 168. cum ſeq.

Liber Zoar fundamentũ artis Kabaliſticę & ex omni hęreſum furfure conflatus.

a B. Irenæ. lib. 1. cap. 2 & 10

Phariſæi corporũ trãſmutationẽ credebant.

Quare Ioannẽ Baptiſtã interrogabant an eſſet Helias.

b Origenes to. 2. pag. 387. co. 1.

c cap. 4.

Moſis traditiones a Iijs ore cõmunicatæ quæ nam ſunt difficile ſciri poteſt.

Litteralis & Myſtici ſcripturæ ſenſus interpretatio apud quos verius reperiatur.

quos pulchre B. Irenęus [a] aduerſus heręſes reprehendit, Similis etiam ſuperſtitio fuit illa phariſæorum ante Chriſti Saluatoris Noſtri prædicationem, qua iuxta Kabalam hanc ſuperſtitioſiſſimam, corporum transmutationem credebant, indeque Heliam Prophetam in Ioannem Baptiſtam tranſmigratum credentes, interrogabant illum an eſſet Helias, id quod optime aduertit Origenes [b] in Euangelium Ioannis. Ableganda ergo eſt non ſolum duplex illa Kabala, retentis his tantummodo quę diuinæ Theologię & religioni noſtræ minime aduerſantur: Sed & nomen ipſum Kabalæ, inuiſum & infeſtum prorſus abolendum, vti iam in [c] ſuperioribus admonuimus. Sed vt huic capiti finem imponamus, illud tantum aduertendum putarim, difficile hodie conſtare poſſe, quę nam fuerint veræ illę interpretationes & traditiones quas Moſes, ore poſteris tradidit: cum tot ſeculorum decurſu, & malitioſa malignantium hebræorum deprauatione nulla huiuſmodi, quæ indubitatæ fidei ſint, haberi queant. Vnde nullibi melius nec verius, veriorem interpretationem litteralis, & myſtici ſenſus Scripturæ Sacrę reperies: Nec ſinceriorem vllam doctrinam, quam apud Chriſti Opti. Max. Apoſtolos, eorũq; diſcipulos; & Chriſti Vicarios Romanos Pontifices, atque veteres illos Patres & reliquos Eccleſiæ ſacro ſanctæ Paſtores, Doctores atque Theologos; qui diuinitus edocti olim & hodie veros & vtiles litterales ac myſticos diuinæ ſcripturæ ſenſus, legitima diuinaque vtriuſque teſtamenti ſacramenta, ac Arcana; aperte, abunde atque dilucide poſteris demonſtrarunt, tradiderunt.

De

De Arcanis Sacræ Scripturæ. Cap. VIII.

DIuinam Dei Sapientiam, Infinitum pene ac locupleƈtiſſimum illud Arcanorum ſuorum theſaurum; in ſacroſanctæ diuinæ ſcripturę Arce, tanquam in tutiſſimo loco ad catholicę Eccleſiæ ſuæ vſum, & vtilitatem, verbo quidem & ſcripto recondidiſſe, non ambigimus. Vbi enim accomodatius quam in Arce, Arcana diuina recondi poterant? Arx ſiquidem (vti Seruius ait) locus in ciuitate munitus, ab arcano & ſecreto dicta eſt. Vnde quemadmodum D. Opt. Max. Vniuerſa ſuperius, inferiuſque aptiſſimè, locis ſuis iuxta peculiares eorum naturas ſapientiſſimè diſpoſuit; Ita ſane arcana myſteria quæ ex æquo non erant omnibus inuulganda, in hac diuinę ſcripturę Arce munitiſſima, ab omnibus etiam aduerſarijs, hoſtibus quę a longe conſpicienda; Arcanè recondidit. Vt ſic locato, loci accommodata proportio haud defuiſſet. Hęc eſt illa turris quam ſapie pater ille familias in vinea ſua, hoc eſt Eccleſia, ſapienter ędificauit. Matth. [a] 21. verſ. 23. Marci [b] 12. verſ. 1. Quamque Euangelicus ille propheta Heſaias, [c] in illo Patruelis ſui cantico prius deſcribens, atque deſignans gemebunde celebrauerat. Vnde [d] Origenes in tractatu. Super Matthęum de ea ſic ſcribit. Turrim autem illam ædificatam in ea, aſcenſum habentem, & eminentiam & altitudinem, ſuper vineam ipſam & ſępem, & torcular; exiſtimo verbum eſſe de ipſo Deo, & de diſpenſationibus Chriſti, & templum diuini ſenſus, qui habentur in eo. Et de tali turre, puto dicere Saluatorem in eo loco [e] Euangelij; quis veſtrum, volens turrim ædificare, non prius computat ſi poteſt ponere fundamentum, & conſumare, ne forte incipiant videntes derridere eum qui non conſumauit.

Deus arcana ſua in ſcripturæ Arce recōdidit.

Arx quid & vnde dicatur.

Simile.

Turris patris familias, ſacra ſcriptura.

[a] Matth 21. 23.

[b] Mar. 12. 1.

[c] Heſ. ca. 5. verſ. 2.

[d] Origenes tract. 19. cap. 21. Matth. to. 2. pag. 63.

[e] Luc. 14. 28.

Qui vult dicere de Deo; debet conſiderare ſi poteſt, incipiens omnia quæ quæruntur, circa Dei expoſitionem, confirmare, ne forte incipiens dogmata pietatis imperfecta relinquat turrim, verbi de Deo, & coronam non ſuperædificet ei. Si enim non ædificauerit ei coronam cadet aliquis ab intellectu Dei ſcandalizatus & morietur. Hæc Origenes. D. vero Hilarius,[a] in turri autẽ (inquit) eminentiam legis extruxit, qua & in cælum & ſolo egreſſa proueheretur, & ex qua ſpeculari Chriſti poſſet aduẽtus. Hæc etiam eſt illa munitiſſima turris Dauid cum ſuis propugnaculis, ex qua tot clypei, & fortium armaturæ pendent. Et merito quidem, cum vniuerſa [b] Eccleſiæ ſacræ munitio in ſcriptura contineatur. Vti D. [c] Gregorius Magnus docet. Cui accedit [d] Pagninus in ſua Iſagoge ad myſticos ſacræ ſcripturæ ſenſus. Præterea ſicuti Regũ theſauri in tutiſſimis Arcibus cuſtodiuntur: Ita & arcanorum Dei theſauri in Scriptura ſacra recondũtur: Vti oſtendit D. [e] Chriſoſtom. ſuper Geneſim & pſalmis. Et quis ſit iſte theſaurus idem demoſtrat ſuper [f] Mattheum. Oportebat autem; Vt ſacra hæc ſcripturæ Arx, parabolis ænigmatibus, tropis, & ſimilitudinibus, aliud intus, aliudque foris oſtẽdentibus. (Vti D. [g] Gregorius Magn. conſiderat) & ſua met tandẽ difficultate, vulgaris ſuperbiq; ingenij homines a ſe plane arceret. Ideo enim Arx etiã ab arcendo dicitur. Horũ vero diſcurſum & rationẽ uide apud Clementem [h] Alexandrinum in libris ſtromatum: Vbi ſic ait. Neque enim prophetia, neque ipſe ſaluator craſſe & generaliter elocutus eſt diuina myſteria, vt ea facile capi poſſent à quibuslibet: Sed diſſeruit in parabolis. De domino quidem certe dicũt Apoſtoli [i] quod omnia locutus eſt in parabolis, & nihil loquebatur eis ſine parabolis. Si autem omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, ergo prophetiæ quoque & lex, per ipſum

Qui vult de Deo lo qui conſideret primũ ſi pôt reſpondere ad interrogãda de Deo.

a D. Hilari. ſup Matt. 21. cano. 22. pa. 174 col. 1.

b cant. 4. 4.

c D. Greg. Magn. li. 3 ſuper Ezech. homi. 15. to. 2. pa. 149.

d Pagninus. lib. 17. ca 23.

e D. Chriſ. Geneſ. 19 homi. 45. to. 1. pag. 325. & pſ. 11. & 18. ibi argentum Aurũ & Topazion.

f D. Chriſ. ſup Matt. cap 4. homi. 5. to. 2. pag. 702.

g D. Greg. loco adducto homil. 9. pag. 90. h Clem. Alexan. libro 6. ſtrom. pag 316. i Math. 24. 34.

ipſum factæ ſunt,& per ipſum dictæ ſunt in parabolis, cæterum recta ſunt omnia, inquit, ſcriptura, coram his qui intelligunt, hoc eſt his, qui ab ipſo declaratam ſcripturarum expoſitionem ex eccleſiaſtica regula accipientes conſeruant. Regula autem Eccleſiaſtica eſt concentus & conſenſio legis,& prophetarum, conuenienter teſtamento quod traditur, per Domini Aduentum. Et inferius, inquit, propter multas ergo cauſas occultant ſcripturæ ſententiam. Primum quidem, vt diligenter inquiramus, & ſemper vigilemus in inueniendis ſalutaribus orationibus: Præterea ne omnibus quidem conueniebat hominibus, intelligere, ne lederentur aliter accipientes ea quæ à Sancto Spiritu dicta ſunt ſalutariter. Quo circa his qui ſunt electi ex hominibus, & his qui ex fide cooptati ſunt ad cognitionem, quæ ſeruantur ſancta myſteria prophetarum, teguntur parabolis, Scripturarum enim ſtilus eſt parabolicus. Quo circa Dominus quoque cum non eſſet mundanus, tanquam mundanus venit ad homines, portauit enim omnem virtutem, & hominem qui erat in mundo enutritus ad ea quæ percipiuntur intelligentia, & ſunt principalia, à mundo in mundum erat ſublaturus. Quo circa ſcriptura quoque vtitur metaphora, eſt enim parabola res huiuſmodi, oratio ab aliquo non propria quidem, ſed quod eſt ſimile proprio, ad id quod eſt verum & proprium deducens eum qui intelligit. Aut (vt dicunt aliqui) dictio, quæ per alia, ea quæ proprie dicuntur, oſtendit cum efficatia. Iam vero vniuerſa quoque œconomia quæ prædicta eſt à prophetis de Domino, videtur verè parabola, his qui veritatem non norant, quando filium Dei qui fecit omnia, carnem ſuſcepiſſe, et in vtero virginis conceptum eſſe, quatenus fuit genita, paſſam eſſe & reſurrexiſſe: vnus quidem dicit, alij vero audiunt, Iudæis quidem ſcandalum, græcis autem ſtultitiam, vt dicit apoſtolus. Aperte autem ſcripturæ & his qui aures habent veram oſtendentes, illud ipſum

Regula Eccleſiaſtica.

Plures cauſę ſunt ob quas ſcriptura ſententias occultant.

Scripturarum ſtylus parabolicus.

Parabola quid.

Chriſtiana myſteria parabolica videntur his, q veritatem ignorant.

ſum quod paſſa eſt caro quam ſuſcepit dominus Dei virtutem & ſapientiam annuntiat. Poſtremo parabolicum ſcripturæ genus, cum ſit (vt oſtendimus) antiquiſſimũ, merito apud prophetas maxime abundauit, vt etiã philoſophos, qui erant apud græcos, & eos qui erant apud alios barbaros ſapientes, oſtẽdat Sanctus Spiritus, ignoraſſe futurum Domini Aduentũ, & myſticã quæ ab ipſo fuit tradenda, doctrinam. Merito ergo quæ Dominum prædicat prophetia, ne præter multorum dicens opiniones, aliquibus videretur blaſphemare, ea quæ ſignificantur, figurauit vocibus, quæ poſſunt etiam ducere ad alias mentis conceptiones. Hæc Alexandrinus. Quem in ſequentibus, ſi placet multa alia pulchre deducentẽ videre poteris. Adde [a] Augu. in pſalmorum enarratione ſic ſcribentem. Ad hoc enim clauduntur quædam ſacramenta ſcripturarum, non vt denegẽtur, ſed vt pulſantibus aperiantur. Et iterum [b] ſunt enim (inquit) in ſcripturis ſanctis profunda myſteria, quæ ad hoc abſconduntur, ne vileſcant, ad hoc quæruntur vt paſcant. Et [c] rurſus; quidquid obſcurũ eſt in ſcriptura, hęc ibi occulta eſt, quidquid ibi planũ eſt, hęc ibi aperta eſt, ſi nuſquã aperta eſſet, non te paſceret, ſi nuſquam occultá non te exerceret. Et [d] iterum: honora, ait, ſcripturã Dei, honora verbũ Dei, etiam non apertum, differ pietate intelligentiã. Noli proteruus eſſe, accuſare aut obſcuritatẽ, aut quaſi peruerſitatem ſcripturæ. Peruerſum hic nihil eſt; obſcurum autem aliquid eſt, non vt tibi negetur, ſed ut exerceat accepturum. Ergo quando obſcurum eſt, medicus illud fecit, vt pulſet, uoluit ut exercearis in pulſando, uoluit ut pulſando aperires, pulſando exerceberis, & exercitatus latior efficieris, latior factus, capies quod donatur; ergo noli indignari quod clauſum eſt; & reliqua. Vide præterea eundem Auguſti alijs in locis quæ lon- [illegible] gum

Paraboli-cum ſcripturæ gen' antiquiſſimum.

a D. Augu. pſal. 93. to. 8. pag. 424. col. 1. in princ.

b D. Augu. pſal. 103. pag. 488. col. 1. in princ. & pſal. 140. pag. 662. col. 2. in princ.

c D. Augu. pag. 663. col. 1. d. to. 8.

d D. Augu. pſal. 146. pag. 696. col. 2. D.

e Aug. pſal. 147. pag. 699. col. 2 & pſal. 18. pa. 39. co. 1. & lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 6. to. 3. pag. 10. col. 2. & li. vnico 83. qq. q. 53. to. 4. pag. 239. col. 2 & lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 19. to. 5. pag. 158. col. 2. & lib. de vera Lin ocent i cap. 67. & epiſt. 59. ad Paulinum.

gum eſſet recenſere. Hinc D.[a] Hieronymus in Heſaiã, ſacram ſcripturam appellat vnum librum ſignatum, clauſum & obuolutum myſterijs, Iuxta illud [b] Ezechiel. 2. 9. & [c] Apocalypſis 5. 1. & 6. verſ. 14. Idem ſuper [d] Nahum prophetam. Et dicemus, inquit, Ideo ſcripturam ſanctã, his difficultatibus eſſe contextam & maxime prophetas, qui ænigmatibus pleni ſunt, vt difficultatem ſenſuum, difficultas quoque ſermonis inuoluat, vt non facile pateat, ſanctum canibus, margaritæ porcis, & prophanis Sancta Sanctorum. D. [e] Chriſoſtom. ſuper Matth. agens de reſponſione ſcribarum & ſacerdotum Herodi facta, interroganti, de loco natiuitatis Chriſti, ſic pulchre diſcurrit. Datur reſponſum Regi interroganti ex corde non bono, cum deberent cęlare myſterium Regis a Deo prędefiniti ad ſalutem gentis Iudeę, Maxime in conſpectu regis alienigenę; qui non ſolum zelo regni, ſed etiam generis alieni odio aduerſaturus regi poſtmodum futuro, non ignorabatur: ſi ipſi ſapienter voluiſſent conſiderare. Et non ſolum manifeſtant myſterium, ſed etiam ad fidem ſermonum ſuorum, propheticum protulerunt exemplum; tanquam qui theſauros Domini ſui abſcon ditos hoſtibus eius prodant; & facti ſunt non prędicatores optimi Dei, ſed proditores myſteriorum eius, & non doctores Herodis, ſed irritatores malitię eius. Ex quibus docemur, ſcripturarum occulta non manifeſtari iniquis, ſed fidelibus. Sicut pręcepit Paulus, [f] quæ a me audiſti per multos teſtes, hęc commenda fidelibus, qui poſſunt etiam alios docere. Et non ſolum prophetiæ myſterium prodiderunt regi iniquo, ſed adhuc ipſam prophetiam præcidentes ex vno conſenſu ſuo omnes, & non exponentes omnem ſcripturam Diuinitus inſpiratam interficiendorum paruulorum facti ſunt cauſa, hæc D. Chriſoſtomus. Qui etiam videri debet fuſius hoc idem ſacrę ſcripturę obſcuritatis myſterium proſequens, & dilatans ſuper Euangelium

Matth.

[a] D. Hieron. lib. 9. cap. 29. to. 4. pag. 233.

[b] Ezech. 2. 9.

[c] Apoca. 5. 1. & 6. 14.

[d] Hiero. ca. 3. to. 5. pa. 409. a.

[e] D. Chriſ. cap. 3. homil. 2. to. 2. pa. 686. b. c. d.

Scribę & phariſæi pditores fuerũt theſaurorum dñi ſui.

[f] 2. ad Timot. 2. 2.

Matth.[a] vide etiam D.[b] Gregorium in libris moralium, & D. Thom.[c] in opuſculo de potentia, & pulchras[d] Ruperti conſiderationes ſuper illud[e] Matth. 7. ver. 6. nolite ſanctum dare canibus, nec margaritas mittere ante porcos, vbi late demõſtrat, quanta cũ ratione myſteria ſcripturæ a Deo clauſa & abſcondita ſint. Adiunge etiam prædictis, Cantapetrẽſem.[f] Licet ergo paucorum ſit, abſcondita arcana Dei penetrare, nobis tamen fidelibus diuinitus datũ eſt, hæc eadem myſteria ſcrutari, profundiſſimi huius theſauri venas inueſtigare, indagareque. Si tamen primum illud pro conſtitutiſſimo ac veriſſimo habeamus, ſacram nempe ſcripturam, omni myſteriorum genere & arcanorum veritate ita ſane plenam, refertã, atque coagulatã, vt nec hiſtoria ipſa, nec litterę, nec Syllabæ, nec apices, numeri, figuræ, ſimilitudines, & parabolæ, vllis vacent myſterijs. Ea namque omnia diuina quadam arte ſub hiſtorię & litterę cortice diuinitus occultantur. De quare vide. Renatum Benedictũ lib. 1. ſtrom. bibliæ, Sixtum[g] Senenſem lib. de littera, latius dominũ Iulianũ Rugerium de ſenſibus Sacræ ſcripturæ cap. 5. Vnde Deũ ocultatũ in litterę ſpiritu oſtendit, B.[h] Maximus de virtute & vitio. Idẽ[i] D. Chriſoſt. & Idẽ B. Maximus. ſub ſacris nominibꝰ mirandã latere virtutem dicebat,[k] ſub ſcribit[l] Caniſius de Virgine Maria. Litteralis autem ſenſus, ſemper eſt pro fundamẽto conſtituẽdus, vt ſuper eo ſpirituales alij ſenſus ædificentur, vti D.[m] Tho. docet & proſequitur optime Iã ſenius in pręfatione ſuę paraphraſis in pſalmos. Ita tamẽ vt ſenſum ſpiritualẽ ob litteram minime relinquamus, aut prætermittamus. Vnde D.[n] Hieronymus: Nec putemus (inquit) in verbis ſcripturę, eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſuperficie ſed in medula, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.

a Chriſoſt. & Matth. cap. 23. homil. 44. to. 2. pag. 96. & pſal. 48. to. 1. pag. 836 B.

b D. Greg. lib 21. cap. 1.

c S. Tho q. 4. cap. 1. in primo & quolib. 7. arti. 14. ad ſecundũ.

d Rupertus Abb. to. 3. pag. 80. cum ſeq.

e Matt. 7. 6. ibi nolitę ſanctũ dare canibꝰ, &c. quo modo intelligat.

f Cantapetren. lib. 7 hypo. cap. 1. & ſeq. & lib. 10. regul. 47. & in prohe. lib. 6.

g Sixtus Senen. in bibliot. ſancta. pa. 91.

h B. Max cap. 6. pag. 128 & 337. in app. bibl. SS. patr. & 1245. i D. Chriſoſt. tom. 2. pag. 709. & 948. k pag. 245. l Caniſius. pag. 19. in fine. m S. Tho. 1. part. q. 102. artic. 1. & de potentia quæ. 6. art. 7. & quoli. 30. n D. Hieron. Canone Marcion. 1. q. 1.

tionis. D.[a] Gregorius in libris Moralium, hiſtoriam, inquit, ſcripturæ ſolum agnoſcere, eſſe illam facie tenus videre. Gregorius [b] Nyſſen' in eccleſiaſten & latius in prohemio canticorum, ſed ſi nuda, ait, maneat littera, non video quemadmodum in lege cogitari poſſit, quod Deo dignum ſit? Ob idque nec in littera quieſcendum nec illa omnino relinquenda eſt, vti optime tradit Dominus Iulius Rugerius loco citato. Adde Greg. [c] Nazianzenũ ad Nemeſium & Caniſium [d] nuper adductum, qui vtiliter hac in re legi poteſt. Nec exempla accommodata ad huius veritatis confirmationem deerunt, ſi attendimus pariter nucleum nucis, & corticem neceſſariũ eſſe. Item materiam cum forma, & vice verſa, principia rerum naturalium pariter exiſtere. Ad quem modum litteralem & ſpiritualem ſenſum ſe ſe habere exiſtimarim. Sicuti ergo materia accidentibus veſtita efficit vt nos formam quam vtique videre nequimus, conſiderare valeamus: Sic & litterali atque hiſtorico ſenſu, ſpiritualem quem non videmus, facilius aſſequimur & cõtemplamur. Quãobrem nec littera, nec quidquid aliud in hac Sacrę ſcripturæ Arce ſiue intus reconditum, ſiue foris expoſitum, myſterio vacare poteſt. Et eo pręſertim cum Chriſtus Dominus & Magiſter noſter Matth. [e] 5. verſ. 18. aperte dixerit, ſe legem ad nouiſſimum vſque eius apicem adamuſim obſeruaturum adimpleturumque. Ille namque optime cognouerat, diuinæ ſuæ ſcripturæ, (quam ipſius Chriſti, ſalutiſque noſtrę cauſa, extare. Ioa. Damaſcenus [f] & alij agnoſcunt.) Non ſolum interiorem ſenſum, ſed exteriorem corticem litterarum, & ipſos etiam apices, innumeris myſterijs, (quæ quidem ab ipſo exactiſſime ad implenda erant) ſatis ſuperque abundaſſe. Vnde D. Hieron. [g] tradit, ſyllabas, apices & puncta in diuinis ſcripturis, ſenſibus eſſe plena. Cuius doctrinam confirmat [h] Cyrillus. Dum ſuper Ioannem, nihil, inquit, ita [illegible] paruum

a Greg. Ma. lib. 4. c. 1.
b Greg. Niſ. homil. 7. pag. 211.
c Greg Nazãz. pag. 88.
d Caniſius pag. 199.
Materia & forma vtrumq; ſimul rerum naturaliũ principium.
Nihil in ſcriptura redundat.
e Matth. 5. 18.
f Ioan. Damaſce. lib. 4. Orrho. fid. cap. 18
Rupertus Abb. in Matth. ca. 3. lib. 3. de gloria & honore filij hominis pa. 33. col. a.
g D. Hiero. ad Epheſ. 3.
h Cyril. ſuper Ioan. cap. 102. lib. 1.

paruum in ſcripturis inueniri, quod magnam vtilitatem non pariat. D. quoq; [a] Chryſoſt. ita ſcribit. nihil enim temere vel fortuito, loquitur diuina ſcriptura; Sed & Syllaba, & apiculus vnicus, reconditum habet theſaurum; nam in hunc modum ſe habent ſpiritualia omnia. Et rurſus, [b] nihil enim in diuina ſcriptura continetur, quod non aliqua ratione dictum ſit, quę non & latentem in ſe habeat vtilitatem. Idem [c] etiam eodem loco, nihil enim, inquit, hic ſcriptum eſt, quod non multas ſenſuum habeat diuitias, quandoquidem diuino ſpiritu afflati prophetæ, loquuti ſunt: Ideo uti à ſpiritu ſcripta, ingentem in ſe continent theſaurum. Et ne mireris quod in hac nominum enumeratione multas latentes quę diuitias ſententiarum, vobis me oſtenſurum pollicear. Neque enim vel ſyllaba, vel apiculus eſt in ſacris litteris, in cuius profundo, non ſit grandis quiſpiam theſaurus. Proinde nobis opus eſt diuina gratia ducamur, & Spiritu ſancto illuſtrati eloquia diuina adeamus. Neque opus habet diuina ſcriptura hominum ſapientia vt intelligatur, ſed reuelatione ſpiritus vt hauſto inde vero ſenſu, magnum nobis hinc lucrum accreſcat. Nam ſi in ſcriptis quę de ſecularibus negotijs ab hominibus conficiuntur, ſæpeque tempore corrumpuntur, vel vnā procœmij ſyllabam deeſſe, multū momenti habet: Quanto magis hoc in ſcriptis diuinis à Spiritu ſancto compoſitis inuenitur, modo ſobrij ſimus, & non temere progrediamur: Sed intenta mente diligenter omnia conſideremus, & non negligentiores ſimus alijs qui hoc ſtudio in prophanis vtuntur. Enim vero qui metalla effodiunt, non in ſuperficie manent, ſed cum valde profundè deſcenderint, & auri ramenta habere potuerint, magno labore & ſedulitate, ea à terra ſeparant, poſtque multum illum laborem, breuem aliquam laborum, inueniunt conſolationem; verumtamen licet hi ſciant quod ſæpe vtilitatem percipiēt laboribus non reſpondentem, vt pote minorem; & quod ſępe

[a] D. Chriſ. ad cap. 4. Geneſ. homil. 18. to. 1. pag. 112 D.

[b] D. Chriſ. Geneſ. ca. 9. homil. 28. pa. 197. d. & pag. 198. B. t. 1

[c] D. Chryſ. homi. 21. pa. 129. d. to. 1.

Scriptura diuina nō opus hēt hominum ſapientia vt intelligatur. Sed Spūs ſancti reuelatione.

Syllaba vna in ſcripturis multum intereſt.

In ſcripturis omnia intēta mēte conſiderāda ſunt.

Simile de metalla effodiētibus.

poſt

poſt tot vigilias, & labores; etiam expectatione ſua, fruſtentur, nec ſic deſiſtunt, ſed ſępe aluntur, & ſenſu laboris carent. Quod ſi illi tantum præ ſe ferunt ſtudium, in corruptibilibus & in incertis, atque caducis, multo magis decet vt nos, vbi diuitię auferri nequeunt, & theſaurus abſumi non poteſt & ſępe non aberratur, par vel maius ſtudium, adhibeamus; vt hinc aliquo fructu pręcepto, deſiderata aſſequi poſſimus, agnitaque ineffabili miſericordia Dei, gratias agentes Domino noſtro nobis fauorem conciliemus. Idem Chriſoſtomus[a] ſuper Geneſim, neque enim (ait) Syllabam, neque apicem in diuina ſcriptura præterire oportet. Et de verbis[b] Heſaiæ prophetæ: Etenim, inquit, ſi hi qui fodiunt metalla ne minima quidem fruſtula prætereunt; verum vbi nacti ſunt aliquam venam auri meatus omnes ex acte circunſpiciunt; multo magis hoc facere nos oportet in ſcripturis. Et tamen in metallis difficile eſt inuenire quod venantur, etenim cum & metalla ſint terra, ipſa quoque naturę communio celat aſpectum eorum quæ quęruntur. Attamen nec ſic quidem deſiſtunt illi; ſed omnē adhibent diligentiam, etiam ſi poſtea quam inſpexerint, ſciant quid vere ſit terra, quid vere aurum. In ſcripturis autem non eſt eadem ratio. Neque enim proponitur aurum terræ cōmixtū, ſed purum eſt aurum. Eloquia (inquit) Dei pura, argentum igne exploratum, probatum terrę.[c] Siquidem ſcripturæ non ſunt metalla quæ indigeant operarijs, ſed theſaurum præbent paratum his qui quærunt opes in ipſis reconditas. Satis eſt enim introſpexiſſe, vt omne expleti fructu diſcedatis. Satis eſt tantum aperuiſſe, vt illic videas, gemmarum ſplendorem. Hæc autem non temere mihi dicta ſunt, neque fortuito produxi ſermonem, ſed ob id quod ſunt homines quidem opifices; qui poſtea quam ſacros libros in manus ſumpſerint, deinde repererint, vel annorum numerum poſitum, vel nominum recenſionem,

Studium in immortalibus & theſauris ſcripturæ impendēdū eſt quā in rebus caducis.

a D. Chriſ. genes 18. homi 42. to. 1. pag. 30. c. D.

b D Chriſt. homil. 3. to. 1. pag. 1384. d.

In ſcripturis non eſt aurū terrę cōmiſtum ſed purū.

c Pſal. 11. B verſ. 7.

Scripturę non ſunt metalla operarijs indigentia, ſed theſauri qui diuitias præbent.

illico

illico prætet currunt, & incuſantibus reſpōdent, nomina tātum ſunt, neque quicquā habet vtilitatis. Quid ais? Deus loquitur & tu audes dicere. Nulla eſt dictorum vtilitas? Etenim ſi ad nudam ſcripturam reſpexeris tantum, dic mihi, non ne reſiſtes cum ſtudio, repoſitaſque ſcrutaberis opes? ſed quid loquor, de temporibus & nominibus, titulisque? Diſce quantum valeat vnius litterulę adiectio, ac deſine tota cōtemnere nomina. Patriarcha noſter Abraham (noſter enim potius quam Iudæorum) hic prius dictus eſt Abraham, quod interpræ tatū ſonat, tranſitorem: poſt hęc, vero nomine commutato, dictus Abraham, pater factus omnium gentium, & vnicum elementum adiectum tantum principatū vindicauit iuſto. Quēadmodum enim reges, præfectis ſuis, aureas porrigunt tabellas principatus ſignnm, ſic & Deus iuſto illi honoris ſignum dedit litteram. Quantus autem fructus ex annorum & temporum ſcripturæ cognitione colligatur, Idem Sanctus Chriſoſt.[a] ibidem vſque ad finem eloquētiſſime proſequitur: quem etiam vide ſuper Ioannem & in Pauli epiſtolam ad Romanos. Gregori⁹ [b] Niſſenus ſuper illud, faciamus hominem ad imaginem &c. ſic ait. Dicere autem verbum aliquod in ſcriptura redundare, eſt graue nephas. Quod ſi nihil redundat nihil eſt inane, nihil ſuperuacuum. Adde etiam Origenem [c] in Epiſtola ad Romanos, vbi obſeruans varium paulinæ ſalutationis modum ſic commentatur. Et quamuis curioſior videatur huiuſmodi obſeruatio, tamen qui nihil ocioſum credit, in ſcripturis eſſe diuinis; etiam horum differentias, & diuerſitates non inanes putabit. Ac proinde ingentē blaſphemiam eſſe in ſcripturis ſacris aſſerere, aliquid redundare, aperte aſſeuerant. D.[d] Baſilius & Caniſius [e] de Virgine Maria. Quibus & hæc conſideratio adiungi poteſt. Nam ſicuti in mirabili illo hominis opificio, nec ipſas minutiſſimas partes ſuperuacaneas ocioſas ve vllus credit: Ita quidem in hoc ſacro ſcripturarum opificio

nec

In ſcriptura. Dictio vnius litterulę plurimū valet.

Abraham nomen.

Abraham dionym⁹ περάτης.

a D. Chriſ. Ioa. 7. homi. 49. to. 3. pa. 202. a etiam in epiſ. o. ad Ro. ca. 16. homi. 31. to. 4. pag. 2. cū ſeq. vbi pulchra verba d̄ ſcripturę ſacrę cognitione.

b Greg. Niſſen. orati. 1. pag 34.

c Origenes c. 1. li. 1 to. 2 pag. 299 col. 1. b.

d D. Baſili⁹ in exam. hom. 10. & in phe. d̄ ſpū ſāc.

e Caniſius. pag. 274.

nec comas,colla, periodos,puncta, ſyllabaſq; vllas, quas ad ſimilitudinem corporis humani eſſe conſtitutas atq; diſtinctas docet S.[a] Thomas in Eſaiã; nullus ſane mentis ſuperfluas aut ocioſas,iudicabit.Hinc iam efficaciſſima certe deſumit ratio, præcipuę neceſſitatis linguę ſanctæ grãmatices. Nam ſi ſcriptura ſacra ſpirituali ſenſu & litterali,ſicuti & homo anima conſtat & corpore, & reliqua naturalia materia & forma : ita ſane vt nec minima ſcriptura litterula ſyllabaq;,veluti ipſę hominis minutiſſime partes propria functione & myſterio vacent:grãmatica profecto,quæ de ipſis ſacris litteris, ſyllabis, verbis, nominibus,& reliquis orationis partibus , earumque ſignificationibus & proprietatibus minutatim agit, vti ſuperius libro primo [b] oſtendimus ; ſumme neceſſaria eſſe conuincitur ad ipſum litteralem & legitimum ſenſum aſſequendum . Vnde ſicuti ſi litteralem ſenſum ſcripturæ excludas,ſcripturę ſundamentnm tollas neceſſe eſt ; Ita ſane ſi linguę ſanctæ cognitionem atque grammaticam paruipendas,litteralem ſenſum & ſub inde ſpiritualem facile negliges. Ac proinde Ioannes Phocenſis in præfatione ad Adrianum Rom. Pont. optime ſcripſit, grammaticam hebręam,nihil aliud eſſe qua diuinæ ſcripturæ ſenſum litteralem. At vero huius rei neceſſitatem iuxta ea quæ pręcitato libro primo [c] tradidimus , accipiendam ſemper exiſtimo . Ex his iam liquet ſatis, ſacrã ſcripturam innumera magni ponderis , atque momenti arcana,ſub nominibus litteris apicibus , dictionibus, figuris,tropis,ſimilitudinibus & parabolis,atque ſub ipſis etiam numeris continere . Cæterum ea in re quæ latiſſime patet , delectu atque iuditio opus eſſe cenſeo. Cum non omnia myſteria & arcana paſſim laudanda , admittenda aut ſequenda ſint,ſed illa tantum quæ colliguntur ex ipſa ſacra ſcriptura,ex apoſtolorũ, & Eccleſiæ catholicę traditionibus,atque a priſcis illis patribus , quorum ſincere expoſitiones , & catholicæ doctrinæ à nobis catholicis,

[a] D.Thom. pręlud. 2. princ. litt. h.

Scriptura ſacra ſpũali & litterali ſenſu ſicuti hõ anima & corpore conſtat,& alię res naturales materia & forma.

[b] pag.18.

Grãmatica hebręa nihil aliud e quã ſenſus litteralis.

[c] pag.3.

Scriptura ſacra innumera cõplectitur Arcana.

Arcana cũ delectu & iuditio admittenda ſunt.

tholicis,aliјs omnibus præponendæ ſunt. Dein de reliquorum omnium theologorum & ſapientium obſeruationes explicationesque,tuto adiungũtur, & vtiliter adhibentur. Ex vtriſque, namque ingens arcanorum theſaurus, qui nec erugine rabinorum,nec hęreticorum tinea, demoliri valeat,facile conficietur. Non inficias ibo mysteria,& arcana aliqua de huiuſcemodi litterarũ myſterijs,atque numerorum,nominum, Syllabarum,dictionumque, apud hebręos illos,præſertim,qui Chriſti Aduentum prauis affectionibus remotis, pręceſſerunt; reperiri poſſe; quæ quidem noſtris non ſolum non aduerſentur ſed potius conſonent. Verum pręcipua haberi volo quæ apud patres & catholicos viros abunde reperiũtur. Illa vero hebręorum vti iam ſuperius dixi exactam auctoritatis confirmationem, minime obtinentia : ſicuti probabiles gentilium doctrinas,ad noſtram ſcholam catholicam transferri, atque tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vindicari, vult, D. [a] Auguſt.lib.2. de doctrina Chriſtiana. Quibus accedunt quę ſcribit D. Theodoretus lib.1. de gręcanicarum affectionum curatione Sermone de fide,vbi veritatis magis quam authorum rationem habẽdam docet;licet ea doctrina ita temperanda ſit,vt in rebus fidei ab hæreticis traditis locum non habeat. Illis namque etiam ſi vera dicant, vti non debemus,iuxta ea quæ in libro de proprietate & natura hæreticorum ſcripſimus. Ne tamen ea in re quorundã,pręſertim noſtrorum ſtudioſorum,auiditati deeſſe videar, aliqua ex hijs myſterijs ſelectiora, ſummis quod aiũt digitis ac labijs prælibabo, atque in medium ſi placet proponam.

Myſteria & arcana hebræorũ qualia cẽſenda.

Arcana & myſteria hebræorũ fidei non obtinẽtia ſicuti Gẽtiliũ ſententiæ vt tanquã ab iniũſtis poſſeſſoribus iudicandę ſunt.

a D. Augu. cap.40.to.3.pag.19, col.2.A.

b Theodor. to.2.pag. 480. & 485.

De

De liberalium diſciplinarum cognitione atque neceſsitate, ad ſcripturam ſacram. *Cap. IX.*

DE Numeris, quam plurima vtilia & neceſſaria ad ſcripturam ſacram, & diuinorum arcanorum cognitionem in præſentiarum prælibaturi, hoc certiſſimum poſtulatum præmitimus; nempe ad ipſius Sacrę Scripturæ exactam cognitionẽ aſſequendam, Theologis opus eſſe diſciplinarum mathematicarũ cognitione. Siue quatuor illas eſſe dicas (vt communiter ſapientes tradidere) Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, & Arithmeticã: ſiue duas tm̃, Arithmeticam nempe & Geometriam, (vt alij contẽdunt.) Vt cumque igitur ſit, has ad Theologiã, ſcripturamq; neceſſarias eſſe, Reuerẽdiſſimus Dominus Cardinalis Nicolaus de cuſa in ſuo theologico complemento figurato, in complementis Mathematicis aſſeruit, & perdoctus Magiſter Martinus [a] Martinez Cantapetrenſis in ſuo Hyppoti. ſatis demoſtrauit, & Reuerendus Pater Chriſtophorus Clauius Bemburgenſis, Societatis Ieſu in prologemeno ad Euclidem, capite de varijs Mathematicarum diſciplinarum vtilitatibus. Nicolaus [b] etiam Taltarca Briſcianus ſuper libris Euclidis, quibus ad numerãdus eſt, Reuerendus [c] dominus Abbas & prothonotarius Rugerius in opuſculo de auditore Theologico. Vbi ex profeſſo oſtendit externarum diſciplinarum & ipſiuſmet philoſophię vſum ad ſacram theologiam deſiderari. Et nouiſſime poſtea quam hæc ſcripſeram in manus meas peruenit perdocti quidẽ & diligentis Petri [d] Bongi, liber de myſtica numerorum ſignificatione qui in prſfatione ſua idẽ probat. Quibus tamẽ addo Clementis [e] Alexandrini ſententiã, in libris ſtromatum, vbi eum bene & vtiliter eruditum exiſtimat, qui omnia refert ad veritatem, adeo vt ex geometria, &

Diſciplinæ Mathematicæ Theologis vtiles.

Diſciplinæ Mathematicę quatuor, alij duas.

a Magiſter Martinez li. 2. hypo. cap. 6.

b Lectio 2.

c Reuercn. D. Abb. Rugerius cap. 5. vſq; ad 7.

d Petr. Bongus pag. 2

e Clem. Alexan. lib. 1. ſtrom.

Muſica & ex Grammatica, & ipſa Philoſophia colligens quod eſt vtile, nullis inſidijs interceptam ſeruet fidem. Etiam alibi,[a] per conſequentiam ergo, inquit, his quoq; attendit, quæ exercent ad cognitionem, ſummens ex vna quaque diſciplina, id quod confert ad veritatem. Ex Muſica ergo perſequens proportionem, quæ eſt in his quæ ſunt coniuncta & compoſita. In Arithmetica autem adnotans augmenta, & decrementa numerorum, & eas quæ ſunt inter ſe inuicem relationes, & quod plurima cadunt in propoſitionem numemorum. Et Geometricam ipſam ſubſtantiam in ſe ipſa contemplans, & aſſuefaciens aliquod continuum intelligentia percipit ſpatium, & immutabilem eſſentiam, quę eſt alia à corporibus. Et rurſus, ab Aſtronomia, à terra eleuatus vnà cum cælo mente in altum extolletur, & ſimul cum eorum conuerſione circumagetur ſemper conſiderans diuina, & ea quæ eſt inter ſe inuicem conſenſionem & conuenientiam: à quibus adductus Abraham adſcendit ad cognitionem eius qui creauerat. Quin etiam Dialectica vtetur is qui eſt cognitione præditus, eligens diuiſionem generis in ſpecies, & adducet eorum quæ ſunt diſtinctionem, donec attigerit prima & ſimplicia, hæc Alexandrinus. Sed & Iuſtinus[b] Martyr libro de veritate Chriſtianæ religionis de ſe ipſo, ita loquitur. Porro cum impenſius adhuc animus meus audire, quod Philoſophiæ proprium atque præcipuum eſt, expeteret; ad Pythagoricum quendam, magni nominis, multique in ſapientia ſupercilij virum acceſſi, & cum eo auditor eius & familiaris eſſe volens egi, ibi. Quid? inquit ille. Verſatus ne es in Muſica, Aſtronomia & Geometria? An exiſtimas quicquam te perſpicere eorum poſſe quæ ad beatitudinem conducunt, niſi hęc prius cognoueris, quæ animum a ſenſibilibus ad intelligibilia percipienda, aptum commodumque reddunt, vt id ipſum quod pulchrum & quod bonum eſt contemplari quæras?

& cum

[a] Clem. Alex lib. 6 pag. 207.

Ex diſciplinis mathematicis quid ſumi debeat ad veritatē aſſequendam.

Abraham quomodo ad creatoris cognitionem aſcendit.

[b] Iuſti. Martyr. to. 2. pag 29.

Pythagorici philoſophi reſponſum quo ſine mathematicis pulchrum bonumq; percipi minime poſſe, dixit.

& cum ſtudia ea magnopére laudaſſet, neceſſariaq; eſſe dixiſſet, me ita a ſe dimiſſit: Nam me neſcire confeſſus ſum. Aegre igitur hoc tuli (ſicut par erat) quod ſpe excidiſſem: idque eo magis quod ſcire illum aliquid putarem ac rurſum tempus ipſum mecũ conſiderans, quod in diſciplinis eis conterendũ erat, rem longius differre non ſuſtinui. Hæc Iuſtinus. Adde Origenem [a] in cap. 24. nu. & in [b] lib. periarch. vbi probat geometriam artem eſſe à Deo inuentã. Vnde ſic ait: Quod ſi fabrilis ſcientia ab excelſo eſſe declaratur, quomodo non & geometrica, ex qua vtique hęc ſcientia, quam ſcriptura architectonicam nominat, deriuatur? Denique & in Zacharię ſecundo funiculus geometricus dicitur, in quo demittitur angelus Hieruſalem: & ideo non puto abſurdum videri ſi etiam hæc ſcientia dicatur excelſi. Idem de muſica & alijs ipſe origenes affirmat. De muſicæ vero neceſſitate vid. D. Angu. [c] de doctrina Chriſtiana, & Volaterranum [d] in ſua philologia; atque plures alios, quos Petrus Gregorius [e] Catholicus & doctus Iure conſultus in ſuo Syntaxeos libro artis mirabilis recenſet. Hinc iam uides quanta animaduerſione digni ſint Barbari quidam & imperiti, qui non ſolum præpoſterum inſtituendorum theologorum ordinem amplectuntur; ſed & ipſos ſtudioſos linguarum, ociosos & parum frugis homines repuputent. Qua de cauſa aliquando fit vt ea theologia ſolitaria maneat & quam plurimis ignorantiæ tenebris obuoluta obſcurataque. Sed quanti hoc damnum ſit, Doctiorum erit Iuditium. His tamen quærelis omiſſis inſtitutum proſequentes Boethij [f] Seuerini viri clariſſimi, elegantiſſimum afferamus diſcurſum. Is ergo in libris de Arithmetica ſic ſcribit: Inter omnes priſcę áuthoritatis viros qui Pythagora duce puriore mentis ratione viguerunt, conſtare manifeſtum eſt; haud quemquam in philoſophiæ diſciplinis ad cumulum perfectionis euadere, niſi cui talis prudentiæ nobilitas quodam quaſi quadriuio

[a] Orig. homi 22 to. 1. pag. 152 col. 2.

[b] Orig. lib. 3. cap. 3. pag. 460.

[c] Augu. lib. 2. cap. 37. to 3. pag. 28. col. 2.

[d] Volaterranº 35. pa. 152. co. 2.

[e] Petro Gr. lib. 12. ca. 6. & 7.

Contra imperitos præpoſtere theologos inſtituentes.

[f] Boethi. li. 2. d Arithmetica c. 2. pa. 988.

Sapientia quid.

Quæ habere dicãtur, eſſe.

Sapientia proprie é earũ quæ ſunt.

Eſſentiæ due ſunt partes.

Magnitudines pro prie quæ.

Multitudo.

Magnitudinis diuiſio.

veſtigatur. Quod recte ſolertiam intuentis non latebit. Eſt enim Sapientia rerum quæ ſunt, ſuique immutabilem ſubſtantiam ſortiuntur, comprehenſio veritatis. Eſſe autem illa dicimus, quæ nec intentione creſcunt, nec retractatione minuuntur nec variationibus permutantur; Sed in propria ſemper vi, ſuæ ſe naturæ ſubſidijs nixa cuſtodiunt. Hæc autem ſunt qualitates, quantitates, formæ, magnitudines, paruitates, æqualitates, habitudines, actus, diſpoſitiones, loca, tempora, & quid quid adunatum quodammodo corporibus inuenitur. Quæ ipſa quidem natura in corporea ſunt, & immutabilis ſubſtantiæ ratione vigentia, participatione vero corporis permutantur & tactu variabilis rei, in vertibilem inconſtantiam tranſeunt. Hæc igitur quoniam (vt dictum eſt) naturà immutabilem ſubſtantiam vimque ſortita ſunt, verè proprieque eſſe dicuntur. Horum igitur, id eſt quæ ſunt proprie, quæque ſuo nomine eſſentię nominantur, ſcientiam, ſapientiam profitẽtur. Eſſentiæ autem geminæ partes ſunt: vna continua, & ſuis partibus iuncta, nec illis finibus diſtributa, vt eſt Arbor, lapis, & omnia mundi huius corpora, quę proprię magnitudines appellantur. Alia vero diſiuncta à ſe, & determinata partibus, & quaſi aceruatim in vnum redacta concilium, vt grex, populus, chorus, aceruus, & quidquid eorum quorum partes proprijs extremitatibus terminantur & ab alterius fine diſcretæ ſunt, his proprium nomen eſt multitudo. Rurſus multitudinis alia ſunt per ſe vt tres vel quatuor, vel tetragonus, vel quilibet numerus, qui vt ſit nullo indiget. Alia vero per ſe ipſa non conſtant, ſed ad quoddam aliud referuntur, vt duplum, vt dimidium, vt ſeſquialterum, vt ſeſquitertium, & quidquid tale eſt, quod niſi relatum ſit, ad aliud, ipſum eſſe non poſſit. Magnitudinis vero alia ſunt manentia, alia vero quæ mobili ſemper ratione vertuntur, nec illis temporibus acquieſ-

cunt-

ſunt. Horum ergo, illam multitudinem quæ per ſe eſt Arithmetica ſpeculatur integritas, illam vero, quæ ad aliquid, muſici modulaminis temperamenta pernoſcũt. Immobilis vero magnitudinis, geometrica notitiam pollicetur. Mobilis ſcientiam, Aſtronomicę diſciplinæ peritia vendicauit. Quibus quatuor partibus ſi careat inquiſitor, verum inuenire non poſſit; ac ſine hac quidem ſpeculatione veritatis, nulli recte ſapiendum eſt. Eſt enim ſapientia earum rerum quæ vere ſunt, cognitio & integra comprehenſio. Quod hæc qui ſpernit: ideſt has Semitas ſapientiæ, ei denuntio, non recte philoſophandum. Si quidem philoſophia eſt amor ſapientiæ, quàm in his ſpernendis ante contempſerit. Et Rurſus, conſtat igitur quisquis hæc prętermiſerit, omnem philoſophiæ perdidiſſe doctrinam. Hoc igitur illud quadriuium eſt quo ijs viandum ſit, quibus excellentior animus, à nobis cum procreatis ſenſibus, ad intelligentiam certiora producitur. Sunt etenim quidam gradus, certeq; progreſſionum dimenſiones, quibus aſcendi progredique poſſit; vt animum, illum oculum, qui (vt ait Plato) multis oculis corporalibus ſaluari conſtituique ſit dignior, quod eo ſolũ lumine veſtigari, vel inſpici veritas queat, hunc (inquam) oculum demerſum, orbatumque corporeis ſenſibus, hęc diſciplinæ rurſum illuminant. Hæc Boetius. Sed & ante ipſum Plato in Epinomide, Mathematicas ſcientias, ad naturalium & aliarum rerum cognitionem, neceſſarias eſſe aſſeuerauit. Idem Plato ſue academiæ foribus præfixum illud frequenter decantatũ habebat ἀγεω μέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω, hoc eſt nullus ignarus geometriæ ingrediatur. Ac ſeptimo etiam de republica, geometriam ad ueritatem animum attollere, & ad philoſophandum cogitationem præparare ſcripſit. Intereſt ergo plurimum ad comparãdas diſciplinas, geometriam attigiſſe, cuius quidem proportionem, iuſtitiæ & omnium in republica actuum, propriam eſſe, plures

Quatuor partibus ſcientiæ ſi inquiſitor careat verũ nequit inuenire.

Semitæ ſapientiæ.

Philoſophia quid.

Quadriuium ſcientiarũ quale ſit.

Oculi: Animi.

Platonis epitaphiũ prę forib⁹ prę fixũ de Geometria.

[a Ariſt. lib. 2.& 5.] docuerũt. Lateque proſequitur a Ariſtoteles in ſuis Ethicorum libris & nos ſubſequenti capite repetemus. Hoc igitur quadriuium diſciplinarum mathematicarum, nedum ſacrę Theologiæ vtile; ſed & aliarum ſcientiarum omnium cognitioni, apprime neceſſariũ fore, nullus, iam eſſe poteſt, qui iure dubitare valeat.

De Arithmeticæ etymologia, definitione, diuiſione Origine & excellentia. Caput. X.

[Ars ſupputandi ab hebræis quomodo dicatur.] ARtẽ ſupputandi quã hebręi מְלֶאכֶת הַחֶשְׁבּוֹן Meleſceth haſcesbon dicunt, à verbo חָשַׁב b ſcaſau hoc eſt ſupputare vel computare. Græci ἀριθμητικὴ Arithmeticam ἀπὸ τοῦ ἀριθμεῖν, hoc eſt, annumerando dixere. Inde Grecæ ἀριθμὸς, Latinè numerus dicitur à verbo ἀριθμέω, ideſt numero. Chaldaicę numerus dicitur חוּשְׁבָּן ſcusban; c 2. Reg. cap. 24. 2. & d Exod. 30. 12. cum Hebraicæ חֶשְׁבּוֹן ſcesbon dicatur, Eccleſiaſtes. e 7. 28. cap. 9. verſ. 10. Et ſi venerabilis Beda f de numeris aliud exiſtimauerit, qui g tamen numerum, à nummo eiuſque frequentatione nomen accepiſſe tradit. Aut à Numeria Dea quæ authore D. h Augu. libris de ciuitate Dei, & Lilio Giraldo adnumerare docebat. Cuiuſque ſacerdotes, vti Beda nuper citatus ſcribit, retro verſis vultibus offerebãt, & poſt oblata munera, retro pergebant. Numeri apud præcitatos authores multiplex partitio, diuiſio quæ reperitur. Sed ſicuti ponderum & menſurarum duplex haberi ſolet apud Theologos conſideratio; (ſunt nanque pondera & menſurę ſacrę ad ſacram ipſam theologiam pertinentia; alia vero prophana, ad vulgi commertium adinuenta; Sicuti de ſiclo ſanctuarij & vulgi, alias traditur.) Ita etiam Arithmetici numeri, duplici ratione cenſendi ſunt. Vna ergo eſt formalis & myſtica, alia materialis ſeu

[b Pagni. Theſa. co. 821.]
[c 2. Reg 24. verſ. 2.]
[d Exod. 30. 12.]
[e Eccleſ. 7. 28. & 9. verſ. 10.]
[f Beda. li. de Arithmeticis to. 1. 1. pag 98. & d. pag. 113.]
[g Beda. to. 1. pa. 113.]
[h D. Augu. lib. 4. c. 11 to. 5. pag. 45. col. 2.]

ſeu vocalis,mercatoribus, prophanis que vſibus accommodata.Quam diuiſionē diſtinctionemque,ab antiquioribus comprobatam S. Thomę [a] authoritate lubenter confirmamus. Cui adiungi poteſt, illa proculi in timæū Platonis,ex Pythagoricis numeris,in quatuor rationes; diuiſio.Dum aliam vocalem vt in muſica & carminibus; aliam naturalem vti in rerum compoſitione,aliam rationalem; aliam diuinam conſtituit. Idem numerum ſemper exiſtere dicebat, alium tamen in voce alium in rerū proportione,alium in Anima,alium denique in diuinis. Numerum formalem,Pythagorici atque academici numerum rationalem dixere,ob formales & myſticas proportiones,myſteriorumque dimanationes, ex eo ipſo tā in naturalibus,quam in diuinis,& cæleſtibus defluentes. Numerum vero vocalem corporalem, materialem, ſiue litteralem,auaris,mercatoribusque relinquerunt. De hiſce formalibus numeris agunt noſtri theologi in primo ſententiarum,& D. Augu. [b] lib. de libero arbitrio, idem de numeris ſpiritualibus,perfectis, & in perfectis atque ſuper abundantibus in libris de Ciuitate [c] Dei agit, & nos inferius [d] repetemus. Porro de hac myſtica & formali arthmetica præter antiquiores iam citatos: videndus eſt Ludouic⁹ [e] Cęlius Rhodiginus in ſuis antiquitatum libris.Paulus quoque Scaligerus in ſuis miſcelaneis & catholico Epiſtomio,accedūt alij relati à Petro [f] Gregorio, & Illuſtriſſimus Cardinalis Aegidius qui de hac re ad Leonem decimum peculiarem librum deſtinauit. Et Auguſtinus Iuſtinianus Neobiēſis Epiſcopus in ſuis ſcholijs ad pſalterium. Adde Reuerendum Magiſtrū Patrem Guillelmum Hammerum in geneſeos cap. primum & Reuerendum Pręſulem Fratrem Hieronymum [g] Vielmium in libro ſex dierum,atque Pameliū [h] in adnotationibus ad D. Cypriani opera & ex profeſſo integro volumine myſticas horum numerorum ſignificationes vtiliter & diligenter proſequitur. R.D. Petrus ſuperius citatus.

[a] S. Tho 1. par.q. 30. arti. 3. in corp. & q. 47. arti.2. etiam in corp.

[b] D. Augu. lib.2. cap. 8. & 13. to. 1. pag. 278.& pa. 171.a. 1.& pag.9. b.i.

[c] Augu. to. 5.pag 133 a cū ſeq.

[d] cap.13.

[e] Lud. Cęl. Rhodi. li. 22. cap.6.

[f] Petrus Greg d.li. 15.ſyntax artis mirabilis.

[g] Hieronymus Vielmius.pag. 114.

[h] Pamelius pag. 342. col.1.

Definitio numeri. tatus. Difiniunt autem numerum, Iſidorus & Beda eſſe multitudinem ex vnitatibus cōſtitutam. Boethius [a] definit eſſe quantitatis aceruū ex vnitatibus profuſum. D. Petrus Bongo in præfatione ſua,ex Ludo.Cęlio Rhodigino,numerum eſſe rationalis fabricæ naturale quoddā pullulans principiū ait. Abrahā primum apud hebræos numerū inueniſſe, Iſidorus & Beda locis præcitatis aſſeuerant atq; Moſem: à quibus duobus, ipſum numerū ægyptij habuere. Apud Gręcos vero Pythagorā, ſicuti & apud Latinos Apuleium & Boethium, primos numerū docuiſſe aiunt. Præcitatus R.D. Petrus Bongo numerorum originem ad Moſem & chaldęos refert. Sed ea in inueſtigatione; longius, origo hæc deducenda eſt. Vnde videndus eſt Boethius [b] nuper adductus, qui ſic de arithmetica loquitur. Hęc enim cunctis prior eſt, non modo quod hanc ille huius mundanæ molis cōditæ Deus, primum ſuę habuit ratiocinationis exemplar, & ad hanc cuncta conſtituit, quæcumque. fabricante ratione per numeros, aſſignati ordinis inuenere concordiā. [c] Et iterum. Omnia quæcunque à primeua rerum natura conſtructa ſunt, numerorum videntur ratione formata; hoc enim fuit principale in animo cōditoris exemplar. Hinc etiam quatuor elemētorum multitudo, mutuata eſt, hinc tęmporum vices, hinc motus aſtrorum cælique conuerſio, quæ cum ita ſint, cumque omnium ſtatus numerorū colligatione fungatur, eum quoq; numerū neceſſe eſt, in propria ſemper ſe ſe habentem ęquali ſubſtantia permanere, eunque compoſitum non ex diuerſis. Hæc ille. Cui venerabilis Beda ſuperiori loco aſſentitur aſſerens, ex illo tempore ex quo factę ſunt creaturæ: hoc eſt ab origine mundi, numerorū rationē inuentā, exortamq; fuiſſe, ſicut in Geneſi legitur, & factū eſt veſpere & mane dies vnus. Tunc ergo dixit de nocte & die: Quando dixit Veſpere ideſt nox: & mane ideſt dies: de numero autem dixit, quando dixit dies vnus, ſic ſecundus, ſic ſextus, ſic

[a] Boethius lib. 1. de Arithme. cap 3.

Numeri inuenti à quo.

Apud latinos quis prim' numerū excogitauit.

[b] Boethius. d.lib.1.c. 1. pa.989.

ab Arithmetica cūcta per numeros cōſtituta.

[c] ca.2. pag. 990.

Numeri ab origine mundi inuenti.

ſepti-

ſeptimus. Iterũ de numero dixit Deus, quãdo de Sole & Luna pronũtiauit; & ſint inſigna & in tempora & dies & annos, quis enim poteſt intelligere dies & tẽpora, & annos niſi per numerũ? Hęc Beda. Vnde primus parens (vt ego puto) filijs nepotibusque, pingui quadã minerua, eã ipsã numerandi artem & philoſophiã primitus tradidit atq; oſtẽdit. Sicuti de omnibus alijs artibus, quibus ſane ille diuinitus inſtructus & imbutus fuerat; optimi authores etiam philoſophantur. Nec ideo inficias ibo, eaſdem omnes artes & diſciplinas temporum progreſſu ab alijs elegãtius & cumulatius auctas fuiſſe. Quæ pręcipua cauſa eſt, vt earum artiũ & diſciplinarũ adinuentionem atq; originẽ, varij varijs inuẽtoribus adſcripſerint. Atq; ideo Abrahamo illã ipsã numerãdi artẽ tribuere. Quem quidẽ ab ipſo Adamo & Noa per manus maiorũ, numerorũ diſciplinã habuiſſe ſuſpicamur. Moſi vero, qui à puero Aegyptiorũ Sapiẽtia (in qua pręcipua erat mathematica, eiuſq; pars arithmetica) initiatus fuerat: merito hęc adinuẽtio adſcribitur. Alij theatidi, ſiue Mercurio arithmeticę adinuẽtionẽ tribuerũt, vti teſtatur. Ludo. [a] Cæliꝰ Rhodiginꝰ in pręcitatis antiquitatũ libris. Alij Palamedi, quẽ primũ numerũ ad exercitum adnumerandũ (Frãciſcus [b] Philelphus lib. cõuiuiorũ & Polidorꝰ Vergiliꝰ de rerũ inuẽtoribꝰ) inueniſſe referũt. Hinc recte D. [c] Aug. in libris de doctrina Chriſtiana, ait, numerorũ diſciplinã ab hominibus ingenioſis, ſagacitate quadam, inueſtigatã atq; cõpertã fuiſſe, potiꝰ quã inſtitutã. Quę ſane referẽda ſunt ad varias haſce quas diximus, varijs in locis authorum inuentiones. Pro comperto igit habẽdũ cenſeo numerorũ inſtitutionẽ cũ orbe ipſo incœpiſſe, atq; deinde primũ parentẽ numeros omnes tã Cardinales, quã ordinales poſteris demoſtraſſe. Hęc de numerorũ origene. Ludo. [d] autẽ Cęliꝰ Rhodiginꝰ ſuperiꝰ citatus. Dignitatẽ & excellentiã numerorũ extollẽs ſic ait: Hoc tñ nec itẽ pręteriero rationalis fabricę naturale quoddã pullulans principium

Adã primꝰ numerãdi artẽ docuiſſe conſtat.

Mercuriꝰ author numerandi, habitus.

a Lud. Cæl. Rhod. lib. 22. cap. 25 in fin.

b Franciſcꝰ Philelphus li. 1. pag. 18.

c D. Augu. lib. 2. ca. 6.

d Lud. Cæl. Rhod. cap. 6. ſub finẽ.

Numerus rationalis fabricę naturale principium

Numerus explicata ratio.

principium dici, ac eſſe numerum. Quippe mentis expertia vti bruta, non numerant. Nec aliud eſt numerus quam explicata ratio, ea tenus autem principiũ eorum quæ a ratione attingunrur numero cõprobatur, vt ſublato eo, reliqui futurum nihil, ratione colligatur. Nec aliud omnino eſt per numerorum rationem quippiam explicare, quam ratione ipſa vti; atque in ſui naturali, ſupremaque ſimilitudine cuncta figere: Vti Deus infinita mens in coæterno verbo, rebus eſſe cõmunicat. Nec numero eſſe quicquã poteſt prius, cũcta enim ab ipſo, alia ipſum fuiſſe neceſſario affirmant. Diuina ſiquidẽ virtutem exeuntia ſimpliciſſimam; ſuo profecto ſunt modo compoſita, nec vlla citra numerum concipi valet compoſitio. Ex ſe ipſo autem conſurgit numerus, quando ex tribus connexis cooriri debet ternarius alioquin non magis ternarius eſſet, quam ſi ſeorſum parietem, ſeorſum tectum, atque item domus conſtrueris fundamenta & domicilij tamen concipias formam. Porro an menti ſimilius ex cogitari poteſt quippiam? Nonne ternarij vnitas ternaria eſt; ternarij æqualitas; ternaria item? Sed & ternarij connexio, ternaria eſt. Igitur numeri eſſentia, mentis exemplar eſt primum. Hæc ille. Ex quibus perſpicue conſtat, eſſentiam numeri ab ipſo diuinæ mentis exemplari, deductam, rebuſque omnibus communicatam fuiſſe. Eſt itẽ in intellectu primo numerus Idearum ratione formali rerũ inter ſe differentiũ: ſi modo per eas intelliguntur & fiuntformæ rerũ re ipſa diſcrepantiũ ſiue differentiũ. Hæc idẽ. Hinc recte Pythagoras ille [a] ſapientiſſimus, omnia ſub numero, & menſura à ſummo opifice procreata docebat, atq; ſingulis rebus, numerũ, ſingulas virtutes impartiri. Cuius ſententiam communi omnium calculo laudatam approbatam que video. Imo & Plato ipſe, numeros, menſuras, ſolidaque, in medium adducẽs, omnium rerum naturalium ſpecies & formas ſubſtantiales, quas numeris. Ariſtoteles comparauit; per ipſos met

Numero nihil pri⁹.

Numerus mente ſimilis.

Ternaria vnitas & æqualitas & connexio.

Numeri Idearum in intellectu primo

a Vide Ariſto. 4. Metheor c. 1.

Formę ſubſtantiales numeris comparantur.

numeros

numeros diſtribuebat. Per menſuras namque inſtrumentales, certasque figuras, vel magnitudines, certis ſpeciebus accommodatas intelligebat; per ſolidas autem, qualitates quæ actionibus momentum præſtant. Adde tamē his alia, ex Platone & veteribꝰ per Eugubinū [a] lib. 4. de perēni philoſophia optime adducta. Vnde Philon [b] in libro allegoriarū legis; circa illud caput primū Geneſeos, Vbi de ſenario & ſeptenario mentio fit, ſic diſcurrit. Vult igitur iudicare propheta tum mortalia, tum incorruptibilia genera, ex proprijs cōſtitiſſe numeris. Mortalia (vt dixi) ſenario, metiēs. Beata vero & fęlicia ſeptenario, Hęc philon. Sed quid mirabimur Pythagoram & alios, omnia ſub numeris cōſtituta crediddiſſe: cum id ſicuti & alia quā plurima, ex ſacra noſtra ſcriptura eos mutuaſſe certo certius ſit. Sapientiæ, [c] ergo cap. 11. verſ. 21. ita legitur: Sed omnia in menſura & in numero, & pondere diſpoſuiſti. Ita ſane eam authoritatē ad hanc numerorū ordinatā proportionem omnes frequentiſſime vſurpāt. Poſſet tamen quiſpiam non abſurde Locum illum introſpiciens, aduertere: Sapientem, ibidem ſolum agere voluiſſe, de rectitudine illa diuini iuditij omnibus numeris abſoluta circa punitionem atque vindictam Idololatrię, cuius proportionem & exactam rationem vt oſtenderet dixit; omnia D. Opt. Max. in menſura, numero & pondere diſpoſuiſſe. Nam licet omnipotentis Dei, omnipotēs manus, poſſet eos aliter punire: nihilo tamen minus, vt hanc rectitudinem ſuam, atque in puniendo proportionem manifeſtaret, peſtilentibus mutorum animalium morſibus, quos ipſi idololatrę pro dijs relicto contemptoque vero Deo, collebant venerabantur, punire voluit. Vt ita quidem per ea, per quæ quis peccat, iuſte & proportionabiliter puniatur. Quod ipſamet teſtatur ſcriptura Heſa. [d] 1. verſ. vlt. Ezech. [e] 23. verſ. 9. & verſ. 49. Deutero [f] 25. verſ. 2. Eximiam ergo hanc Iuſtitiæ rectitudinem punitionis, & arithmeticam vindictæ proportionem.

[a] Eugub. cap. 12.

[b] Philon pag. 28.

Mortalia ſenario ſignificantur. Immortalia ſeptenario.

[c] Sapi. 11. 21. explicatur.

Rectitudo exactiſſima Dei in puniendis Idololatris.

[d] Heſa. ver. vlti.

[e] Ezechiel. 23. 9. & verſ. 49.

[f] Deut. 25. verſ. 2.

portionem, Sapiens cõmendans dixit; Deum omnia in menſura, numero, & pondere cõſtituiſſe. Scio. D.[a] Aug. eam ipſam authoritatem, ita accepiſſe, vt etiam aſſerat; omnia à Deo condita, numerum, pondus & menſuram habere, cui vtiliter. S.[b] Thomam adiunges: Hinc diuinus ille Plato, mirabilem diuini artificis fabricam à numeris exordiens, Sapienter exiſtimauit, nihil diuinis rebus familiarius, & humanis etiam nihil magis domeſticum, quam numerorum arcana. Ex quibus quidem in diuinis, & humanis idem, Plato ſtudioſe deſumebat tres medietates, ſeu proportiones, quas vniones contentiuas alij dicunt; vt potè vniuerſi ordinem colligentes, conglutinanteſque. Vnde merito Timęus eaſdem proportiones vincula nominauit, eo quod vna quoque ipſarum liget & vinciat. Hæc vero ſunt Arithmetica, Muſica, & Geometria. Eas vero proportiones, non ſolum in Deo conſiderabat, Plato, in quo identitas omnium rerũ in eo exiſtentium muſicæ reſpondet proportioni. Alteritas rerum productarum Arithmeticę, Alteritatum vero vnio geometriæ: Sed etiã in animæ ſubſtantia atq; reipublicæ gubernatione, eaſdem ſibi locum vendicare arbitratur: Anima namque eadem in re exiſtẽs, multiplex in potentijs, & ſibi ipſę iterum collecta, vel vt apertius dicamus, eadem in ſuo opificio exiſtens, multiplex in ſe & perpetuo ex ſua natura ad vnionẽ, cum eodem ipſo opifice habendam propẽſa, Muſicas & Geometrias proportiones complectitur. Qua etiam ratione obſeruata, in ciuitatibus & republicis, diſtributiua iuſtitia, maiora maioribus, minora quoque minoribus, iuxta hanc ipſam harmoniacam proportionem tribuens, Arithmeticã numerationẽ ſeruat. Aequando autem & colligendo, vnionem geometricam pręſtat. Nec aliud intelligere voluere veteres illi gręcorum vates, vti videre eſt apud [c] Lilium Gregorium Giraldum in hiſtoria de Dijs genitum, cum Themide deæ, tres filias Eunomiam, nempe, cuius ſimulachrum

[a] D. Augu. lib 6. de Trinit. & natu. boni. ca. 3. & 37. cũ ſeq. to. 6. pag. 129. col. 2 & 231. co. 1. vbi modũ ſpeciẽ & ordinẽ rerũ conſiderat. Idẽ de geneſi ad litterã lib. 4. ca. 3. cũ ſeq. to. 3. pa. 217. col. 2. & li. 2. ſententiarũſẽhia 18. tom. 4. pag. 419. col. 1.

[b] S. Thom. 1. par. q. 41 ar. 7. & q. 45. ar. 7. & q. 5. art. 5.

Anima.

Deæ tres quid ſignificent.

[c] Lil Giral. Syntag. 25. pa. 431 cum ſeq.

lachrum erat geometria, ad vnionem conducens, & alia filia Dicę, dicta, cui muſicam idẽtitatem & iuſtitię œquabilitatem: tertia vero Irenę cui arihtmeticam tribuerunt. Irenæ nanque ad pacem deducit, pax etenim gręce εἰρήνη dicitur. Vnde Marcianus noſter olim Iure conſultus alijque eiuſdem claſſis anteſignani, [a] Irenarchas; eos qui publicorum munerum functionibus pręficiebantur, appellarunt. Qua etiam ratione pacis præpoſiti dicebantur. Quorum meminit D. [b] Augu. in epiſt. ſuis, & doctiſſimus Andreas [c] Alciatus in commentarijs ad titulum de noui operis nuntiatione, atque in parergorum libris idem [d] etiã vidẽdus cum Othomano. Briſonio, atq; Platæo in libris de verborũ ſignificatione atq; de verbis iuris. Hic tamen illud eſt admonendũ, numerum de Deo Opti. Max. dici, non prout eſt in rebus numeratis; ſic etenim Pater nõ eſſet tantũ quãtum tota Trinitas, cum duo homines ſint pars, trium & vnus duorũ, ſed dicitur quidem, prout ipſe numerus abſolutus & ſimplex eſt in intellectu, ſic namq; Pater tantũ eſt quantũ tota Trinitas, & filius & Spiritus Sanctus, vnuſquiſq; tantum eſt quantum tota Trinitas; vti ſapienter S. [e] Thom. docet quem optime explicat perdoctus Magiſter [f] Michael de Palacios in ſuis diſputationibus, ad quæ reducenda ſunt, quę D. Augu. [g] ait, loquens de Deo, quẽ aſſerit eſſe numerũ ſine numero, à quo eſt oĩs numerus & eſſe menſurã, ſine menſura à quo eſt omnis mẽſura, & deniq; põdus ſine pondere, à quo omne pondus. Numerũ autẽ & ſapientiã & incommutabilẽ veritatẽ, idem eſſe. D. [h] Aug. in præcitato libro de libero arbitrio oſtendit. Explicãs etiam rationẽ quare homines ſapientiam plus ament, quam numeros. Vnde Triſmegiſtus in pymandro 4. Deũ Monadẽ eſſe dicebat. vnitatẽ, illã quæ eſt principiũ oẽm numerũ continens, à nullo cõtenta. Et Pſellus ſic ait: vnitas numer⁹ eũ

non

[a] in l. 6. d cuſto. reorũ & in l. vlti. D. de muner. & honoribus & in l. vnica C. de Irenarchis lib. 10.

[b] D. Augu. Epiſt. 159 & 160.

[c] Andr. Alcia. l. nõ ſolũ § morte n. 4. D. de nou. oper.

[d] Andr. Alcia. lib. 11. pareg. cap. 3.

[e] S. Thom. 1. par. q. 30. art. 1. ad 4.

[f] Michael. de Palacij in 1. di. 24 diſp. vnica

[g] D. Augu. relatus à Beda iqq. in Geneſim to. 8. pag. 112. ſub finem. Idem Augu. to. 5. pag. 57. d. 2. & lib. 2. de libero arbitr. cap. 11. tom. 1. pag. 280. col. 1. & to. 8. pag. 695. cum ſeq. & 134. cap. 2. & 142. & 62.

[h] Idẽ Augu. to. 8. d. pag. 695. cum ſeq.

non ſit, numerorum tamen procreatrix eſt finis, Radix & cauſa multitudinis omnis expreſſaq; Dei imago, quæ cum rerum naturalium nulla ſit, eſt tamen rerum naturalium effectus. Hinc iterum, illas decem ſephiroth ſiue decem numerationes, à Kabaliſticis adinuentas, quas ſuperius cap.6.7. ſub finem refutauimus, irrefragibilius adhuc confundes, & refutabis.

Decē Sephiroth ſiue numerationes hebręorū vanę.

De vtilitate numerorum ad exactiorem ſcripturæ ſacræ intelligentiam. Cap. X.

Numeri ad ſcriptura neceſſarij.

CVM ergo inter mathematicas diſciplinas, Arithmetica vti primaria, primarium occupet locum: non longe ab hoc noſtro inſtituto erit ex his quę prędiximus conijcere, quantam vtilitatem numerorum cognitio: ad Sacram Scripturam exactius intelligendam, complectatur. Quamobrem vt facilius hæc noſtra ſentētia theologis omnibus perſuaderi queat. Opere pretium erit omnes Diui [a] Auguſtini ſententias hoc in articulo in medium proferre. Ille igitur in libris de doctrina Chriſtiana, numerorum incuſans imperitiam ait, eam cauſam fore vt quam plurima trāslate & myſtice minimè, vt deceret, intelligerentur, obidque eorum abſtruſa atque recōdita ſcripturę myſteria, vix eſſe aſſequuta. Idem [b] Auguſt. in libro de ordine ſic ait: At ſi in ratis dimenſionibus ratio eſt; nunquid nam & aues, quod fabricant minus apte congruenterque dimenſum eſt? imo numeroſiſſimum eſt. Non ergo numeroſa faciendo, ſed numeros cognoſcendo, melior ſum. Quid ergo illæ neſcientes operari numeroſa poterant? poterant profecto. Vnde id docetur? ex eo quod nos quoque certis dimenſionibus linguam dentibus & palato accomodamus, vt ex ore litterę ac verba prorumpant, nec tamen cogitamus cum loquimur, quo motu oris id facere debeamus. Deinde quis bonus

[a] D. Augu. lib.2.cap. 16. to. 3. pag. 14.& cap.38. pag.19.

[b] D. Augu. lib.2. cap. 19.tom.1. pag. 211. col. 1.

Numeros cognoſcēdo melior

bonus cantator,etiam ſi muſicæ ſit imperitus, non ipſo ſenſu naturali & Rhythmum & melos perceptum memoria cuſtodiat in canendo? quod quid fieri numeroſius poteſt? Hoc neſcit indoctus,ſed tamen facit operante natura. Quando autem melior,& pecoribus pręponendus? Quando nouit quod facit? At nihil aliud me pecori pręponit,niſi quod rationale animal ſum. Quomodo igitur immortalis eſt ratio,& ego ſimul & rationale & mortale quiddam eſſe definior? An ratio non eſt immortalis? Sed vnũ ad duo,vel duo ad quatuor veriſſima ratio eſt. Nec magis heri fuit iſta ratio vera quã hodie:nec magis cras, aut poſt annum erit vera. Et Paulò inferius: Gradatim enim ſe & ad mores vitamque optimam non iam ſola fide,ſed certa ratione producit. Cui numerorum vim atque potentiam, diligenter intuenti,nimis indignum videbitur,& nimis flendum per ſuam ſciẽtiam verſum bene currere,citharamque concinere & ſuam vitam, ſeque ipſam,quę anima eſt,deuium iter ſequi,& dominante ſibi libidine,cum turpiſſimo ſe vitiorum ſtrepitu diſſonare, cum autem ſe compoſuerit & ordinauerit,ac concinnam pulchramque reddiderit, audebit iam Deum videre, atque ipſum fontem, vnde manat omne verum ipſumque patrem veritatis. Hæc D.[a] Aug. Idem de libero arbitrio: Imo [b] multa, inquit,eſſe video:è quibus vnũ cõmemorari ſatis eſt: quod ratio & veritas numeri omnibus ratiocinantibus pręſto eſt,vt omnis eam computator ſua quiſque ratione, & intelligentia conetur apprehendere, & alius id facilius, alius difficilius poſſit, alius omnino non poſſit, cum tamen ipſa æqualiter omnibus ſe præbeat valentibus eam capere,nec cum eam quiſque pręcepit, in ſui præceptoris quaſi alimentum vertatur atque mutetur. Et rurſus. Non enim ſi ſenſu corporis percepi numeros, idcirco etiam rationem participationis numerorum, vel copulationis, ſenſu corporis percipere potui, & quidquid ſenſu corporis tango veluti eſt hoc

Ratio numerorum immortalis.

[a] lib. 2. cap. 8 pag. 278 col. 1. to. 1

[b] Aug. li. 2. cap. 8. pa. 278. co. 1. tom 1.

Numeri ratio & veritas ratiocinãtibus omnibus cõmunis.

Quandiu ſũt futura neſcimus. Numerus fuiſſe ſemper,ſcimꝰ

a D. Augu. lib.2.cap. 16. pag. 282 co.2. tom. 1.

Formę ex numeris.

Artifices oẽs habẽt numeros.

Per formã exteriorem ad interiorẽ lucẽ peruenitur.

Saltatio non ſine numeris.

b D. Augu. lib.2. cap. 36 pag.19 col.1. in fine, & 2. in pri.to,3.

hoc cælum,& hæc terra,& quæcunque in eis alia corpora ſenſio quandiu futura ſunt neſcio. Septem autem, & tria decem ſunt: & non ſolum nunc, ſed etiam ſemper. Nec vllo modo Septem & tria non fuerunt decem, aut aliquando ſeptem & tria non fuerunt decem. Hanc ergo incorruptibilem numeri veritatem,dixi mihi & cuilibet ratiocinanti eſſe cõmunem. Idem [a] Aug. eodem lib. de libero Arbitrio,intuere cælum,ait,& terram, & mare, & quęcunque in eis,vel deſuper fulgent, vel deorſum repunt,vel volant,vel natant,formas habent, quia numeros habent; adime illis hæc,nihil erant. A quo ergo ſunt, niſi a quo numerus? Quandoquidem tantum illis eſt eſſe, in quantum numeroſa eſſe. Et omnium quidem formarũ corporearũ artifices homines in arte habent numeros, quibus coaptent opera ſua;& tandiu manus atque inſtrumenta infabricando mouent, donec illud quod Formatur foris, ad eam quæ intus eſt lucem numerorum relatum,quantum poteſt, impetret abſolutionem, placeatq; per interpretem ſenſum,interno iudici ſupernos numeros intuẽti. Quęre deinde artificis membra qui moueat, numerus erit,nam mouentur etiam illa numeroſe. Et ſi detrahas de manibus opus, & de animo intentionem fabricandi,motuſque ille membrorum ad delectationem referatur, ſaltatio vocabitur. Quęre ergo quid in ſaltatione delectet, reſpondebit tibi, numerus: ecce ſum. Inſpice iam pulchritudinem, mobilitatis in corpore, & numeri verſantur in tempore. Intra ad artem vnde iſti procedunt,quære in ea tempus & locum, nunquam erit, viuit tamen in ea numerus: nec eius regio ſpatiorũ eſt, neque ætas dierum,& diſcendę arti tamen, cum ſe accõmodant,qui ſe artifices fieri volunt,corpus ſuum per loca & tempora mouent,animum vero per tempora,acceſſu quippe temporis peritiores fiunt. Idem D. [b] Aug. poſtea quam in libris de doctrina Chriſtiana monet, vt ad Sacram Scripturam,aptius intelligendã,peculiaris ratio

habea-

habeatur, nominum, temporum, locorum, Animalium, herbarum, Arborum, atque Metallorum, de numeris in hunc modum ſcribit. Poteſt etiam de numeris fieri, vt eorum tantumodo numerorum expoſita ratio conſcribatur, quos diuina Scriptura meminit. Quorum aliqua, aut omnia forte iam facta ſunt. Sicut multa quæ à bonis doctisque Chriſtianis elaborata atque conſcripta arbitramur, non inuenimus: Sed ſiue propter turbas negligentum, ſiue propter inuidorum occultationes latent. Vnde [a] regulam illam Ticonij de legitimis Sacræ ſcripturæ numeris approbat. Et in pſalmorum [b] enarratione myſteria quam plurima, ad ſacros numeros pertinentia allegorice proſequitur. Et cum de nepotum Iacob numero agit, in quæſtionibus in geneſim ita docet. Hæc omnia quæ indiſſobulia videntur, magnam continent ſine dubio rationem. [c] Sed neſcio vtrum poſſint cuncta ad litteram conuenire. Præcipue in numeris, quos in ſcripturis eſſe ſacratiſſimos, & myſteriorum pleniſſimos; ex quibuſdam quos inde noſſe potuimus, digniſſime credimus. Venerabilis vero Beda, [d] libro de numeris Arithmeticis, & in dialogo de computo, numerum inter quatuor partes ſcripturæ, oppido quam neceſſarias, neceſſarium quoque ad ipſam, enumerat. Diuum præterea Hieronymum [e] in epiſtolis, referunt, dicentem, magnam in eſſe in numeris vim ad plura myſteria ſcripturæ intelligenda. Alias patrum authoritates, require a perdocto & diligenti Magiſtro Martino [f] Martinez in ſuo hypotip. Conſonat ſuperioribus, vetus illud axioma Babiloni) Auenzoaris, Platonis, themiſtij, Pythagoræ, & aliorum veterum, quo ſane tradidere neminem abſque numerorum peritia recte philoſophari poſſe. Sed & ex recentioribus Ludouic. [g] Cęlius Rhodoginus in ſuis antiquitatum libris, illorum veſtigijs inharendo, inter omnes liberales artes, & theoreticas ſcientias, præcipuam &

Nominũ tẽporũ arborũ, &c. neceſſaria cognitio ad ſacram ſcripturã.

Numerorũ quorũ ſcriptura memin t ratio habenda eſt.

a D. Aug. li. 3. de doctri. Chriſ. c. 35. pag. 27. col. 2. to. 3.

b D. Augu. Pſal. 49. to 8. pag. 190. col. 2

c Aug. lib. 1 qq. ſuper geneſ. ca. 152. tom. 4. pag. 52. col. 1. C.

d Beda pag. 98. to. & 111.

e D. Hiero. epiſ. 1. to. 1.

f Mart. Martinez lib. 6. cap. 6. & lib. 10. regul 43. & 47.

g Ludo. Cęlius Rho. lib. 22. c 6

Numerorũ ſciẽntia præcipua & maxime diuina inter liberales artes.

maxime diuinam, numerorum ſcientiam reputauit. Cuius verba commemoratione profectò digna lubẽter hic ſubijciemus. Cæterum (inquit) id comprobare qui poteſt, ſi eam numerandi peritiam accipias, in qua vel negotiantium, vel negotioſiſſimus quiſque eſt, ita pręſtat inprimis? Quid ergo præter cæteros illi norunt? Scientia omnino fuit hæc, extra quam plerique vel opinentur, vel ſciant certè mira: imoque noſtra tempeſtate minus pertrita. Quinimo occluſa adeo, vel vt ſanctius arcanum, vt qualis ſit, ne ſuſpicentur quidem, aut vix attingant pauci. Quod nequis ambigat, ſcitatur Plato, cur ſit homo animal ſapientiſſimum: ſuppingit mox reſponſum. Quia, inquit, numerare nouit. Et rurſum, in epinomide: opus, inquit, eſt numeris, non his qui corpus habent, ſed qui omnem páris, imparisque generationem atque virtutẽ, quam ad perficiendam, cognoſcendamque rerum naturam conferunt. Hæc Rhodiginus. Allucinantur ergo maxime, opinantes, Platonem, Ariſtotelem, & alios, numerorum vocalium & ſenſibilium peritia, hominem animantibus præpoſuiſſe. Quorum de numero eſt Reuerendus Pater Chriſtophorus Clauius Bambergenſis in pręfatione epitome practicæ Arithmeticæ. Nec mihi ſolum eius opinatio diſplicet; ſed & etiam eruditiſſimo Goropio [a] Becano, quem poſtquam hæc ſcripſeram, in ſua harmathena doctè affirmantem legi: veram Arithmeticam non eſſe eam quę ementibus, & vendentibus conducit, nec eam qua ſapientes fiunt, hanc namque ſcientiam numerandi nihil Socratem facere; ſed eam qua vnum ipſum in omnibus quærit. Cuius conſideratione animus conuertitur, ad eius quod ſolum reuera eſt, contemplationem: quam diſciplinam homini neceſſariã eſſe dicit, vt e fluctibus generationis emergat, & ipſam eſſentiam attingat, ſiue qua computare ratiocinarique, pro eo ac decet, nemo poteſt mortalium. Huiuſq; ſolius beneficio efluxis rebus, in quibus nulla eſt conſtantia, mẽs

noſtra

Numerus negotiatorum.

Homo Animal ſapientiſſimum cur? Numerorum ſcientia diuina quæ.

Hominẽ animãtib9 prępoſitũ obnumerãndi peritiam, quomodo ſit intelligendum

[a] Goropius Becanus lib. 4. pag. 88.

Arithmetica vera quæ ſit.

Contẽplatio vera, diſciplina homini neceſſaria.

Cõputare & rationari nemo põt ſine diuinę eſſentię contẽplatione.

noſtra aſcendit ad ipſius vnius conſiderationem, ſummum totius philoſophiæ caput continetur. Hanc igitur aſſerit eſſe illam Arithmeticam, qua ad ſapientiam via ſtruitur. Quam cum Horatius è ſeptimo de Republica libro, hauſiſſet, alteri plebeæ & vili Arithmeticæ comparauit. Hanc quidem, inquiens, à vulgo laudari, & ſummo in pretio haberi, adeoque, eos qui ad ſummã pecuniæ in tabulis rationibus ſuis colligendam ſapientes ſunt, ſolo Ioue minores videri, denique reges eſſe regum. Illam vero ſibi iam ſeneſcenti diſcendam proponens, è qua, iuxta ueniam puerorum, verus rex fieret, recte faciendo, quærendoque, veras diuitias & ſtabiles quibus animus confirmatus, non vagetur, veluti protheus quidã, modo in hanc, modo in illam tranſiens formam, ſed in vno ſibi ſemper conſtet, atque vere de ſe dicere poſſit: Quid verum ac dicens quæro, & rogo, & omnis in hoc ſum. Eleganter admodum ad illam Arithmeticam poætam alluſiſſe ait, per quam Plato nos participes fieri, dixit veræ eſſentiæ, quod in hoc verſu expreſſum videmus. Quis enim alius perpetuo conſtans, quis vagis mundi animique ſuis motibus ſuperior? Quis vere rex & imperator ſui ipſius, quis demum ex omni parte fælix & beatus, niſi is qui totus eſt in veri conſideratione? Ad hanc autem cum per Arithmeticam veram Socrates homines deducat, eaq; dicat, rectũ ad id quod vere eſt, aſcenſum fieri, non vulgari profecto, aut leui de cauſa, finem vocari idiomate cimbrico Telot, id eſt numerationis caput, ad quod tanquam ſummum bonorum finem, non tamquam ad ſummam pecuniæ, oẽm totius vitæ noſtræ calculum ſubducendum eſſe Goropius affirmat. Hanc igitur ille exiſtimat, eſſe græcæ vocis è prima lingua veriſſimam interpretationem quæ vnum quod eſt omnium finis, caput numerationis appellat. Platonẽ itẽ, in eo libro quem legum appendicem, ſiue corollarium, nuncupauit. ita de ſapientia ſcripſiſſe refert,[a] vt eam to-

Arithmetica vera mentẽ noſtrã ad vnius cõſiderationem eleuat.

Horatius de duabus arithmeticis, vili & nobili.

Sapientes falſo reputatur qui ſummas pecuniæ in tabulis deſcriptas deligẽter colligũt.

Rex imperator, dñs ac vere beatus quis ſit.

Telot linguę cimbricę numeratiõis caput interpretatur.

Telos vox græca. Vnde vere deriuetur.

a Becanus lib. 8. Armeth. pa. 200.

Sapientia ex platone ſola numeratione perficitur.

Arithmetica primas vires hét ad animū in altum tollédum.

tam ſola numeratione perfici concludat. Atque in Sophiſta qui de ipſo, quod eſt diſſerit, nihil aliud ipſum Platonem facere, quam docere numerare. Et in libro ſeptimo de republica: Arithmeticam ſic laudare: Vt eam dicat primas vires habere, ad animum in excelſum tollendum. Quod nomenclatorem ſuum, multis ante ſeculorū voluminibus a ſpiritu præceptore ſuo edoctum: paruula vocula & eaquidem trilitera conſignaſſe ait. Sed tali tamen vt ex ea mox intelligatur, omnia ſic numeráda eſſe, vt numeratione eorū ad ipſum altiſſimū ducamur. Quid enim aliud eſt, inquit, Tel, quam tehel, ſiue teel, & de quo alibi plura. Hæc Goropius becanus, cuius raciocinatio atque diſcurſus, & ſi eo peculiari morbo laboret quo cætera ſua, ad maternæ linguæ, archetypum, vniuerſa reducere ſtudens: Verā tamen Arithmeticæ laudem ex propria priſcorum mente, prẹſtantiſſime attingit. Vnde iam luce meridiana clarius videmus, quantum vtilitatis & emolumenti Arithmeticẹ cognitio theologicis tractationibus afferat.

De Arcanis litterarum. *Cap: XII.*

Similitudo litterarum & pūctorum.

HEbræi litteras ſuas corpori, puncta animæ comparárunt. Ipſa namque puncta, litteras (ſicuti corpus anima) mouent & informant. Et ſine ipſis litterẹ quidem imperfecte remanent. Vnde Elias germanus cantico tertio ita canit. נִמְשְׁלוּ הָאֹתִיּוֹת לְגוּפִים אֵלֶּה עֲשָׂרָה לָהֶן נְשָׁמוֹת Hoc eſt, Comparantur litteræ corporibus, iſte vero decem, (ſupple vocales) ipſis nempe litteris ſunt animæ. Apices autem & accentus, ſpiritus, ſignificare tradunt, atque fontes ſuperiores, ex quibus dimanant. Hæc tamen, littera, punctus, accentus, & apex (vti quidam aſſerunt) legem viuam conſtituére videntur: iuxta illud D. [a] Paul. ad Hebr. 4. verſ. 12.

Lex viua.

a ad Hebr. 4. 12.

viuus

viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax. Sed ſicuti hæc litterarum conſideratio Rabinorum inuentum eſt, quod nullo quidem Scripturę fulcimento innititur: ita etiam aſſerere Legem inde vitam ſuam habere, ineptum & ſuperſtitioſum iudicari debet. Nam lex ante puncta; viua quidem, etiam quoad prolationem & lectionem erat. Quoad ſpiritum vero vitam & efficaciam obtinebat ab ipſo diuino ſpiritu, quo locuti ſunt ſancti Dei homines. Atque ideo ſermo Dei in animis audiētium charitatē, & alios ſprituales effectus ingenerat: ἐνεργὴς enim in eo verſu 12. Poſitum, deducitur à verbo græco ἐνεργάζομαι, quod ſignificat ingenerare & efficere. Id quod ſignificantiſſime Syriaca interpretatio expreſſit dicens; Viuus eſt enim ſermo Dei, & omnino efficax. De qua efficacia præter noſtros vide Philonem [a] libro allegoriarum legis, & in libro quis Hęres diuinarum rerum, & de transmigratione Abrahæ. Sed vt ad litteras reuertamur, Picus Mirandula, quem probat Lilius Giraldus [b] in Hiſtoria Poætarum dialogo primo, tradit; veteres eas in ſtellis inueniſſe, & ea de cauſa ipſa litteraria elementa plura complecti ſignificata; atque tres primas alphabeti litteras, elementaria principia, terram, aquam, & ignem, ſignificare, & ſeptem litteras Begad Chephat, quas duplices dixere, non propter formam, ſed ob prolationem [c] quarumq; ſuperius meminimus, planetis ſeptem comparauit. Reliquas vero litteras, quas ſimplicis & vniformis prolationis etiam dicunt, duodecim ſignis Zodaici tribuit. Cæterum vnde nam hæc Mirandulani ocioſa ſubtilitas ſolidum veritatis robur obtineat, ab eruditis viris prorſus ignoratur. Qui lubenter fatentur haſce litteras, quibus diuina eloquia conſcripta & exarata ſunt, Sacras eſſe, pluresque ſignificationes, & arcana Myſteria continere vti ex varijs authoribus præcitato libro primo capitulo quarto retulimus. Sed eas elementis commiſcere; ad planetarios curſus tra-

Sermo Dei viuus & efficax.

Lex vnde vitam & efficaciā naſcitũr contra rabinos.

De efficacia verbi Dei.

a Philo. pa. 63. & 329 & 266.

b Lilius Giral. pag. 9. nu. 29.

Litteræ ſtellis & planetis cōparant.

c lib. 1. cap. 16.

Picus Mirandula. confutat.

Litteræ ſcripturæ ſacræ ſũt.

here, & in ipſo denique Zodiaco duodecim ſignorum, collocare : poætarum fictio potius eſt cenſenda, quam vera ſynceraque traditio. Et eo magis, cum myſteria hebræorum ex litteris deſumpta, non ita facile & indiſcriminatim admittenda ſint. Eo quod plura illarum vana & fabuloſa ſatis, & ex ipſo hæreſum furfure conflata fuiſſe conſtet. Qua in re vltra ea quæ ſuperius cum Genebrardo [a] ſcripſimus, addenda ſunt mirifica illa verba. D. [b] Gregorij Nazianz. contra myſteria gentilium: quæ proprie quidem, & accommodate, de eiſdem Rabinorũ myſterijs dici poſſunt. Quorum ego (inquit) ceremonias omnes, & myſteria meras nugas eſſe cenſeo, tenbroſumque dęmonum inuentum, ac perditæ mentis figmentum, temporis ope, ac pręſidio fultũ, & fabulis furtim obtectum. Hęc Naz. Vnde ea tantum myſteria litterarum quæ theologiæ ſacrę minime aduerſantur, tollerari permittique, ſtudioſitatis gratia poterũt. Ac proinde vt ſtudioſi videant, & intelligant, qualiter ſe ſe habeat, elementaria hęc obſeruatio, ex cuius penu Sixtus Senenſis multis ſuam inſtruxit & ornauit bibliothecam, eam omnem ad duo capita reducens: Nos Ad tria capita melius reducemus. Nempe ad litteras dictionum, ſecundo ad numeros, tertio ad permutationem litterarum, variaſque ipſarum figuras diſpoſitionesque. Prior igitur modus verſatur circa litteras dictionis, vnā quāque illius litteram accipiendo ſiue ex principio, Medio, aut ex fine eiuſdem dictionis, quem modum notericon vulgo appellant, id eſt litteram dictionis ſignificatiuam. Hoc autem verbum in Sacra Scriptura minime reperitur, ſed apud Rabinos quibus, illud frequens eſt. Componitur ex duabus dictionibus, Notar, & tetkum, ſignificantibus, conſernare dictionem ſiue figuram. Elias leuita exiſtimat eſſe verbum Græcum, Guidone Fabritio in ſuo ſyro Chaldaico dictionario referente & comprobante, Dictione נוטר Notar. Huius modi eliciendi myſte-

[a] Genebr. I ſua chronograph. pag. 168. ſub finem

[b] D. Greg. Naz. orat. 39. pag. 817.

Tres modi elicien di arcana ex litteris

Notericō, quid & vnde dicat.

myſteria ex litteris dictionum, præcipuum atque tritum exemplum illud proponi ab omnibus ſolet, quod geneſ. 1. verſ. 1. habetur. ibi בְּרֵאשִׁית בָּרָא Vnde Sixtus Senenſis & Reuerendus Pater & Magiſter Hamerus in eodem capite, poſt alios quam plures, ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, atque plura alia arcana deducunt, ita vt reſolutione litterarum facta, ſenſus occultus in hunc ſe modum habeat. Pater in filio, & per filium, principium & finem, ſiue quietem creauit, caput magni nominis fœdere bono. Quæ quidem vtcunque ſe habeant, nihil noſtris vt aiunt, luminibus officiunt, nec veræ theologiæ repugnāt. Imo vero, vti Hamerus loco nuper adducto multis rationibus oſtendit. D. [a] Hilarij interpretationem ſatis iuuant. Ipſe namque in ſuis commentarijs in pſal. illud Bereſcith, id eſt in principio vel incapite: de filio Dei explicat & interpretatur, qui haud dubie patris ſapientia eſt. Atque ideo paraphraſis Chaldaica pro, in principio, dixit, in ſapientia. Quibus D. Pau. [b] ad coloſſen. cap. 1. verſ. 6. & D. Ioannes cap. etiam 1. verſ. 4. teſtantes, in filio & per filium, omnia condita fuiſſe, aperte ſuffragantur. Hanc interpræetationem diligenter locupletatur perdoctus atque Reuerendus Pater & præſul D. [c] Hieronymus Vilemius in lectionibus ſex dierum, poſt D. Augu. Eucherium & alios. Adde illis [d] Philonem de ſacrificijs abelis, & Kaim, & in libro quod deterior potiori inſidiatur. D. [e] tamen Hiero. in quæſtionibus in geneſim, & Marianus Victorius Reatinus epiſcopus in ſuis ſcholijs, aſſerunt D. Hilarium ex hebraicæ linguæ imperitia, ſcripſiſſe in eo capite primo geneſeos in hebræo haberi, in filio: ſed Beatus Hilarius non hoc dixit, vti quidam alij hanc eius explicationem citantes, perperam exiſtimarunt. Solum namque aſſeruit, linguā hebræam ambiguam fore, cuius ſane ambiguitatis exēplum adducens, demonſtrat dictionem Bereſcit triplicem ſignificationē complecti. In principio, & in capite,

a D. Hilar. Pſal. 2 pa. 195. col. 1

b D. Pau. ap coloſſ. 1. 6 Ioa. 1. 4.

c R. D. Hie. Vilemius. lectio 2. pag. 25.

d Phil. pag. 111.

e D. Hiero. to. 3. pag. 217. contra Hilar.

B Hilari defendit.

Bereſcit tres habet ſignificationes.

& in filio. Vnde non eſt cur D. Hilarium ita facile incuſent. Illud etiam D. Ioan. ſua in Apocalypſi, [a] vbi loquens de Chriſti D.N. æternitate: ego ſum, inquit, Alpha & ω, iuxta notarikon ideſt, litteram pro parte, accipi etiam poteſt. Nam per primam illam Alphabeti græci litteram, Nempe, Alpha: Significare voluit, principium: & per Omega id eſt per o longum & vltimam litteram elementaré, finem: ita ſane vt Chriſtus D.N. principium ſit & finis. Primus & nouiſſimus atq; vt latini dicunt, prora & puppis. In quo quidem apoſtolus [b] & theologus Ioannes, euangelico prophetæ Heſaiæ [c] ſatis conſonat. Qui capite 41. verſ. 4. & cap. 44. verſ. 6. in perſona dñi loquens ait. Ego dñs, primus & nouiſſimus ego ſum. Et rurſus ego primus, ego nouiſſimus, &. abſque me non eſt Deus. Quis ſimilis mei? Septuag. D. verſ. 4. habent. Εἰς τὰ ἐπερχόμενα ἐγώ εἴμι, id eſt, & in ventura ego ſum. Et d. verſ. 6. habent: ego primus, & ego poſt hæc: Quod Paraphaſis Chaldaica complexa eſt, ſub illis verbis, ego ſum ab initio. Adiunxit tamen D. Ioan. verba illa: qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, vt tria tempora complecteretur, præſens, preteritum, & futurum: quæ tria in diuina eſſentia vnum præſens æternum fore, nullus eſt ſane fidei qui ambigat. Hinc illud Domini ad Moſem Exod. 3. verſ. 14. Ego ſum qui ſum. Vbi textus Hebraicus ad litteram ſic habet: Et dixit Deus ad Moſeh, ero qui ero. Et dixit, ſic, dices filijs Iſrael, ero miſſit me ad vos. Chald. Paraphraſis habet, & dixit Deus ad Moſen ero qui ero. Et dixit: ſic dices filijs Iſrael, qui ero miſſit me ad vos. Attamen vulgatæ noſtræ & Septuag. lectio frequentiſſima eſt. Nec ideo inter vtrumq; textum, vllum eſt diſſidium, cum celebre ſit in Scripturis [d] tempus preſens pro futuro vſurpare, ſicuti & nos ſuperius ſcriptum reliquimus. Senſus ergo tam Hebraicæ quam Septuag. & vulgatæ noſtræ tranſlationis, non eſt alius, nec alio tendit, quam vt intelligamus Deũ

[a] Apocaly. 1. ver 8. & cap. vlti. verſ. 13.

Alpha & Omega.

[b] Vid. Cle. Alex. li. 6. ſtrom pa. 222. de harũ duarum litterarum ſignificatione.

[c] Heſ. 41. 4 & 44. 6.

Chald.

Præſens præteritũ & Futurũ: vnũ in Dei æternitate ſunt.

Conciliatio vulgatæ, & 70. cũ hebraico textu.

[d] lib. 3. cap. 3. & lib. 6. cap. 3.

Opti. Max. Deum, non qualemcunque eſſe, ſed Deum æternum, & qui non ſolum ſemper fuit, & ſemper erit: Sed etiam habeat præſens, eſſe proprium ſubſtantiale, & æternum, cum omnimoda & æterna ſtabilitate abſq; alicuius dependentia. Vide quæ ex theologis in huiuſce rei explicationem congerit & diſſerit diligentiſſimus Magiſter Michael[a] de Palacios in ſuis perdoctis diſputationibus. Ego tamen in huius veritatis confirmationem, Patrum authoritates quarũ ipſe nõ meminit lubenter hic adijciam. Et in primis accedat Agnelus[b] Epiſcopus Rauenatenſis in epiſtola ad Arminium de ratione fidei, qui ſuperiora ſic explicauit. Reſpondendum eſt, hic eſt, Deus qui clamat in Deuteronomio[c] videte, videte, quia ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. Item cum Moſes interrogaret, quem illum diceret, reſpondit: Ego ſum qui ſum, & dices eis, ad quos te mitto: qui eſt, miſſit me, id eſt, immutabilis, & ſemper idem, non heri Deus tantum, hodie vero Deus & Pater, Sed ſemper fuit Deus & Pater, & ſemper fuit, Deus Pater, & ſemper fuit, cuius eſſet Pater. Si enim accidiſſet ei, vt eſſet Pater, vim paſſus eſſet, vt inciperet eſſe, quod non erat. At eſt blaſphemum, ita ſentire. Hęc ille. Didimus etiam Alexandrinus in priorem Ioannis epiſtolam, ſic ait. Idem vero ſignificant, ea verba quibus ait; ego ſum qui ſum. Quomodo enim qui exiſtentia vt ſint præparat, non rationabiliter dicatur quod erat: dum hoc de nullo alio, quam de Deo vero, verum poſſit exiſtere? Singulæ namque creaturarum aliquid eſſe dicuntur, vt eſt eſſe angelum, aut cęlum: Solus autem Saluator eſt omnino quod eſt, quo participantia vniuerſa veniunt ad eſſentiam. Præter quem videndus eſt. B.[d] Athanaſius de Synodis Arimini, atq; D.[e] Hilarius in libris de Trinitate vbi ſic ſcribit. Hęc igitur multa alia eiuſmodi mecum animo reputans, incidi in eos libros quos à Moſe, atque prophetis

ſcriptos

Deus qualis ſit.

[a] In 1. diſt. 17. diſputatio. Vnica fo 155 col. 2. ſub finem.

[b] Angelus Epiſc. to. 1. bibl. SS. patr. pag. 441.

[c] Deut. 32. 39.

[d] D. Athan. pa. 517 D

[e] D. Hilar. lib. de trinitate li. 1 pag 2.

ſcriptos eſſe hebręorum religio tradebat: in quibus ipſo creatore Deo teſtante hæc ita continebantur. Ego ſum qui ſum. Et rurſum: hæc dices filijs Iſrael, miſſit me ad ad vos, is qui eſt. Admiratus ſum plane tam abſolutã de Deo ſignificationem, quæ naturæ diuinæ incomprehenſibilem cognitionem aptiſſimo ad intelligentiam humanã, ſermone, loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo, quam eſſe intelligitur. Quia id ipſum quod eſt, neque deſinentis eſt aliquando, neque cępti, & id quod in corruptæ beatitudinis poteſtate perpetuum eſt, non potuit, aut poterat aliquando non eſſe, quia diuinum omne neque abolitioni, nec exordio obnoxium eſt. Et cum in nullo à ſe Dei deſit æternitas, digne hoc ſolum quod eſſet, ad proteſtationem incorruptæ ſuæ æternitatis oſtẽdit. Et ad hanc quidem, infinitatis ſatis feciſſe ſermo dicentis videbatur: Ego ſum qui ſum. Sed magnificentiæ & virtutis ſuæ erat, à nobis opus intelligendum. Nam cum eſſe ei proprium eſſet, qui manens, etiam non ſemper aliquando, cœpiſſet, æterni & incorrupti Dei dignus de ſe hic rurſum auditus eſt ſermo. Vnde Hilarius, [a] idem de filio Dei explicans, vnum ergo, inquit, duorum teſtimoninm eſt, nullum ante ſe Deum eſſe: ex eo enim omnia ſunt; neque poſt ſe Deum futurum, non vtique ex ſe non fuiſſe. Erat enim iam puer in teſtimonio Patris hæc loquens, puer in tribu ex qua gigni habebat electus. Idipſum ita in [b] Euangelijs demonſtrat: ecce puer meus, quem elegi; Dilectus meus: in quo complacuit anima mea. Non eſt ergo ante me alius Deus, & poſt me non erit, æternæ videlicet, & inde mutabilis virtutis, infinitatẽ in eo, quod antea & poſtea, Deus præter ſe ſit nullus oſtendens. Puero tamẽ ſuo, vt in teſtimonio ſuo, ita & in nomine collocato. Hęc Hilarius, conſonãt quæ D. [c] Tho. ſuper Ioannẽ, & D. [d] Hieron. in Abdiam adnotarũt. Hinc illud quod de Chriſto Dño Noſtro paſſim decantatur, ex vtero ante luciferum genui te, & ante Solem

Dei eſſe ab illius æternitate minime diſtat.

[a] Hilar. lib. 5 de trini. pag. 26. c.

[b] Matth. 12 18.

[c] D. Theo. cap 8. le. 4

[d] D Hiero. cap. 1. ver. 16.

Solem permanet nomen eius ; Sic accipiendum eſt vt ſignificet ante illum,& poſt illum nullum fuiſſe Deum; vti optime Aug.[a] Eugubinus proſequitur in commentarijs pſalmorum & libris de perenni philoſophia, vbi de æternitate ſubſtantia & eſſe Dei quamp lurima notatu digna videri poſſunt. Merito ergo veteres ſoli Deo, entem eſſe,concedebant: cum Deus per ſe ſit & ab ipſo vniuerſa. Obidque in græco,pro ego ſum,eſt, ὁ ὤν, hoc eſt.Ego ſum ens,quod de Deo proprie dicitur,vti pulchre & eleganter demonſtrat D.[b] Gregorius Naz. in oratione de Theologia,quem ſimul lege cum D.[c] Aug.in tract.ſuper Ioannem, Atque B.[d] Cyrillum in theſauris ſuis: Qui docent,in Deo non eſſe,ſicuti in nobis,tempus diuiſum,ſed totum completum: Atque ideo, eſt,fuit & erit : propriũ eius eſſe. Hinc præterea fit vt quoties diuina ſcriptura, Deo Opti. Maxi. tempus præteritum, aut futurum tribuit : illud quidem pro toto tempore completo ſemper accipi debeat. Quod optime intelligentes ſeptuag. & D.Hiero. præcitato capite 3. Exodi,pro tempore futuro,totum completum tempus recte ſubſtituerunt. Ad quam conſiderationẽm reducenda ſunt quæ nuper adnotauimus de tempore præſenti pro futuro ſubrrogato. Porro circa eiuſdem capitis tertij exodi, explicationem Conſulendus eſt Andr.[e] Maſſ. in ſuo Ioſue imperatore, vbi rationem reddit quare poſt nomen eſſentiæ,ſubiunxit dominus ibidem verſ. ſequẽti,illud aliud; Ego Deus Patrum veſtrorum,Deus Abraham,Deus Iſac,Deus Iacob. Et fuſius idẽ late apud D.[f] Græg. Naz. loco citato perleges. Vid.etiam eiuſdẽ rei rationẽ apud Philonem[g] libro de Abrahamo & late apud R. Petrũ[h] canonicum Bergomatem in libro de Numer. Myſtic. ſignificatione. His tamen adhuc adiungendus eſt Ioannes[i] Forſterus, qui in ſuo dictionario hebræo,exiſtimat Deum tempore futuro,pro nomine ſuo,ante naturam humanam aſſumptam,eo capite 3. Exodi; ideo vſum fuiſſe; vt ſignificaret.

Se fore

a D. Augu. Eugubi. pſal. 109. pag. 215. C. cũ ſeq. & lib.4.de peremni philoſo. cap.13. & lib.6.ca.1.

b D. Greg. Naz. in oratio.36. pag. 784. c. cũ ſeq. adiunctiſque eius interpres adnotat orat.42. pa. 899. & 1170 c.

c D. Augu. tract.99. ſuper Ioa.

d B. Cyril. lib.1. cap. 6. to.2.

e And.Maſſ. cap 6. pa. 102.

f D. Greg. Naz. di pag.784.

g Philon. pag 234.

h Petr.Borgomé pa. 157.

i Ioan.For. pag.209.

Se fore illum in lege promiſſum: ſed homo iam factus illa quę promiſſione ad vnguem adimpleta; Se principiū vocaſſe Ioan.[a] 8. verſ. 25. & Paul ad Coloſſ. 1. verſ 18. Vt ita quidem apertius æternitatem, atque diuinitatem ſuam demonſtraret. Sed & plura ad hunc articulum pertinentia à B.[b] Cyrillo petenda ſunt. Et à Petro[c] quoq; Galatino aduerſos Iudęos, qui vulgatam noſtram optime defendit, & in eo nomine ehie, ideſt erit, vnitatem diuinæ ſubſtantiæ, & perſonarum trinitatem, aliaque arcana contineri demonſtrat. Sed vt ad D. Ioannem reuertamur, Aduertendum eſt, idem ſignificare; Aleph & Tau, primam & vltimā Alphabeti hebraici litterā; quod Alpha & Omega, prima & vltima græci elementarij. Quibus ſane comprehenditur Arcanum hoc, quo aſſerimus, Chriſtum eſſe principium, finem, medium, totū & caput. De qua re ſancti plura paſſim docuere. Et Origenes[d] in Euangelium Ioannis, & nos ſuperius ex Irenęo meminimus. Nec ſuperioribus parū cōſonat illud quod frequenter dici ſolet; Aleph, Symbolum deitatis, & Trinitatis eſſe: Cum D. Ioannes ea littera ad hanc ipſam huius diuinitatis aſſertionem vſus ſit. Obidq; Reuerendiſſimus Dominus Archiepiſcopus Toletanus Salicæus in libro de Nomine Ieſu, merito ex his litteris, rrinitatis & vnitatis myſteria proponit. Et Sixtus[e] Senenſis in ſua Bibliotheca ſancta, pręter quę Tertulianus[f] in libro de monogamia, alia earūdem litterarū myſteria eleganter attingens, ſic ait: Dicit & Apoſtolus ſcribēs ad Epheſios[g] Deum propoſuiſſe in ſemet ipſo omnino diſpenſationem adimpletionis temporum, ad caput, id eſt ad initium reciprocare vniuerſa in Chriſto, quām ſunt ſuper cęlos, & ſuper terras in ipſo, ſic & duas græciæ litteras, ſummam & vltimam, ſibi induit Dominus, & initij & finis, concurrentium in ſe figuras: vti quemadmodum α ad ω, Alpha ad Omega, vſque voluitur: & rurſus, omega ad Alpha replicatur, ita vt oſtenderet in ſe eſſe initij decurſum

a Ioan. 8. 25 ad Coloſ. 1. 18.

b B. Cyrill. in Ioannē lib. 5. cap. 24. & 23. tom. 1.

c Petr. Galati lib. 2. cap. 14.

d Origen. to. 2. pag. 169. col. 1 B.

Aleph Symbolū deitatis & trinitatis.

Reueren. Archiepi. Toletān. Salicęus.

e Sixtus Senenſis pa. 269 to. 1.

f Tertu. pa. 467. E.

g Ad Ephe. cap. 1. ver. 10.

Chriſtus duas litteras gręcas induit.

curſum ad finem, & finis recurſum ad initium, vt omnis diſpoſitio in eum deſiniens, per quem capta eſt, per ſermonem ſcilicet Dei, qui caro factus eſt, proinde deſinat, quemadmodum & cępit, & à Deo in Chriſto omnia reuocarentur ad initium, vt & fides reuerſa ſit à circunciſione ad integritatem carnis illius, ſicuti ab initio fuit, & libertas ciborũ, & ſanguinis ſolius abſtinẽtia, ſicut ab initio fuit: & matrimonij indiuiduitas, ſicut ab initio fuit: & repudij cohibitio quod ab initio nõ fuit, & poſtremo totus homo in paradiſum reuocaretur, vbi ab initio fuit. Cur ergo, vel Monomagum illum debeat Adam referre, qui non poteſt, tam integrũ quã inde demiſſus eſt? Quantum pertinet ad initij reſtitutionem id à te exigit & diſpoſitionis, & ſpei tuæ ratio, quod ab initio fuit, Secundum initiũ quod tibi & in Adam cenſetur. Elige in quo eorum initium tuum deputes. In ambobus te ſibi monogamiæ cenſura defendet. Sed & ſi initiũ tranſmittit ad finem, vt Alpha ad Omega, quomodo finis remittit ad initium, vt omega ad Alpha, atq; ita ſenſus noſter, transfertur in Chriſtũ, animalis in ſpiritalẽ, quia nõ primo quod ſpirituale eſt, ſed quod animale. Deinde quod ſpiritale: proinde videam⁹, an ad ipſum debeas huic quoq; ſenſui ſecũdo, an in eadem ſe forma cõueniet nouiſſimus quoq; Adam, in qua & Chriſtus innuptus in totum quod etiam primus Adam ante exiliũ. Hęc Tertullianus. Verũ enim vero, & ſi diuinę & ſanctę, a ſancto Theologo & Apoſtolo B. Ioanne, atque à Tertulliano harum litterarum admittantur myſteria, non ideo illico exiſtimare debemus, ſub alijs huiuſcemodi, & ſub ipſis etiam præter prædicta, omnem veritatis plenitudinem atque perfectionem contineri, vti olim, Marcus & Colarbaſus hæretici falſo opinati ſunt. Quos tamen optime reprehendit idem Tertullianus [a] in libro de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, Dicens: non defuerunt poſt hos, Marcus quidẽ & Colarbaſus nouã hæreſim ex Alphabeto gręcorũ compo-

à Deo in Chriſto omnia reuocantur ad initiũ.

Fides à circũciſione carnis reuertitur ad integritatẽ carnis.

Initium in finem, & finis in initium trãſmittitur per Chriſtum.

[a] Tertul. pag. 95. C.D.

componentes. Negauit enim veritatem, ſine iſtis poſſe litteris inueniri, imo totam plenitudinem, & perfectionẽ ueritatis in iſtis litteris eſſe diſpoſitã, propter hanc enim cauſam, Chriſtum dixiſſe, ego ſum, & deniq; Ieſum Chriſtum deſcendiſſe, id eſt columbam in Ieſum veniſſe quæ græco nomine cum περιστερα pronuntietur habere ſecundum numerum, DCCCI. percurrũt iſti, ω. ψ. χ. υ. τ. totam vſquę ad Alpha, beta, & computant ogdoadas, & decadas. Ita afferre illorũ omnes vanitates, vt ineptum ſit & ocioſum, quod tamen non tantum iam in vanum, ſed etiam, periculoſum ſit. Hæc idem Tertulianus. Vides ergo quanto cum iuditij libramine ac delectu, hæc litterarum myſteria libranda atque examinanda ſunt: Et quam vanum ſit illis plus æquo inniti. Vnde Illuſtriſſimus ac Reuerẽdiſſimus D. Aug. Valeri[us] præclariſſimus [a] S.R.E. Presbyter Cardinalis Veronenſis, patronus meus obſeruandiſſimus in ſua rethorica uere Chriſtiana, cauendum eccleſiaſtico oratori exiſtimat, ne in cætu hominum longas diſputationes de numeris, & elementorum ſignificationibus inſtituat, Res enim (inquit) plena eſt obſcuritatis, infructuoſaque, & à communi uſu loquentium abhorrens. Prętereà ſi ex unaquaque harum dictionum, Bereſcit, Bara, Elohim, ultimas litteras ſummamus, quę ſunt, ת, & א Aleph, & ם, Mem, (quas copulantes dicũt) una cõficietur dictio nempe, אֱמֶת emeth, id eſt ueritas, Qua quidem ſignificari aiunt, omnia à Moſe ſcripta meram continere ueritatem, & ad Chriſtum tunc uenturũ, ueriſſimam ueritatem, reſpexiſſe, iuxta illud Ioa. [b] 14. 6. Ego ſum uia, ueritas, & uita: eamque eſſe primam occultam ueritatis deſcriptionem, quę in ſcriptura reperitur, obſeruant. Ea autem prima littera א, Aleph, & ת, Tau ultima, & in medio, mem, uniuerſarum rerum diſpoſitionem ſignificari, tradunt. Quæ ſane diſpoſitio uniuerſalis, eſt egreſſus à principio in rem ipſam, atque reuerſio in finem. In quibus duobus uniuerſę ueritatis

recti

[a] Ill. S.R.E. Car. veronenſis lib. 3. cap. 55.

Veritas primũ arcanum geneſeos.

[b] Ioan. 14. 6

rectitudo continetur. Ac proinde litteris quadratis (quales hæ tres ſunt) ueritas, eiuſque ſtabilitas deſignatur, uti uidere eſt in nouiſſimo [a] Theſauro Pagnini. Et uice uerſa mendatium ſtabilitate carens: litteris id ſignificātibus, ſolet etiam ſcribi & ſignificari Nempe שֶׁקֶר ſceker. Nec tamen ſine myſterio nomen ueritatem ſignificans, tribus tantum litteris ſcribitur. Cum ea trium litterarũ complexio, aperte indicet ueritatem tribus in rebus, cõſilio, nempe, actione, & uerbo maxime cõſiſtere. Quibus etiam tres corporis humani inſtrumentales partes correſpondent; Manus, cor, & os, iuxta ea quę Clem. [b] Alexandrinus in oratione adhortatoria ad gentes optime conſiderat.

Veritas quibus litteris ſcribatur.

[a] Theſaur. col. 124. cum ſeq.

Mendatiũ quibus litteris ſcribe.

[b] Clem. Alex. pag. 40. A.

De Arcanis litterarum celebris illius nominis Ieouah. Cap. XIII.

IVxta hanc ipſam litterarũ formam, ſeu Notari on normam, ex nomine Ieouah, innumera myſteria etiam colligunt; At quam neceſſario, ea nobis perſuadeant in ſuperioribus manifeſtauimus. Verum cum ea nulla in re nobis nec noceant, nec repugnent, imo potius aliquantulum opitulari uideantur, illa recenſere, aut legere, non omnino moleſtum erit. In eo igitur Nomine יְהוָה Ieouah: littera iod, quę etiam prima eſt, Patris omnipotentis poteſtatem conſiderant. Hę, filio tribuunt, uau copulatiuum, ſpiritui almo aſſignant. Ad hęc illud. Hę ultimum, deſignare aiunt, ipſum filium, duas habentẽ naturas. Vau rurſum dicunt eſſe litteram ex duplici iod confectam, ob idque ſignificare productionem filij, quia pater per uim productiuã, quam habet, filium ſibi æqualem produxit, atque genuit. He ultimum ſignificare ſecũdam productionẽ, à Theologis, aſpirationem dictam, qua quidem Pater & Filius, Spiritum Sanctum, aſpirant.

Nominis Ieouah arcana.

Nam

Nam ſicut ternarius, binarium præſupponit ad ſui generationem, & in ternario tertia unitas genita, duabus prioribus æqualis eſt: Sic perſona ſecundo producta à Patre & Filio, duas producentes perſonas præſupponit, & illis æqualis eſt, conſequenterque ipſa tertia perſona, producta ambabus producentibus vincitur, & nectitur, eoque nexu triangulum neceſſario conſtituẽdo, qui quidem figura eſt, inter alias plurium linearum præcipua.

Triangul' diuinus.

Et hic eſt ille numerus pythagoricus impar, quo quidem Deum gaudere, ipſe pythagoras, Ariſtoteles & alij philoſophi, aſſeuerarũt.

Numerus pythagoricus.

Sicuti ergo in triãgulo vna eſt eſſentia, tres tñ lineas differentes atque diſtinctas in eo reperimus: ita ſane in hoc profundiſſimo trinitatis myſterio, vna eſt diuinarum perſonarũ eſſentia, treſque inſimul diſtinctæ perſonæ. Quibus adde hoc nomen Ieouah deriuari, à verbo הָיָה Haiah, quod ſignificat, eſſe, & conſequenter illam vnam diuinam eſſentiam, quæ fons perennis eſt totius eſſe creaturarum, deſignare.

Nominis Ieouah deriuatio.

Diuina eſſentia.

Differt autem nomẽ Ieouah, ab illo nomine, Ero miſſit me ad vos: Exod. [a] 3. verſ. 14. cuius ſuperius mentionẽ habuimus: quia iſtud, Ero, ſignificat æternitatem, vti B. Theodoretus ibidem aduertit, & ſuperius ſatis demonſtrauimus. At nomen illud Ieouah ſignificat eſſentiam, vti poſt D. Hiero. Burgenſis ad caput 13. Exod. explicat.

[a] Exod. 3. 14.

Nomen Ieouah, & nomẽ, Ero differunt.

Et cum tribuere eſſe ſoli deo conueniat, tribuſque perſonis commune ſit; inde ſane eſt vt vnico nomine omnes tres perſonas & vnicam eſſentiam, vnica actione ſignificatas præcitato nomine cõprehendant; A grecis autem hoc nomen Ieouah, Tetragammaton dicitur id eſt quatuor litterarum, quas aliquando in duas contrahunt; vt יָה Iah, pro Ieouah. Vnde factum eſt vt græci Deum ιαω, iao, & & multi latini, ias appellarint, de qua re videndus eſt Petrus [b] Galatinus, & pagninus in nouiſſimo theſauro; Dictio. יָה Iah, Andreas Maſius & Ioa. Arleuius Ad eruditiſſimum Benedictũ Ariam Montanum. Guido etiam

Tetragrãmatõ cur dicatur.

[b] Petr. Gala. li. 2. aduerſus Iudæ. cap. 1.

Bode-

Boderianus in ſua præfatione ad noui teſtamenti Syriacam interpretationem. Alios refert perdoctus & religioſus Pater [a] Rubertus Belarminus, religioſiſſimę Societatis Ieſu, in exercitatione ſua, & nouiſſime D. [b] Petrus canonicus Bergomaten, de myſtica numerorum ſignificatione. Sed & his addendus eſt. D. [c] Bernardus in libris de conſideratione, & Clemens [d] Alexandrinus in libro ſtromatum, atq; Origenes [e] in Ezechielem, vbi probant nomen Tetragammaton proprie Deum ſignificare. Accedit [f] Auguſti. Eugubinus ad caput primum geneſeos recognitionis ad hebraicam veritatem, & lati⁹ idem in libris de peremni philoſophia, & Lilius [g] Giraldus de dijs gentium, Reuerendus Pater & Magiſter Frater Hector [h] Pinctus in Ezechielem & Danielem. Hinc conſtabillitur ſubtiliſſimi noſtri Scoti [i] ſententia, aſſerentis, in Diuinis ſcripturis reperiri nomina quæ diſtincte Deum ſignificent, tametſi idem Deus à nobis diſtincte minime cognoſcatur, & ſi aliud alijs videatur. [k] Hoc nãque nomen Ieouah diſtincte ſignificat diuinam eſſentiã, & diuinitatem creatoris incomunicabilem. Conferunt quæ Origenes præcitata homilia quarta ſcribit, & quæ etiam ſtudioſe tradit Reuerendus [l] Pater Frater Anibal Roſellius in ſuo Pymandro Mercurij. Hinc zurſum faci le aſſequemur rationem & cauſam, ob quam hoc ipſum nomen Ieouah ab hebræis שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ ſcem hamephoraſe, id eſt nomen expoſitum, dictum fuerit. Exponebãt enim illud in hunc modum אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ Au, Ben, veruach, ha kodeſc: ideſt, Pater Filius, & Spiritus ſanctus, quibus ſane dictionibus, ſanctiſſimę trinitatis myſterium ſub illo nomine Ieouah comprehenſum, explicabant. Et deinde perſonarum diſtinctionem, & vnicam eſſentiam per nomen quadraginta litterarum exponebant. Sed ea expoſitionis ratio nec efficax nec ſolida eſt, cum facile

QQq poſſint

a R. P. Belarminus. pſal. 53. pag. 154. cũ præce.
b D. Petrus Bergomẽ. pag. 157. cum. ſeq.
c D. Bernardi. fo. 213. cap. 6.
d Clem. Alex. pag. 157. cum ſeq. & 229
e Origi. homi. 4. cap. 14. to. 1. pag. 399. col. 1. & pag. 419. c & 487. b
f Augu. Eugubi. pag. 99. A. & li. 3. de peremni philo. cap. 13. & lib. 6. c. 13. in fine.
g Lilius Giral. ſyntag. 1. pag. 3.
h Fra. Hect. Pinct. in Ezech ca. vlt, pag. 575. in paruis & in danielẽ c. pri. 9. & 14.
i Scotus in 1. diſ 21. q. 1.
k Quorũ de numero eſt M ch. de Pala. in 1. diſt. 17. diſpu. vnica.
l Reuerẽdus P. Annibal Roſelli⁹. li. 1. cõm. 9. q. 1.

poſſint alia etiam contraria ex eadem litterarum ſtructu ra conſtrui atque confici, vti optime aduertit Magiſter Ioan.[a] Forſterus ſuperius citatus; qui tamen ait, ſe nihilominus ea venerari, eo quod noſtrę religioni conſonét. Verum Chaldaicus paraphraſtes illud ipſum myſterium ſignificare volens, tria iodim, & aliquando vnum, ſupra alterum in trianguli formam ſic deſcribit. ייָ vnico tantum Kamets ad pedem ſubſcripto, quo denotetur vnites & trinitas tanti myſterij, vt apud Galatinum & alios ſuperius adductos legere erit facile. Illud ego nomen expoſitum, & illas alias quadraginta litterarum explicationes, ob ineffabilitatē nominis Ieouah adinuenerunt excogitarumque; quapropter loco illius nominis Ieouah Adonai, legebant. Quod quidem Chriſtum Dominū N. & apoſtolos obſeruaſſe, præcitatus Pater Belarminus au thor eſt: aſſerens in ſcriptura minime reperiri, Chriſtum Ieouah protuliſſe, ſed cum ea ratio parū vrgeat, adhærēdū magis puto ſentētię Reuerēdiſs. patris & eruditiſſimi Magiſtri, in omni linguarū genere, verſatiſſimi D.P. Adriani præneſtineñ. digniſſimi vallis vmbroſæ Generalis & præſidentis ſanctæ Praxedis huius Almæ vrbis. Vnde licet ex ſcriptura minime colligatur, probabiliſſimū eſt Chriſtum verum ſacerdotem illud Ieouah nomen, abolita hebræorum obſeruatione, ſæpe protuliſſe, & ſubinde apoſtolos eius cum Dei para Virgine Maria idē feciſſe. De modo vero ſcripturæ & pūctuationis huius nominis aliqua aduertit Ioannes[b] loco præcitato. Cum ergo hebręis hoc ipſum Ieouah nomen religionis gratia ineffabile foret, illud nihilominus per alias quatuor hebraicas litteras, ſolebāt ſequēti nomine indicare מְצַפַּץ Mits phats, vbi loco iod, primæ litteræ eiuſdem nominis Ieouah, ponitur Mē, & loco, He, tſadi, & loco vau, pe, & vice ſecūdi he, vltimum tſadi. Ita quidem Meſſiæ ſpiritualis regni poteſtatem & authoritatē, qua vinctos liberaturus erat, cæcis viſum reſtiturus, ſurdis auditum elargiturus, mortuis

[a] Ioan Forſterus in ſ.o hebr. dictio pagi. 189.

Ieouah. nomen ineffabile.

Chriſtum D.N. protuliſſe Ieouah certi⁹ eſt contra alios.

[b] Ioan.F c-ſterus. pa. 190.

Nomen Ieouah. p literas tranſpoſitas.

Myſteriū regni Meſſię.

tuis vitam donaturus,& ægyptijs noſtris aduerſarijs pla gas illaturus,plane ſignificarunt. Deſcendit autem illa di ctio miſphat à verbo מָפַץ Maphats & à verbo מָצָה Matſah,quod ſignificat, ſuxit, mulſit & expreſſit, vnde Meſſias dicitur emulſor,& expilator; Demonis nãq; tartareos carceres expilauit,caput cõfregit,poteſtatẽ eneruauit, & ſpolia abſtulit, Iuxta illud Heſ.[a] cap.8. verſ. 1. ſpolia detrahe,feſtina,prædare: Et præterea aduertendũ eſt præcitatã dictionẽ Chriſto Meſſię non ſine myſterio tribui, cũ eius ſignificatio ex prima & ſecunda coniuga tione,illi optime conueniat. In prima ergo coniugatione illa dictio aperire, liberare, leuare vocé,jubilare, gau dere,& os aperire ſignificat. In ſecunda confringere,vul nerare, & plagas inferre. Quæ ſignificata quam proprie Chriſto accõmodentur nemo eſt qui nõ intelligat. Dicitur autem nomen Ieouah,ineffabile,& inproferibile:nõ quidem quia vocalis. e, & i e, ferire nequeant illas duas aſpirationes ה ה, h h,quarum natura eſt,in eadem ſyllaba præcedere vocales non ſequi, vti ignari huius linguæ aſſeuerarũt, addẽtes ad huc D.Opti.Max.Moſi reuelaſſe quibus pũctis tres litteræ priores præcitati nominis Ieouah proferri ſeu ſubſcribi deberent. At conſtat abſque vlla punctorum quæ tunc minime extabant,reuelatione: hoc ineffabile nomen à ſummo ſacerdote proferri potuiſ ſe cum populũ benedicebat, vt patet ex Numero[b] cap. 6. verſ.25. Nec ideo ineffabile dicebatur, quod multis modis effari potuerit,vti olim placuit eruditiſſimo Magi ſtro[c] Mattino Martinez. Sed erat ineffabile,ob ineffabilẽ & incõprehenſibilẽ illã Dei eſſentiã & infinitatẽ,quã quidẽ cũ trinitatis myſterio ſignificabat. Ac proinde cũ ſacroſanctũ eſſet,ab hominib9 vulgo accipi in decẽs erat, ſicuti ex ipſis authoribus de hoc noĩe ieouah agẽtib9 ibi ſatis cõſtat,quib9 etiã Forſterus loco pręcitato adſtipula tur. Vnde R.Moſes ægypti9[d] merito dicebat gradũ nominis ieouah eſſe ſublimẽ,eo ꝙ diuinã denotabat eſſentiã;

Nomen Meſſiæ miſphaſt.

Meſſias expilator dictus.

[a] Heſ. 8.1.

Nomẽ ieouah cur ineffabile.

Summus ſacerdos nomẽ hoc ieouah pferebat.

[b] Num. 6. 25.

[c] Martin Martinez in his potryposſ. li. 2.cap.2.

[d] R Moſes ægyptius. pag. 189.

ac proinde loquenti, curam, grādem & plenā reuerentiā
eſſe debere. Hinc plato & alij philoſophi; Philon etiam
libro de Abrahamo, Deum innominabilem dixere. Idē
Origenes in libris contra celſum atque iuſtinus [a] Martyr
in oratione ad gentes & in defenſione pro chriſtianis. Et
ex Lactātio firmiano Lilius [b] Giraldus de Dijs gentium
mirando hetruſco miraculo illud idem confirmat; acce-
dunt quę R. Petrus Bongus in præcitato lib. de nume-
rorū myſtica ſignificatione adducit. Quæ omnia adhuc
corroborari poſſunt ex illo capite. Deutero [c] 28. verſ. 58.
vbi Moſes nomē hoc glorioſum & terribile hoc eſt Deū
tuū, eſſe ait. Hoc ipſum terribile & glorioſum nomē, nō
eſſe aliud crediderim, ab eo quod B. Ioan. in ſua Apoca-
lypſi [d] cap. 14. verſ. 1. in frontibus eorum qui agno aſta-
bant, inſcriptum vidit. Conferunt quę Sixtus [e] Senenſis
in ſua biblio. ſancta ſcripſit. Nec dicat aliquis Ieouah no
men antiquis incognitū, atq; ideo nulla ratione proferri
potuiſſe, vti colligi vr̄ ex c. 6. [f] Exod. verſ. 3. vbi dn̄s aper
te Moſi dixit, ſe nomē ſuū Ieouah minime patrib⁹ mani-
feſtaſſe, cū illud eum ſenſum habeat, ſe nomē Ieouah ad
illa vſq; tēpora, nō tā aperte & manifeſte, ſicut tūc Moſi,
patrib⁹ ipſis olim propalaſſe, iuxta ea quæ de prophetia
& reuelationib⁹ Moſis ſuperi⁹ tradidim⁹. [g] Poteſt etiā ille
locus iuxta aliū ſenſū ſic accipi, vt illud nēpe, nō indica-
ui eis, vel in nomine Ieouah, nō ſum cognit⁹ illis: Signifi
cet patres illos Moſe priores, nō tāta feciſſe miracula in
nomine Ieouah, quāta poſtea Moſes in ægypto pharaone
corā operatus erat ita explicat [h] Forſterus loco iā citato.
Sed etſi Oleaſter tres illius loci, ibidē adducat expoſitio
nes, nulla ꝓfecto hac facilior ē. Et eo pręſertim cū verba
illa pręcitati text⁹, Deū potentē, & Deū Ieouah: nihil a-
liud innuere videantur, quā ſe potentiorē & terribiliorē
tēpore Moſi oſtenſurū; quā tempore patrū. Quib⁹ tn̄ &
ſi in Deo omnipotenti, nomē eius agnitū fuerit, quippe
qui eius potentiā ſatis fuerant experti, non tn̄ illa maior
poten-

Deus cur innominabilis dicatur.

a Iuſtinus Marty. to. 1. pag. 60. et ſeq. & 64. & 88.

b Lilius Girald. pag. 16.

c Deut. 28. 58.

d Apocaly. 14. verſ. 1.

e Sixtus Senen. to. 1. lib. 2. pag. 112. & fine & ſeq.

f Exod. 6. verſ. 3.

g Cap. 6.

h Ioan. Forſterus in ſuo dictio. pag. 190.

Deus potēs & De⁹ Ieouah. quid ſignificent.

pōtētia illis agnita nec indicata ſicuti Moſi extiterat. De potentia hac terribili nominis Dei vid. Pſalmi.[a] 28.ver. 3.& pſal. 110. verſ. 9. Quali vero arcano myſterio nomen Ieouah in lamina aurea mitrę ſummi pōtificis, inſculptū & inſcriptū fuerit Rupertus [b] Abbas in cōmentarijs in exodū illud docte indicat. Hui⁹ rei myſteriū, inquit, ſcilicet nominis, ꝙ eſt ſuper omne nomen, in eo eſt, ꝙ laminę ſanctū Dei inculptū eſt, id eſt, nomē dn̄i tetragrāmaton, quod ineffabile dicunt. Scribitur cū quatuor litteris iod. he, vau, he, que in ſyllabā aut vocē articulatā cōprehendi nequeūt. Arcanū ſcripturę hactenus latet, niſi quia ex interpretatione elementū colligi pōt, quod euāgelicā fidē nō minime delectat, interpretat̄.n. iod principiū, He, iſte, vau & he, iſte. Eſtq; cōtinuus litterarū ſenſus, principiū iſte & iſte. Hoc inquā iure nos delectat, quia principiū, iſte pater, & principiū iſte filius eſt. Patrē eſſe principiū vidēs vltro cōſentit. Principiū ſe quoq; eſſe fili⁹ defendit, quia interrogātibus Iudęis, tu quis es? principiū, ait, qui & loquor vobis. Hoc nomen profecto ſuper omne nomē eſt, quia ſuper principiū nihil eſſe pōt. Igitur octauū pōtificis dec⁹ aurea lamina eſt; inſculptū habēs ineffabile nomen, ꝙ dicit̄, ſanctū dn̄i, quare videlicet Chriſto pōtifici ꝓpter paſſionē mortis, octaua ſua Reſurrectionis glorię, coronato, nomē ꝙ eſt ſuper ōe nomē pater donauit. vt in nomine Ieſu ōe genuflectatur. Hęc Rupertus cui adiūge quę Sixtus [c] Senēſis in ſua bibliotheca ſancta de eodem myſterio, laminę inſculpto tradit. Ex quo D. [d] Chryſoſt. nominis Dei reuerentiā cōtra temere, per illud iurantes exaggerat. Nec ſimulāda hic erit Lilij [e] Giraldi reprehēſio, aſſerētis hoc celebre & sāctū nomen Ieouah, iō quatuor litterarū dictū, q̄d quatuor litteris in oībus linguis ſcribatur: cū certi⁹ ſit quatuor litterarū eē dictū ꝓpter illas 4. litteras hębreas, iod nēpe, & he, vau, & h, pręcitata arcana myſteria cōplectentes, qualia quidē, aliæ quatuor litterę aliarū nationū & linguarū minime comprehēdūt.

[a] Vid. pſalm. 28. verſu. 3. & pſal. 110. verſ. 9.

[b] Ruper. Abb. in exod. li. 4. ca. 23. to. 1. pag. 278. ſub finem

[c] Sixtus Senen lib. 2. bibli. SS. to. 1. pag. 108. in magnis codicibus.

[d] D. Chryſ. to. 5. pag. 199 c. in homi. 26.

[e] Lilius Giral. d Dijs gene. pa4.

Nomē Ieſus. Nomē Ieouah in ſe continere.

Ex hoc ipſo fonte fluit, placitum illud non vulgarium authorum, quo cenſent, hoc nomen Ieouah, in nomine ſacratiſſimo Ieſu Chriſti Saluatoris ac Redemptoris noſtri proprie & vere contineri: quidquid Petrus Galatinus ſuperius citatus refragetur. Ieſu etenim ישו à ſubſtātiuo verbo יש Ieſc, deducitur. Atq; ideo denotat ipſum Ieſum D.N. ſimul Deum & hominem eſſe, a quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia, ita Diuo Paulo teſtante ad [a] Rom. 11. verſ. 36. & ad [b] Philipp. cap. 2. verſ. 9. Dicente Deum Patrē filio dediſſe nomē quod eſt ſuper omne aliud nomen. Qui vero omne dicit, nullū nomen excludit, iuxta eiuſdem D. Pauli argumentationem ad [c] hebr. 2. verſ. 8. vbi loquens de Chriſto ſic ait: quod omnia ei ſubiecit nihil dimiſit non ſubiectum ei. Vnde Syriaca interpretatio eo in loco epiſtolæ ad philippēſes ſic habet. Et dedit illi nomen pręſtantius omnibus nominibus. At conſtat Chriſtum Deum, & filium Dei ab æterno fuiſſe, & tamen ſecundum humanitatem aſſumptam nomen hoc ſcilicet Deus, & filius Dei, ipſi Chriſto hōi Saluatori humani generis, à patre donatum fuiſſe, vti cōcors eſt omnium Latinorum atque Gręcorum catholica ſententia. Sed non quidem ita donatū, quaſi illud nunquam habuerit; ſed donatum hoc eſt manifeſtatum. Nā ſecundum ſacre ſcripturæ tropum res tunc dicitur fieri quando innoteſcit. Vnde verba illa dedit illi nomen hanc interpretationem recipiunt, id eſt, patefecit, manifeſtauit, pater æternus hoc Dei nomē, nomenq; Ieouah, quod ab initio habuerat, efficiens, vt orbi in tempore innoteſceret, ab omninuſque paſſim agnoſceretur, coleretur atq; prędicaretur. Quæ explicatio abunde ſatis locupletari poteſt ex his quæ Magiſter [d] Sententiarū Docet, & D. Chryſoſt. Theophilatus Aug. Beda & Adamus delphius præcitato capite 2. ad Philippenſ. adnotarunt. Quibus adiungendus eſt perdoctus atque R. P. Frater Barthol. [e] de Medina. Theodoreti tamen diſcurſum eo

Ieſū vnde deriuet.

a Ad Rom. 11. 36.

b ad Philip pen. 2. 9.

c Ad Hebr. 2. 8.

Nomen Dei & filius Dei quomodo Chriſto à Patre donatum.

Tropus ſcripturæ eſt rē tūc fieri aſſerere cū manifeſtatur.

d Magiſt. in 3. diſt. 18. vid. ibi palaci.

e Medin 3. part. q. 2. artic. 11.

in capite ſuperioribus ſatis accommodatũ audiamus. At qui (inquit) cum humanã naturã ſuſcepiſſet, qui erat humilis, exaltatus eſt, & qui erat altiſſim⁹ ſeipsũ humiliauit. Nõ ea accepit quæ non prius habebat, ſed accepit vt homo, quæ habebat vt Deus. Nomen autẽ quidã interpretati ſunt, gloriam. Ego autem ex epiſtola ad [a] Hæbreos inuenio aliam apoſtolici dicti intelligentiam. Cum enim dixiſſet, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus eſt, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit: interpretatur nominis differentiam & dicit: Cui enim dixit aliquando angelorũ, filius meus es tu, ego enim hodie genui te. Et rurſum, ego ero illi in patrem & ille erit mihi in filium. Hic ergo hoc etiam dicit, quod cum ſe ipſum humiliauit, non ſolum non perdidit quod habebat vt Deus, ſed hoc etiam accepit vt homo. Diuus [b] Vigilius cõtra Eutychen hoc idem proſequitur. Hoc ipſum nomen, non aliud eſſe quam Dei nomen, quod eſt ſuper omnia, optime etiã probat [c] Tertullianus in libris de trinitate. Vid. B. [d] Anaſtaſiũ. de incarnatione Chriſti contra Apollinarium, & B. [e] Hilariũ ſuper pſalmis. atque nouiſſime R.P.F. Barthol. a [f] Medina in commentarijs ad tertiam partem, vbi oſtendit hoc nomen Ieouah eſſe proprie nomen Meſſię quem antiqui patres expectabant. Id quod prius Petrus Galatinus iam citatus & Finus Adrianus demonſtrarunt. Quibus accedit perilluſtris ac Reuerẽdiſſ. D. meus Epiſcop⁹ Lindanus in commentaciuncula ſua de Alleluia. Quod autem nomen hoc, nomen adoptionis minime extiterit, Paulinus [g] Aquilienſis Epiſcopus aduerſus fælicem vrgelitanum fuſe probat. Accedit poſtremo D. [h] Grego. Nyſſeni authoritas, qui in eccleſiaſten commenta. ait, nomẽ quod eſt ſuper omne nomen, eſſe nomen explicans ineffabilem poteſtatem, naturam, & eſſentiam Dei. Ruperti quoque Abbatis nuper citati cõſideratio, huic articulo conſonantiſſima eſt. Petrus Bongius Bergomatenſis his

[a] Ad Hebr. ca. 1. verſ. 4.

[b] D. Vigili⁹ to. 5. bibl. SS. patr. pag 586.

[c] Tertu. pa. 504. e.

[d] B. Athanaſius pag. 555. cum ſeq.

[e] B. Hilari⁹ pſal. 2. verſu poſtulant. pag. 198.

[f] Medi. tertia par. q. 49. art. 6.

[g] Paulinus Aquil. to. 5. bibl. SS. patr. pag. 437 [illegible] cũ ſeq.

[h] Greg. Nyſſe. homi. 7 pag. 215.

calculum adijcit dum aſſerit, minime negandum: Nomen Ieſu per regulas Kabalæ (ſi admittendæ forent) nihil aliud ſignificare, quam Deum, Dei filium, & patris ſapientiam, per tertiam diuinitatis perſonam, quæ eſt ardentiſſimus amoris ignis, naturæ humanæ ad eius ſalutẽ in vnitate ſuppoſiti vnitam. Quod quidem ſatis D. Pauli Apoſtoli præcitatis teſtimonijs comprobatum manet. Ponitur autem in eo nomine יֵשׁוּ Ieſu, littera ſcim, loco duarum. H H. nominis Ieouah, vt ſignificet, quietem illam Beatificam, & æternam nobis per ipſum promiſſam, atque donatam. Præterea iod, Diuinitatẽ Chriſti ſignificat, imo & apud ipſos græcos I. litteram verbum diuinum ſignificare, teſtatur. Clemens [a] Alexãdrinus in ſuo pędagogo. Et adeo diuina hęc littera, iod, exiſtimanda eſt, vt Beati apoſtoli ſuis in apoſtolicis conſtitutionibus (referente B. [b] Clemẽte Romano Pont. Max.) ex ea ipſa littera eiuſdem nominis Ieſu: Decimarum oblationem iuris eſſe diuini, & Decem decalogi pręcepta, Decẽ quoque plagarum liberationem, vti præcipua myſteria deduxerint. Pręter ergo haſce litteras, ſcim & iod, littera vltima quæ eſt ו vau, Arborem vitæ, Chriſtum Dñum, qui eſt vita noſtra, ſignificat. Similiter ſcriptura illa, qua vulgo nomen hoc ſic ſcribitur, I$\overline{\text{H}}$S, iuxta hanc myſteriorum rationem, ſacroſanctam trinitatem ſignificare poteſt. Ita quidem vt tres litteræ ad tres perſonas, & linea tranſuerſa ad earum vnitatem referatur. Quod vero Beatus [c] Irenæus aduerſus hæreſes affirmat, Nomen Ieſus apud hebræos duarum litterarum eſſe cum dimidia, nulla eſt ratione admittendum, niſi dicamus B. Irenæum iod, dimidiã litteram ob paruitatem exiſtimaſſe. Quod vero etiam ibidem tradit, ſub nomine צִיּן Tſion, nomen Ieſu comprehendi, & ſi eius interpres [d] ingenue fateatur ſe illud minime intelligere; adhibita tamẽ hac tranſpoſitione litterarũ facile intelligetur; ſumẽdo loco צ tſadi litteram ſcim. Præpoſito iod, & manente vau, præcitatę dictionis

Littera ſcim cũ alijs in nomine Ieſu quid ſignificent.

[a] Clem. Alexan. lib. 2. cap. 4. pag. 55.

[b] B. Clem. Ro. In cõſti. apoſtolicis lib. 2. cap. 25.

[c] B. Iręneus lib 2. cap. 41. pagin. 126.

[d] Interpres B. Iræn. pag. 128. 4. nu.

ctionis, ſit ישו Ieſu nomen dulciſſimum & ſanctiſſimū. Quid ſub Tſion, cōprehenditur vt inde hoc arcanū agnoſcamus, nēpe ab ipſo D. Ieſu Redēptore noſtro Meſſia & Magiſtro,[a] ſicuti à Tſion, et legē euāgelicā exiuiſſe & gratiā originē trhaxiſſe. Si quis tū prętantiorē aliam coniecturā adduxerit, eam lubēter amplectar. Scribitur adhęc. Hoc ſuauiſſimū nomen, quatuor litteris apud prophetā Abacu.[b] cap. 3. verſ. 18. & Ezram, li. 2. cap. 7. verſ. 39. ibi ישוע iesčuhangh. Sub quo nomine aliud Arcanū occultatū facile reperies videlicet ſalutē, & ſaluare; quod propriū eſt ipſius Dñi Ieſu Saluatoris N. amātiſſimi, vti ex angelico oraculo refert D. Matth. cap. 10. verſ. 21. Ob id Epiphanius[c] recte ſcripſit etymologiā diuini nominis, eſſe curare, medicari, & ſaluare. Id quod etiā B.[d] Irenę⁹ tradit, vltra quos vide Beuxam. in ſua harmonia euangelica, vbi plura de hac diuini nominis etymologia congerit, oſtendens hoc nomen ab alijs diuinis veteribusq; nominibus plurimū in eo differre, quod iſtud ſalutē & ſaluationē pręſentē ſignificet: illa vero Deus ſaluabit in futurū; qđ prius aduerterat perdoctus Magiſter[e] Martinez, & Petrus[f] Galatinus. Adde ēt Petr. Bongū ſupra citatū. Cū ergo illa oīa vetuſta nomina in hoc vnico nomine Ieſu, contineātur, nō eſt cur hodie à ſuperſticioſis imaginū, circulorūq; ſculptoribus, alia vana eaq; corruptiſſima, ēt angelorū nomina, renouenť. Qua in re hos ſuperſtitioſos Kabaliſtas, eadē animaduerſione dignos iudico, qua quidē Origenes[g] Celsū hęreticū ſuperſtitioſū dignū cēſebat. Huic tandē tractationi Myſteriorū ex litteris, adiūgēda ſunt quæ venerabi. Bedą[h] lib. de Arte metrica capite de littera ſtudioſe aduertit de litteris illis gręcis, η. χ. ρ. α. & ω. Eta, chi, Ro. Alpha & omega, vbi ait latinos ob nomē Ieſu admittere litterā H, eta, quę duplici figura apud eoſdē gręcos, quo modo littera, He, apud latinos ſcribiť: chi & Ro: propter nomē Chriſti, Alpha & omega, ꝓpter authoritatē diuini ſermonis, Ego ſum Alpha & omega.

Vnde

a Heſ. cap. 2. ver. 3.

b Abac 3. 18. 2. eſdr. 7. 39.

c Epiph. aduerſus hęreſis lib. 1. to. 2. hęreſ. 29.

d B. Ireņ. li. 4 cap. 26. pag. 251.

e Martinez lib. 2. hipoty. ca. 3.

f Petr. Gala. li. 3. ca. 18.

g Orig. lib. 1. contra celsū to. 2. pa. 419. cum ſeq. & lib. 5. pag. 487.

h Bed. to. 1. pag. 35.

Litterę gręce à latinis pro myſterijs nominis Ieſu admiſſis.

Conſtantini Imp. vexillum cũ nota. nõis Chriſti.

Vnde legimus pijſſimum illum imperatorem Conſtantinum in illo ſuo militari, imperialique vexillo impreſſam geſtaſſe hanc litterã P. quæ apud Græcos valet R. noſtrũ, vt Chriſtũ ſignificaret, obidque vulgaris illa deſcriptio qua ita, Xps, ſcribi ſolet ad haſce grecas litteras, chi & Ro, debet referri. Ioannes [a] Langus in ſcholis ad Iuſtinum Martyrem in oratione pro Chriſtianis ad Antoninum pium, Euſebium, [b] de vita cõſtantini, eius vexillum deſcribentem refert: In ea (igitur inquit Euſebius) ſalutaris Saluatoris nota inſcripta, duobus ſolum expreſſa elementis: id eſt duabus primis litteris nominis Chriſti (erat enim littera ρ P. R. in ipſo medio litteræ χ chi, curioſe & ſubtiliter inſerta, quæ totum Chriſti nomen perſpicue Significarent. Quas quidem litteras deinceps ſemper imperator in galea geſtare conſueuit. Porro de alijs arcanis eiuſdem ſacratiſſimi nominis Ieſu conſulendus erit Reuerendiſſimus Dominus Archiepiſcopus Toletanus ſalicæus in libello de nomine Ieſu. Et De Arcanis nominis Adami: finalium ſeu duplicium litterarum legi poteſt diligẽtiſſimus Sixtus [c] Senenſis in ſua bibliotheca ſancta, & Hieronymus Vilemius in lectionibus ſex dierum, atque Zamorenſis [d] in epiſtola ad hebræos Romę cõmorantes, Quibus adde Bedam [e] in quæſtionibus in geneſim vbi etiam arcana Iſraelis, hoc eſt Dei vidẽtis, ex ipſis myſterijs litterarum elicit quod nos latiori ſermone loco ſuo proſequemur. Hæc igitur pro Myſterijs litteraum ſatis ſint.

[a] Ioan. Langus ad Iuſtinũ to. 1. pag. 69.
[b] Euſeb. lib. 1. cap. 25.
[c] Sixtus Senenſis lib. 3. pa. 263. cum ſeq.
[d] Zamoren. cap. 4.
[e] Beda to 8 pag. 241

De Arcanis per numerorum ſupputationem. Cap. XIIII.

De numerorũ neceſſitate & efficatia.

QVanta ſacrorum numerorum tum in ſacris, cum etiam in alijs ſcripturis, vis & efficatia ſit, eorumque peritia, atque cognitio quam neceſſaria, copioſe ſatis capite vndecimo demõſtratũ fuit. Vnde mirũ non eſt, ſi vete-

res

res recentioresque theologi, ipſorũ ſacrorum numerorũ accuratam rationem habuerint. Proculdubio namque verum eſt, innumera arcana, atque myſteria ſub ipſis occultari. Nec Beat[9] [a] Iræneus in libro aduerſus hęreſes ea vnquam improbauit: Gnoſticorum tantum hæreticorũ, varia figmenta, & inſana deliria, ex gręcis numeris inſane & fabuloſe deducta, merito damnauit. Id quod etiã Epiphanius [b] diligẽtiſſime præſtitit. Qua ratione fabuloſa omnia Rabinorum arcana ex eiſdem numeris per גיאמטריא gemataria id eſt numerationem, collecta: procul à nobis repellenda ſunt. Alia vero quæ huius claſſis minime fuerint, eo ſane modo admittenda cenſeo, quo & ſimilia ex litteris arcana, ſuperiore capite admiſſimus. Obidque Reuerendiſſimus [c] præſul, Pater & Magiſter Hieronymus Venetus ex D. Dominici ſodalitio in lectionibus ſex dierum, ſummæ temeritatis & ignorantiæ eſſe teſtatur ea omnia numerorum arcana, indiſcriminatim, reijcere atque reprehendere, id quod aliquibus ſcripturæ authoritatibus confirmat, quas ab ipſo ſtudioſus lector conſequirat. Quamobrem vt eo in articulo, aliqua ſaltem ad ſcripturę cognitionẽ vtilia proponamus, primo omnium ex gręcis numeris ſe ſe offert difficillimus ille locus B. Ioannis Apoſtoli in Apocalypſi, [d] cap. 13. in fine, vbi Agẽns, de illa immani Beſtia Antichriſti venturi de eiuſq; nomine, ſic vaticinatur. Et faciet omnes puſillos & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & ſeruos habere characterem in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis: & ne quis poſſet emere aut vendere niſi qui habeat characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum computet numerum beſtię. Numerus enim hominis eſt: & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex. Quã difficilis hęc prophetia ſit, idem B. Ioannes manifeſtat, cũ diuina ſapientia ad eius numerationem aſſequendam, opus eſſe ſtatim ſubiunxerit. Qui habet intellectum, inquiens

Numerorum deliria exgnoſticis hęreticis damnata.

a B. Iræn. li. 2. cap. 40. pag. 126. ſub finẽ.

b Epiph. li. 1. to. 3. hęreſi 24. pag. 72.

c Reueren. Hieron. Venetus lecti. 15. pag. 189.

d Apocaly. 13. in fine.

Antichriſtus immanis beſtia.

De nomine Antichriſti.

quiens, computet numerum beſtiæ, id eſt nouiſſimi Antichriſti, prius namque de alio ipſius præcurſore loquutus fuerat. Hunc numerum eſſe aſſerit *666.* De quo quidem numero authores noſtri & interpretes diuerſa opinati ſunt. Plura vero nomina, quibus ille numerus, iuxta ſupputationem gręcarum litterarum conſonat, refert, exercitationis gratia, B.[a] Andreas Cęſarienſis Cappadociæ Archiepiſcopus in eo capite Apocaly. 13. Quorum vnum eſt ἀντέμος Antemos latinę dicitur, Aduerſarius; erit namque Antichriſtus inſignis Chriſti aduerſarius: & ſub illius nominis litteris, præcitatum numerum plene contineri Primatius, quem refert Sixtus [b] Senen. in ſua bibliotheca ſancta, excogitabat. Idem [c] Victorinus in commentarijs in Apocalypſim, quamuis ibi numeri aliqui corrupte ſcribantur. Et licet nomen hoc apud græcos minime reperiatur, græcam tamē habet compoſitionem: nempe Anti, quod eſt contra, ſiue aduerſum, & emos id eſt meus. B.[d] Hippolytus in oratio: de cōſuma. mundi præcitatum numerum reperiri arbitratur, in nomine ἀρνοῦμαι Arnoumaæ id eſt nego, Antichriſtus etenim ſuis cum ſequacibus, diuinitatem. D.N.I.C. negaturus erit. Sed cum illud nomen per diphtōgum, ſcriptū maiorem numerum contineat, videlicet 672. Beati Hippoly. conſideratio probabilitate caret. B.[e] Irenæus, Nomen illius Teitan futurum putat, atque in eo præcitatū numerum *666.* contineri. Accedit huic ſententiæ Heſichius grammaticus cōferunt quæ. Suidas tradit, Titanes nempe eſſe dæmones infernales, qui vt poæte enarrant, bellū Ioui inferre auſi ſunt, Ioue tamē eos apud inferos vinctos, relegante, & ideo dici à verbo τιτάνω, id eſt vlciſcor. Id quod Antichriſto eiuſque Titanibns & ſectatoribus euēturum certiſſime credimus, Chriſto D.N. in tartareum ignem eos per angelos & miniſtros ſuos fideles, detrudi faciente, Cæterum ex nomine illo non ſatis colligitur præcitatus annorum numerus: cum Titan

per

[a] B. Andr. ceſſar. cap.pado. antilics

[b] Sixt. Sen. lib. 2. littera N. pag. 99. lib. 3. pag 154.

[c] Victo. to. 6. bibl. SS. patr. pag. 716. c.

[d] B. Hippoly. to. 6. bibli. SS. patrum pag. 10. D. E.

[e] B Iræn. li. . cap. 30. Titan nomen Antichriſti Titanes qui.

per i. & non per T ei apud græcos ſcribatur. Qua de cauſa ille numerus *666.* inde minime elici poteſt, ſed alius quinque vnitatibus minor. Alij nomẽ die lux ad hos numeros accommodant, ſed cum D. Ioannes græce & nõ latine ſcripſerit non eſt cur hac in re latinũ nomen admittamus. His ergo omiſſis, ſalua rectiori cenſura in eam ſum ſententia vt credam D. Ioan. huius beſtię nomen minime nobis manifeſtare voluiſſe, ita vt ex numeris illud eliceremus, ſicuti præcitati omnes exiſtimarunt, & Nicol. [a] Zigerius minorita in ſcholijs ad nouum teſtamentum; ſed voluiſſe potius per hunc numerum, ipſius beſtiæ ſiue Antichriſti qualitatem nobis innuere, propalareq;, & vt illum (quantumcumq; prodigijs, miraculis, atque portentis corruſcaſſet) Deum nullo modo eſſe crederemus; ſed purũ hominẽ, beſtialem, & mundanum, mundanis, terreniſque rebus omnino deditum. Quòd tamen quia difficile ſatis atque periculoſum futurũ erat, cũ præſtigijs ſuis plurimos decepturus eſſet, B. Ioãnes fideles Chriſti pręueniens, ad ipſius præſtigioſas fraudes dignoſcendas, ſapiẽtia diuina opus eſſe dixit, qua quidem id clare & aperte ex numeris beſtię colligitur. Eum vero numerum, numerum hominis appellat, quia purus homo eſt ſeu erit. Quod autem ipſe numerus *666.* purum hominem terrenum ſignificet, patet ex eo quod ſenarius, prout ſenarius eſt in ſe conſideratus proprie ad hominem ſpectat; quippe qui die ſexto (vt [b] Philon. etiam aduertit) creatus fuit. Et quidquid factum eſt propter hominem, à Deo factum eſt. Vnde merito ſenarius numerus mundum ſignificat, & ea inſuper omnia, quibus filij huius ſeculi gaudent, quorum conuerſatio in terris eſt, fatuos & inſenſatos reputantes eos qui pręſentia pro futuris deſpiciunt, & viſibilia pro inuiſibilibus aſpernantur. Sexcenti igitur anni, ſex mundi ætates de quibus ſancti plura tradidere, deſignant; in quibus quidẽ ea immaniſſima beſtia ab exordio mundi poſt

Nomen die lux.

vera intelligent. a illius loci Apocaly.

a Nicol Zigerius.

Numerus beſtię qualitatem illius ſignificat.

Superbia & beſtialitas eiuſdem.

Numerus hominis quid ſit.

Numerus ſenari⁹ humana ſignificat.

b Philon ſuperius citatus. pag. 416.

Sexcẽti anni ſex mũdi ætates.

